B. ALBERTI MAGNI O. PRAED.

RATISBONENSIS EPISCOPI

# COMMENTARII IN IOB

THE UNIVERSITY OF MANITOBA ELIZABETH DAFOE LIBRARY




Monumentum beati Alberti Magni

Lavingae in diem VI. centenarii positum.

# B. ALBERTI MAGNI O. PRAED.

RATISBONENSIS EPISCOPI

# COMMENTARII IN IOB

ADDITAMENTUM AD OPERA OMNIA B. ALBERTI

PRIMUM EX V CODICIBUS MANUSCRIPTIS EDIDIT

MELCHIOR WEISS

CUM EFFIGIE BEATI ALBERTI MAGNI ET OCTO TABULIS PHOTOTYPICIS

FRIBURGI BRISGOVIAE
SUMPTIBUS HERDER
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII
MCMIV
ARGENTORATI, MONACHII, S. LUDOVICI AMERICAE

Imprimatur.

*Friburgi Brisgoviae,* die 26 Maii 1904.

✠ **Thomas,** Archiepps.

Omnia iura reservantur.

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae.

BEATO ALBERTO MAGNO

OMNIBUSQUE QUI EUM COLUNT

IMPRIMIS MANIBUS PARENTUM

# PROLEGOMENA.

**Occasio editionis.** QUINQUE fere abierunt lustra, cum sextus celebratus est dies saecularis obitus Beati Alberti Magni de Bollstadt, Doctoris illius Universalis. Sequenti anno, die 12 Septembris 1881, cum Lavingae, quo in oppido natus est Albertus, revelaretur eius monumentum, Dr Aloysius Schmid, professor p. o. universitatis Monacensis, in oratione sua haec verba fecit[1]: *‚Albertus wurde von der Mythe so umwoben und umsponnen, daß es der Kritik bis heute nicht vollends gelingen konnte, seine wirklichen, echten Geisteserzeugnisse von den ihm sagenhaft zugeschriebenen genau auszuscheiden,‘* quae verba me tum puerum sic moverunt, ut numquam memoria exciderint.

**Praeambula.** Cum 1889—1892 in universitate Monacensi theologicis me dederem studiis, operam dabam, ut, quidquid ad Albertum Magnum pertinet, ex catalogis illius urbis bibliothecarum colligerem atque notarem. Descripsi quoque ex XIV codicibus manuscriptis opusculum Beati Alberti adhuc ineditum ‚Super Ave Maria‘. Per feriarum tempus anni 1892 bibliothecam Basileensem perscrutatus sum tabulariumque Coloniense necnon varias bibliothecas Austriacas. Quidquid tum investigavi, sub titulo *Primordia novae bibliographiae Beati Alberti Magni, Paris. 1898,* prelo commisi[2].

Iterum atque iterum recentiores perspexi catalogos notitiasque, quae ab doctissimo P. Fideli a Fanna eiusque sociis collectae in collegio S. Bonaventurae ad Claras Aquas prope Florentiam asservantur, ita ut adhuc 1600 fere codices manuscriptos opera Beati Alberti continentes notarem.

Inventa arte typographica complura Doctoris Universalis opera vel opuscula prelum reliquerunt; quae editiones repetitae sunt, ita ut plus 400 numerentur.

Petrus Jammy, Lugduni 1651 fol. 21 tom., itemque Augustus Borgnet, Parisiis apud Vivès 1890—1899 $4^0$ 38 tom., *omnia opera Beati Alberti* ediderunt; attamen nonnulla opera authentica adhuc lucem nondum viderunt, inter quae Commentarii in Iob.

**Comm. in Iob: bibliographi.** Ad duo exemplaria redeunt quotquot operum Doctoris Universalis habemus bibliographias. Alterum, quod inchoatum esse ipsius Alberti temporibus verisimillimum est, investigavit P. Denifle[3] in cod. manuscr. mon. Stams 166, P. 1, atque idem existimandum est, cuius iam Pignon († 1449) mentionem fecerat in *Catalogo*[4] suo *fratrum spectabilium Ord. frat. Praed.;* accedit posterior catalogorum, quos manus ignota saeculi XV$^{i}$ codici Basileensi A VII 43 f. 204 adnexuit. Artissime inter se cohaerent tres hi catalogi, in quibus et haec verba inveniuntur: *Albertus scripsit . . . super Iob.*

[1] *Festbericht über die Albertus-Feier in Lauingen (Donauwörth 1881) p. 30.*
[2] *Editio secunda auctaque anno 1905 imprimetur.*
[3] *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte von Denifle und Ehrle (Berlin 1886) II 194 236.*
[4] *Ib. II 195 et P. Paulus de Loë, De vita et scriptis Beati Alberti: Anal. Boll. (Bruxellis 1900) XIX 266.*

Alterum exemplar, quod prior repraesentat catalogorum codicis Basil. A VII 43 fol. 201, conscripsit Ludovicus de Valleoleto[1] anno 1414. Impressus exstat hic catalogus in *Historia de Alberto Magno*[2]. Hanc recensionem et ad verbum fere secutus est Rudolphus de Novimagio in legenda sua litterali 1490, partis II c. 10—18, et ob oculos habuisse persuasum habeo Petrum de Prussia in vita Beati Alberti anno 1487 compilata. Fit quidem neque expositionis libri Iob aperta mentio neque ullius bibliorum libri, sed subiecit ille[3]: *Scripsit Albertus super totam bibliam per modum postillae. Item super multos libros eiusdem modo, quo scripsit naturalem philosophiam, per tractatus et capitula ordine commentavit.* Hic addit Petrus de Prussia[4]: *Quoad Bibliam libros, quos vidi, notare placuit. Per modum vero Postillae hos vidi: . . . super Iob.* Ut alios testes posteriores transeam, Echardi tantum in opere illo viris eruditis notissimo: *Quétif et Echard, Ord. Praed., Scriptores Ord. Praed. (Paris. 1719) I 162—183*, verba proferam: *Scripsit Albertus . . . 3. Postillas super Iob. In catal. Bibl. Mediceae, Plut. XIII cod. 10 fol. memb. Scriptum super Iob F. Alberti Theutonici de Ordine FF. Praedic. opus ineditum, codex rarus, cui adicitur haec nota: Hanc Iobi explanationem anno MDCLXXX, annuente serenissimo Cosmo III Magno duce, Pater Maximilianus Deza Lucensis Congregationis SS. Matris Dei tunc temporis disertissimus verbi Dei praeco in ecclesia S. Laurentii sibi transcribendam curavit typis eam daturus quamprimum. Sic ibi, quod an opere praestiterit clarus ecclesiastes, mihi hactenus incompertum. Simile exemplum vidit Petrus de Prussia.*

Haec ex bibliographia vetustiore satis comprobare mihi videntur Beatum Albertum scripsisse super Iob.

Codices. Codices operis manuscriptos quinque explorare mihi contigit, quos singulos paucis iam describemus.

E Vetustissimus eorum est codex Erlangensis 192, membranaceus, manuscriptus, olim in monasterio Fontissalutis, saeculi XIII[i], foliorum 58, formae binariae 33,5 $\times$ 24 cm, scripturae aequalis. Capitulorum titula ab eadem manu rubricata sunt. Correcturae saepius margini adscriptae sunt. Haud raro parvae lacunae textus inveniuntur. Hunc anno 1894 Monachii in bibliotheca universitatis per amicum Ludovicum Ruland et vertente anno 1899 usque ad mensem Maium anni 1900 Frisingae in bibliotheca Regii Lycei exscripsi; iterum eum contuli 1903/4 in plagulis de prelo emendandis.

Folio ultimo *(cf. tab. VIII)* legitur: *Iste liber constat unam libram et LX hll. praeter expensas. Liber Sanctae Mariae in Hailsbrunn.* In tegumento superiore leguntur verba: *Postille domini alberti super iob ad litteram.* Hic codex signabitur in editione nostra littera E.

T Secundus est codex T bibliothecae publicae Treverensis 70, membranaceus, foliorum 70, 20 $\times$ 28,9 cm, binis columnis, diligentissime nitidissimeque manuscriptus.

In folio primo vix legibile invenitur per manum saeculi XV[i] scriptum: *Iste liber Iohannis de Mendich decani Sti Symeonis Treuerensis;* et paulo infra: *Codex monasterii beatissime Marie virginis in Enertzclusen* (Eberhardsklausen) *ordinis canonicorum regularium Treuerensis dyecesis.*

In folio secundo manus saeculi XIV[i] scripsit: *Pro XIII solidis sterlingorum et IIII[or] denariis sterlingorum emptus fuit liber iste,* qua ex re Max Keuffer, bibliothecarius ille Treverensis, qui nuper vita decessit, conclusit hunc codicem ex Anglia provenisse, id quod non satis comprobatum mihi videtur.

[1] *P. Paulus de Loë: Anal. Boll. (Brux. 1900) XIX 264.*

[2] *Catalogus codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxellensis I (Bruxellis 1889), 2, 102—105.*

[3] *Ib. 102 sq.* [4] *B. Alb. Magni vita (Antverp. 1621) p. 283.*

Continet hic codex, omisso auctoris nomine, idem commentarium in Iob, quod alii codices ad Beatum Albertum referunt; praebens textum correcturarum omnino fere expertem et paululis exceptis rebus cum textu codicis Basileensis ita congruens, ut ex communi fonte derivatos esse neminem fugere possit. Contuli hunc codicem anno 1900 iterumque 1903/4 in bibliotheca Lycei Frisingensis. Specimen huius codicis T confer tab. III.

Tertius est codex bibliothecae universitatis Basileensis, signatus B IV 14, forma binaria 31,3 × 22 cm, foliis 137 non numeratis, columnis binis. Continet fol. 1—85ᵇ scriptum ab una manu saeculi XIV[i] ineuntis opus nostrum, omisso auctoris nomine, et fol. 86—137ᶜ a recentiore manu saeculi XV[i] postillam anonymam in Danielem, quae inter opera Beati Alberti Lugduni 1651 tom. VIII 1—80 necnon Paris. 1893 tom. XVIII 447—642 impressum exstat. Unde provenerit codex iste nescio. Anno 1559 in tegumento interiore notatum est: *Ex libris bibliothecae Basileensis Academiae.* Et ab alia manu ibidem: *Albertus super Iobum et Danielem.* B

Textum praebet reliquis codicibus multo meliorem, quem totum atque integrum recepi, nisi aliter notavi. Margini multas glossulas addidit manus secunda; exemplum invenitur in tabula II. Quae adnotationes tum breviores tum longiores non sunt Alberti, sed additamenta diligentis cuiusdam doctique lectoris. Ex eo autem, quod neque hic neque alius quisquam eorum, qui codicem illum conterebant, correcturas adhibuit, colligi posse mihi videtur a mendis fere purum illum codicem putatum esse. Signum ei feci B. Contuli B anno 1900/1 iterumque 1903/4.

Quartus codex Florentinus, de quo iam supra diximus, 62 foliorum, 28 × 21 cm, binis columnis, adhuc in bibliotheca Laurentiana asservatur. Scriptus est totus ab eodem librario tam neglegenter, ut nullum fere folium sine correcturis margini appositis inveniretur. Accedit quod iterata sunt, quae in editione nostra col. 131/33 a verbo *accepit* usque ad *ulterius addit* col. 142/27 inveniuntur tam fol. 17ᵃ—19ᵃ, quam fol. 33ᵃ—34ᵃ atque loci illi iterati scripturae erroribus deformati sunt, ex quo conicias alias quoque contextus partes parum diligenter exscriptas esse. Haud raro quidem meliores lectiones deprehendas quam in B et T, sed ipsius scriptoris coniecturae esse videntur. Praeterea lacunis mendisque squalet, quare inter meliores habendus non est. Hunc codicem Florentiae mense Iulio anni 1902 contuli. Codex signabitur F. F

Restat codex a nobis signatus M, qui in bibliotheca universitatis Monacensis asservatur. Est miscellaneus 50, chartaceus saeculi XV[i], partim, fol. 1—198 et 415—434, manu scriptus, partim, fol. 199—414, impressus, 28,5 × 20,5 cm. M

Fol. 1 notatur per manum saeculi XV[i]: *De libris Reverendi Magistri Conradi Hebenhamer. Orate pro eo.*

Fol. 2 per manum saeculi XVIII[i]: *Conventus Landishutani Ord. FF. Praedicatorum.*

Opera, quae continet, haec sunt:

Fol. 1—126ᵇ. Scriptum super Iob fratris Alberti.

Fol. 128—186ᵃ. Manipulus curatorum. *Cf. Hain, Rep. bibl. n. 8157—8213.*

Fol. 186ᵇ—192ᵇ. Tractatus de arte moriendi. *Cf. Hain l. c. n. 8162.*

Fol. 192ᵇ—198. Tractatus egregii magistri thome Ebendorfer de Haselpach de penis infernalibus. Incipit: *Ibi erit fletus et stridor . . .* Finit: *. . . gratia adiuvante vincamus. Amen.*

Fol. 199—414. Dialogus, qui vocatur scrutinium scripturarum. Compositus per Paulum de S. Maria. *Cf. Hain l. c. n. 10762.*

Fol. 415—434. Tractatus venerabilis patris fratris Humberti, quondam magistri generalis, de praedicatione crucis. *Cf. Hain l. c. n. 9029 et Quétif-Echard, Script. Ord. Praed. (Paris. 1719) I 146, 6.*

Mihi *Scriptum* tantum *super Iob* perscrutandum fuit.

Codex Monacensis lacunis mendisque abundans vilissimus est. Librarius exscripsit codicem F interdum dementer, nulla ratione habita correcturarum ibi margini appositarum.

Siquidem hic codex corrupta tantum exscriptio est, id quod innumerabiles fere lectiones, imprimis iteratio (cf. col. $131^{a}$) et lacunae in capitulo XLII (cf. col. $507^{a\ b}$ $508^{b}$, tab. VI et VII) demonstrant, inutile esse existimavi omnes variationes huius codicis in annotationibus enumerare. Contuli hunc codicem M 1901 iterumque 1903/4.

Quomodo codices inter se cohaereant ex hoc stemmate percipies.




Tempus quo conscriptum. Quo tempore Commentarii in Iob conscripti sint, neque in ipso opere neque in aliis auctoris libris indicatur. Notitia codicis M fol. 126: *Scriptum super Iob fratris Alberti anno MCCLXXIV in Colonia civitate Germaniae compilatum, lectum et scriptum esse,* non omnino reicienda est. Constat ex regestis[1] Beati Alberti per P. Paulum de Loë collectis Albertum anno 1274 Coloniae versasse. Verisimile mihi videtur Albertum hanc expositionem post commentarios in Lucam, quos 1261 composuit, conscripsisse. Testimonium codicis M nullius fere momenti esse videtur, quia archetypus huius codicis, qui certe codex Florentinus est, id non commemorat.

Modus editionis. Quod ad orthographiam attinet, rationem a recentioribus in libris Latinis adhibitam secutus sum, exceptis nominibus propriis, quorum scripturas, ni in codicibus discrepant, servandas esse existimabam.

In margine indicatas invenies singulas codicum columnas, ut, si quid fortasse deliquerim, facilius inveniatur. Interdum locos ex aliis Beati Alberti libris attuli, quo facilius intelligatur opus nostrum ab eo vere esse conscriptum. Editione usus sum Parisiensi. In locis ex Aristotelis operibus citandis secutus sum editionem Parisiensem 1883, 5 tom., ceterorum auctorum editiones occasione oblata adnotabuntur.

Restat, ut gratias agam quam maximas praefectis bibliothecarum Erlangensis, Treverensis, Basileensis, Monacensis Univ., Florentinae, qui summa cum liberalitate codices in usum mihi tradiderunt, itemque Rectori Regii Lycei Frisingensis Rev. D. Praelato D$^{ri}$ de Daller, qui codices hic asservabat, nec minus gratia debetur doctis illis viris carisque amicis: P. L. Schmitz (Quaracchi), Ruland (Cöln), D$^{ri}$ Schuehlein (Freising), Six (Holzkirchen), D$^{ri}$ Stadler (München), qui in conficienda hac editione muneris pastoralis et sacerdotalis officiis me distractum auxilio consiliove adiuverunt.

[1] *Anal. Boll. XX 304.*

*Frisingae,* die 23 Maii 1904.

**Melchior Weiss,**
Concionator ad St. Georgium.

# HOC VOLUMINE CONTINENTUR:


| | Pag. |
|---|---|
| Prolegomena editoris . . . . . . . . . . | VII—X |
| Prologus Beati Alberti . . . . . . . . . . | 1—4 |
| Prologi Sancti Hieronymi in librum Iob explanatio . . . | 5—14 |
| Alius prologus Sancti Hieronymi explanatur . . . . . . | 14—16 |
| Textus libri Iob cum explanatione Beati Alberti . . . . | 17—514 |
| Index locorum Sacrae Scripturae . . . . . . . | 517—552 |
| Index auctorum . . . . . . . . . . . | 553—556 |
| Index rerum et nominum . . . . . . . . . . | 557—568 |
| Tabulae I—VIII. | |

# PROLOGUS B. ALBERTI.

EXEMPLUM accipite, fratres, exitus mali et longanimitatis, laboris et patientiae, prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam[a] Iob audistis, et finem vidistis Domini, Iac V, (10 11). In verbo isto quinque[b] accipiuntur, quae ante quemlibet librum inquiri[c] solent.

Quorum primum est utilitas, quae notatur in hoc, quod dicitur: Exemplum accipite, fratres, exitus mali. Ad hoc enim utilis est liber, ut malum exibit[d], hoc est finietur[e], in bonum et consolationem. Tob III, (21 22): ‚Hoc pro certo habet omnis, qui colit Te, quia vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur; si autem in tribulatione fuerit, liberabitur; et si in corruptione[f] fuerit, ad misericordiam Tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, et post lacrimationem et fletum exultationem infundis.‘ Rom XV, (4): ‚Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus.‘ Unde et Aeneas de paterno regno eiectus, recedens consolans suos dixit:

‚O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.‘ [1]

Et adiungit utilitatem aedificationis ad virtutem, sc. in specie, in vita, in animi continentia, in bonorum societate et similitudine, in specie longanimitatis. Longanimitas enim longa est adversorum tolerantia cum spe vincendi. Hebr VI, (15)[g]: ‚Sic longanimiter adeptus est repromissionem‘[h]. Hab II, (3): ‚Si moram fecerit, exspecta eum.‘ Ps (XXVI, 14): ‚Exspecta Dominum, viriliter age; confortetur cor tuum; et sustine Dominum.‘

Laboris, in quo[i] tota vita expendenda est, cum enim ars et virtus sint[k] circa difficile et bonum illius, qui virtutem et sapientiam attingere vult, tota vita in labore est. Unde II. ad Cor VI, (4): ‚In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.‘ Et post pauca sequitur (II. ad Cor VI, 5): ‚In laboribus plurimis‘. Ps (LXXXVII, 16): ‚Pauper sum ego, et in laboribus a iuventute mea.‘ Iob V, (7): ‚Homo ad laborem nascitur.‘

Et patientiae alios sc. aequanimiter sustinendo[l]. ‚Est enim‘, ut dicit Tullius[2], ‚patientia aequanimis tolerantia adversorum.‘ Oportet enim aequanimiter | malos M 1b in vita ista sustinere[m]. Hebr X, (36): ‚Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis[n] repromissiones.‘ Unde beatus Iob damnum rerum despiciens[o], orbitatem prolis[p] aequanimiter

[a] sustinentiam *E.* [b] in hoc verbo duo *FM.* [c] quaeri *FM.* [d] exeat *E.*
[e] finiatur *E.* [f] correptione *E.* [g] Rom IV *BFMT*; Rom III *E.*
[h] repromissiones *FE.* [i] Labore enim *E.* [k] sit *EFM.* [l] tolerando *FM.*
[m] mala sustinere in hac vita *E.* [n] faciamus, reportemus *E.* [o] despicit *E.*
[p] filiorum *FM.*

[1] *Vergil. Aen. I, 198.* [2] *Cf. Alb., Eth. III, 2, 49; tom. VII, p. 250.*

dolens vicit, percussionem carnis patienter toleravit[a], convicium uxoris sapienter docens[b] correxit.

Prophetas, qui locuti sunt nobis B 1b | in nomine Domini. Per hoc notatur societas bonorum, de quorum societate gaudere debemus. Hebr X, (32 33): ‚Rememoramini pristinos[c] dies, quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum; et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti; in altero autem socii taliter conversantium estis effecti.‘ Magnum est enim habere societatem. Rom VIII, (17): ‚Si tamen compatimur, ut et simul glorificemur.‘

Nomen autem auctoris et materia simul tangitur[d], cum dicitur: Sufferentiam[e] Iob audistis. Secundum enim verissimam sententiam Iob ipse haec descripsit. Sufferentia autem ipsius materia est, quam tanto certius descripsit, T 1b quanto eandem didicit | per experimenta. F 1b I. Io I, (1—3): ‚Quod vidimus, quod au|divimus, et oculis nostris conspeximus[f], et manus nostrae contrectaverunt[g], annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum patre et filio eius Iesu Christo.‘

Finis autem et certitudo notatur per hoc, quod dicit: Finem Domini vidistis, hoc est: finem, quem sanctorum tribulationibus imposuit Dominus. In quo notatur etiam modus et ordo, qualiter sc. per tribulationes primo perpessas venitur ad dupli|cis gloriae in corpore et E 1b anima promissionem. I. Petr I, (11): ‚Praenuntians, quae insunt Christo, passiones et posteriores glorias.‘ II. ad Cor IV, (17): ‚Id enim, quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitatem aeternum pondus gloriae operatur in nobis.‘ Rom VIII, (18): ‚Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.‘ Is LXI, (7): ‚In terra sua duplicia possidebunt, et laetitia sempiterna erit eis.‘

[a] tolerat *E.* [b] dolens *FM.* [c] primos *E.* [d] tanguntur *E.*
[e] Sustinentiam *E.* [f] perspeximus *EFMT.* [g] tractaverunt *E.*

# PROLOGI SANCTI HIERONYMI IN LIBRUM IOB EXPLANATIO.

HUIC libro[a] Hieronymus[1] praemittit vel duos prologos vel unum ex duobus contextum. Et si duo sunt, secundus M 1c incipit ibi: *Si autem fiscellam.* | Et quocumque modo dicatur, in primo commendatio fit translationis, in secundo autem commendatio operis et laboris, et in utroque ex incidente repressio[b] detractoris.

In primo tria sunt: Primum est commendatio translationis ex modo transferendi; secundo commendatio eiusdem ex modo libri, ibi: *A principio itaque voluminis;* tertio ex his[c], quod prae aliis recipi debeat et aliis translationibus praeferri, ibi: *Quod si apud Graecos post Septuaginta.*

In prima[d] duo sunt, sc. commendatio translationis generaliter et specialiter ibi: *Praecipue in Iob.*

Commendatio generaliter translationis quinque continet, sc. quod cogitur respondere detrahentibus, duas rationes responsionis, conclusionem et confirmationem. Et hoc est:

**Cogor** sc. et amore veritatis defendendae et necessitate famae — **per singulos scripturae divinae libros**, quos supple transfero[e] — **adversariorum** aemulorum sc. **respondere maledictis** in me sc. et in opera mea prolatis. Prv XXVI, (5): ‚Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne B 1c sibi sapiens | videatur.‘

Et subdit causam: **qui**, hoc est quia illi **interpretationem meam**, hoc est a me factam in omnibus libris de Hebraeo in Latinum, **reprehensionem**, hoc est in reprehensionem, **Septuaginta interpretum** supple esse factam et non propter veritatis studium, **criminantur** hoc est criminose imponunt. Rom I, (29 30): ‚Susurrones, detractores, Deo odibiles‘. Et[f] supponit rationem quare hoc facere non deberent: **quasi non et apud Graecos** ex quibus sc. fides et cognitio veritatis ad nos derivata est — **Aquila** primo, **Symmachus** secundo **et Theodotion** tertio **vel verbum ex verbo** in quibusdam locis scripturae, **vel sensum ex sensu** in quibusdam aliis locis, ubi sc. proprietas unius linguae proprietatem verborum alterius linguae servare non potuit, **vel ex utroque** verbi sc. ex verbo et sensus ex sensu **commixtum**, hoc est | compositum, **et**, id est, F 1c **medie temperatum genus translationis expresserint** de Hebraeo sc. in Graecum, quod tamen non in reprehen|sionem Septua- T 1c ginta factum est, sed ob studium veritatis. In prologo Ecclesiastici: ‚Deficient verba, cum | translata fuerint ad aliam linguam.‘ M 1d

Et subdit secundam rationem: **et** quasi non **omnia veteris instrumenti**[g] hoc est testamenti, quod instrumentum dicitur, quoniam eo utimur ad docendum, exhortandum, praedicandum et disputandum. — **volumina**, hoc est libros **Origenes**[h] causa[i] studii veritatis **obelis**, id est verubus, et debet *obelis* resolvi in adiectivum hoc est obelicis, et[k] simile signum sagittae barbatae, ut sc. iugulando significet, quod superfluum est, **astericisque**[l] hoc est signis similibus astro, ut sc. significet illuminari sententiam ex eo, quod additum est, quod ante defuerat, **distinxerit**, ut sc. in diversis

[a] operi *FM.* [b] reprehensio *FM.* [c] concluditur *add. TFM;* concluditur, quae . . . debeant *E.*
[d] primo *FM.* [e] transformamus *E.* [f] ibi *F.* [g] testamenti *E.* [h] Origenis *E.*
[i] causa sc. studii *FM.* [k] et est *EM.* [l] sic *CC.*

[1] *Migne 28, 1079—1084.*

partibus significet esse quaedam addita, quaedam resecata, **quos**, sc. obelos et astericos, **vel additos**, supple de novo a se ipso, **vel de Theodotione sumptos**[a], qui prius hos apposuerat; **translationi antiquae**, hoc est Septuaginta, **inseruit**, non in reprehensionem[b], sed ob studium elucidandae veritatis. Et hoc est quod sequitur[c]: **probans defuisse quod additum est** per astericum sc. Et subdit conclusionem:

**Discant igitur** per talia vitia translationis **obtrectatores mei**, hoc est aemuli et detrectatores **recipere in toto**, hoc est omnium librorum translatione, **quod in** E 1c **partibus** librorum sc. demi nutum vel superfluum **susceperunt**, diminutam sc. in quibusdam et superfluam in aliis esse translationem; **aut**, supple, discant per experimentum, **interpretationem meam**, quam de Graeco in Latinum edidi, **cum astericis suis**, si diminuta est, aut obelis suis, si superflua, **radere**, quod si non B 1d possunt, rectam esse translationem | confiteantur et necessariam.

Et ponit huius confirmationem subdens: **Neque enim fieri potest**, quia impossibile est, **ut quos plura intermisisse perspexerint**[d] per diminutionem et appositionem, **non eosdem**, supple[e] interpretes, **in quibusdam errasse fateantur**, apponere enim vel diminuere errare est.

**Praecipue in Iob**: tangit hic[f] in speciali, et dicit quinque: Primo enim ostendit hunc errorem specialiter esse in Iob ex diminutione, secundo ex quantitate diminutorum, tertio ex difficultate linguae, M 2a ex[g] qua translatus est, quarto per examinationem | ad optime doctos, quinto innuit in[h] eisdem quatuor, quae dicta sunt, quod haec translatio non[i] diminuta nec superflua est in contentis, et hoc est praecipue in Iob, qui prae ceteris corruptus est.

**Cui**, sc. Iob, **si ea, quae sub astericis addita sunt**, translationi sc. Septuaginta **subtraxeris**, auferendo vel amputando per verum, **pars maxima** voluminis **detruncabitur.** Et sic supple detruncatis mediis extrema non concordabunt, **et hoc dumtaxat apud Graecos**, apud quos sc. cor|rectiones[k] libri esse deberent, **ceterum** F 1d et id est etiam **apud Latinos.**

Et tangit quantitatem efficientium: **ante eam translationem**, Septuaginta sc., **quam sub astericis et obelis nuper edidimus**, emendando sc. superfluum et diminutum, **septingenti ferme aut octingenti versus desunt**, in quibus sc. dif|fert ab Hebraica T 1d veritate, **ut** sc. his versibus **decurtatus** ab integritate materiae **et laceratus**, quantum ad discontinuitatem sententiae **corrosusque liber**, quantum ad subtractationem versuum, **foeditatem sui**, hoc est turpitudinem **publice**, hoc est manifeste **legentibus praebeat.** Et ex hoc commendat suam, quae nihil talium continet, et hoc est: **Haec autem translatio**, sc. a me de Hebraeo in Latinum facta, **nullum de veteribus sequitur interpretem**, hoc est interpretum errorem, **sed ex ipso Hebraico**, sc. sermone, **Arabicoque sermone**, in quibusdam enim Hebraico, in quibusdam vero Arabico sermone descriptus est, **et interdum Syro.** His enim tribus linguis et etiam Chaldaica Iob descriptus est; **nunc verba** supple ex verbis **nunc sensus** supple ex sensibus **nunc simul utrumque** verba sc. ex verbis et sensus ex sensibus **resonabit**, quodcunque sc. illorum trium magis concordat veritati translationis. Et subdit de difficultate: **Obliquus**[l] **enim etiam apud Hebraeos** quantum ad sententiae[m] cum verbis concordantiam et **lubricus** quantum ad verborum formationem **totus liber fertur**, et ideo difficile est ad transferendum. Et hoc confirmat subdens: **et quod Graeci rhetores vocant** colores sc. rhetoricos **scematismenos**[n], menos est | de- B 2a fectus scematis; scema locutionis hoc | est M 2b defectus a scemate locutionis. Et hoc explanans subdit: **dumque aliud loquitur, aliud agit**: et hoc est in locutionibus transsumptis, quibus multum utitur iste

[a] sc. interpres *add. E.* [b] reprehensionis causa *FM.* [c] dicitur *E*, subdit *FM.*
[d] prospexerint *FM.* [e] sc. *FM.* [f] hic tangit commendationem translationis *FM.*
[g] de *FM.* [h] ex *FM.* [i] nec *FM.* [k] correctores *ETFM.* [l] Oblitus *FM.*
[m] ad finem *F.* [n] ἐσχηματισμένος *in textu.*

liber. Et ponit ad hoc similitudinem: **ut si velis anguillam vel murenulam**, quae lubrica sunt animalia, **strictis tenere manibus**, premendo sc. fortiter, **quanto fortius presseris** manu sc., **tanto citius elabitur**, supple propter lubricitatem. Et intendit, quod sermo transsumptus, quanto fortius premitur ad proprietatem, tanto magis elabitur a sensu transsumpto. Et addit confirmans signum:

**Memini me** olim supple **ob intelligentiam huius voluminis**, quod prae ceteris difficile est. **Lyddaeum quendam** sc. hoc nomine dictum **praeceptorem**, hoc est magistrum, **qui apud Hebraeos**, a quibus haec scientia derivata est, **primus haberi putabatur**, hoc est | E 1d praecipuus, **non parvis**, hoc est paucis, **redemisse**, hoc est conduxisse, **nummis**, doctrinam enim suam magni pretii esse aestimavit, **cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio.** In hoc notatur, quod Hieronymus aequaliter vel melius scivit quam ille. Et hoc est quod sequitur: **hoc unum scio**, ex comparatione mei ad illum, **non potuisse me interpretari**, ex sua sc. doctrina, **nisi quod ante intellexeram**, supple ex me ipso.

**A principio itaque.**

Tangit hic libri formam et modum, et dicit tria: modum sc. sive formam talis formae et modi veritatem esse apud Hebraeos, probationem ibi: *Quod si cui videtur,* et ex his concludit detrahentium | F 2a reprehensionem[a] ibi: *audiant quapropter.* Et hoc est[b]: **A principio itaque voluminis,** ubi sc. incipit struere quaestionem, **usque ad verba Iob** infra III° capitulo **apud Hebraeos**, hoc est in Hebraica lingua, **prosaica oratio est** simplici sc. oratione contexta. **Porro a** T 2a **verbis Iob** infra III, (3) **ubi ait: Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est, conceptus est homo: usque ad eum locum**, ultimi sc. capituli, **ubi ante finem voluminis scriptum est**, XLII, (6): **Idcirco ipse me reprehendo, et ago poenitentiam in favilla et cinere, hexametri versus** hoc est sex pedum **sunt, dactylo**, qui ex una | M 2c longa et duabus brevibus **spondeoque**, qui ex duabus longis, **currentes, et propter linguae idioma**, quod supple tale metrum aliquando sustinere non poterit **crebro recipientes, et** id est etiam **alios pedes**, iambum, sc. pyrrhichium, tribrachum et anapaestum, **non earundem syllabarum**, hoc est eiusdem numeri syllabarum, **sed eorundem temporum**, sicut spondeus et dactylus non earundem sunt syllabarum, sed temporum; longe enim tempus ex duobus brevibus componitur.

**Interdum quoque rhythmus ipse dulcis**, hoc est per se dulcis propter | B 2b consonantiam, **et tinnulus** propter accentum **fertur**, hoc est ponitur, **numeris** sc. syllabarum et dictionum **lege** hoc est ligatione metri **pedum solutis** hoc est absolutis **quod metrici**[c] hoc est metrum scientes **magis, quam simplex lector intelligit.** Et ulterius determinat modum: **A supradicto autem versu** sc. a principio XLII[i] capituli **usque ad finem parvum comma, quod remanet,** hoc est parva distinctio **prosa oratione contexitur.** Quod autem talia sint apud Hebraeos, probat per testimonia aliorum[d]: **Quod si cui**, hoc est alicui, **videtur incredulum**, hoc est incredibile, **metra sc. esse apud Hebraeos** rhythmum[e] sc. et temporibus colligata, **et**, supple apud eos esse metra **in morem nostri Flacci**, hoc est quae[f] Flaccus noster composuit in Latino, **Graccique**[g] **Pindari** hoc est, quae Graccus et Pindarus composuerunt **et Alcaei et Sappho**[h], hoc est composita ab Alcaeo et Sappho, **vel**, supple videtur incredulum, **Psalterium vel Lamentationes Ieremiae, vel omnia ferme**, hoc est fere **scripturarum cantica comprehendi,** supple tali metro, ut canticum Exodi (Ex XV, 1—19)[i], Deuteronomii (Dt XXXII, 1—43)[i], Annae I. Rg II, (1—10), Isaiae (Is XII, 1—6), Habacuc (Hab III, 1—19)[i], Debborae (Idc V, 2—31)[i], Ezechiae (Is. XXXVIII, 9—20)[i] et aliorum, **legat Phi-**

[a] repressionem *E.* [b] dicit ergo *add. FM.*
[c] **metrice** hoc est metrum scientes *BTE*, **metrici** sc. metrum scientes *FM.* [d] dicens *add. FM.*
[e] rhythmi *T*, rhythmus *EB*, rhythmum *FM.* [f] quod *E.* [g] **Graecique** *Migne 28, 1082.*
[h] **Saffo** *CC.* [i] *in CC non citantur.*

**lonem** in libro de gestis patriarcharum [1], **Iosephum**, de bello iudaico [2], **Origenem** in expositione translationis antiquae [3], **Caesariensem Eusebium** in Chronicis [4] **et eorum testimonio** idem sc. attestantium **me verum dicere comprobabit**, qui omni exceptione maiores sunt. Ex his, quae dicta sunt, reprimit detractores. Et hoc M 2d est: **Audiant quapropter canes** | **mei** *canis* dicitur detractor, quia sicut canis ad extraneum latrat, non discernens utrum amicus vel inimicus sit, ita detractor, cuilibet novo operi detrahit non discernens, utrum utile vel inutile sit. Augustinus in primo de trinitate [5]: ‚Dentem caninum vel retundit solidissima veritas vel evitat cautissima humilitas.‘

**Idcirco me in hoc volumine laborasse** transferendo sc. **non ut antiquam interpretationem reprehenderem** ex livore sc. invidiae, **sed ut ea**, **quae in illa** sc. antiqua translatione Septuaginta **aut obscura** F 2b **sunt** ex translatione sc. **aut obmissa** | ex diminutione **aut certe vitio scriptorum** E 2a T 2b **depravata** ex | negli|gentia vel inertia **manifestiora nostra interpretatione**[a] **fierent**, et quod hoc potuerunt subdit, **qui**, hoc est quia nos, **et Hebraeum sermonem in parte didicimus.** Humiliter loquitur[b] simile Phil III, (12): ‚Non quasi[c] iam comprehenderim, aut quasi[c] iam perfectus sim.‘ **et in Latino**, supple sermone, **pene ab ipsis cunabulis**, *pene*[d] dicit propter in- B 2c fantiae annos, **inter grammaticos**, | qui recte, **et rhetores**, qui ornate et facete, **et philosophos**, qui sapienter et vere loquuntur; **detriti**[e] studio et laboribus **sumus.** Sap VIII, (2): ‚Hanc amavi et exquisivi iam a iuventute mea.‘

**Quod si apud Graecos.**

Ostendit hanc translationem esse receptibilem quatuor rationibus, sc. ex aliorum receptione, ex studii utilitate, ex librorum correctione, ex libera legentium electione. Et hoc est: **Quod si apud Graecos**, qui sapientes sunt et studiosi, **post Septuaginta editionem**, supple iam receptam, **iam Christi Evangelio coruscante**, in cordibus fidelium, **Iudaeus Aquila**, qui[f] aperte Iudaeus fuit, **et Symmachus ac Theodotio** falsi nominis[g] Christiani **Iudaizantes haeretici sunt reperti, qui**, sc. quia non vere erant Christiani, **multa mysteria Salvatoris**, hoc est de Salvatore in scripturis posita, **subdola interpretatione celaverunt**, hoc est in alium sensum interpretati sunt, **et tamen**, quod minus videtur, **in exaplois**[h], hoc est in exemplaribus, **habentur apud ecclesias**, | hoc M 3a est fidelium congregationes, **et explanantur ab ecclesiasticis viris**, Gregorio sc. Nazianzeno, Chrysostomo, Ambrosio et aliis. **Quanto magis ego**[i] **Christianus** professione sc. **et de parentibus Christianis natus** educatione sc. **et vexillum crucis in fronte mea portans** confirmatione sc. **cuius studium fuit**, hoc est diligentia, **omissa** ab aliis sc. interpretatoribus **repetere**, **depravata** ab aliis, **corrigere**, **et sacramenta Ecclesiae**, hoc est sacra in scriptura celata, **puro** a vitio **et fideli** ab errore **aperire sermone**, hoc est aperta translatione transferre, **vel a fastidiosis**, pigris sc. et inertibus, **vel a malignis** lectoribus invidis sc. vel inimicis **non debeo reprobari.**

Et subdit probans hoc a translationis correctione: **Habeant qui volunt veteres libros**, hoc est veteris translationis libros, **vel in membranis**, hoc est pergamenis **purpureis**, hoc est sericeis purpureo colore coloratis[k]. De serico enim pergamenum fit, sicut de papyro. **auro argentoque**, hoc est aureis et argenteis litteris, **descriptos vel initialibus**, hoc est capitalibus **ut vulgo**, id est vulgaliter[l], **aiunt litteris**, supple propter decorem descriptos[m] **dummodo**, supple sine detractione, **mihi meisque**, hoc est meis amicis, qui mea amplectuntur, **permittant**

[a] translatione *F.* [b] de se *add. F.* [c] quod *F.* [d] autem *add. FM.*
[e] decerti *EFM.* [f] hoc est quoniam *E.* [g] falso nomine *FM.* [h] ἐξαπλοῖς *in textu.*
[i] ego *om. F.* [k] coloratos *TB.* [l] vulgariter *EFM.*
[m] descriptos *om FM.* *Textum* **onera magis exarata quam codices** *et expositionem om. CC.*

[1] *Philo, De Essenis; cf. Migne, P. gr. 28, 1082.* [2] *Iosephus, Antiq. 7, 12, 3. Ed. Lips. II 131.*
[3] *Scholion ad Ps. 119 (118); cf. Vetter, Die Metrik des Buches Iob p. 2, et En. in Iob 21, 12; Migne 17, 79.*
[4] *Praepar. Evang. 11, 5; cf. Migne, P. gr. 20, 854.* [5] *Aug., De trin. 2, 1; Migne 42, 845.*

**pauperes habere cedulas**, hoc est libros indecoros, cedulis comparandos, **et non tam pulchros codices**, quia nullum studium pulchritudinis est in eis, **quam emendatos**, ad emendationem enim plurimum studuimus.

F 2c Et subdit de libera electione: **Utraque** B 2d **autem** | **editio**, hoc est translatio, **et Septuaginta** interpretum **iuxta Graecos**, hoc est de Graeco in Latinum per me versa, **et** T 2c **mea iuxta Hebraeos**, hoc est de | Hebraico[a] translata, **in Latinum meo labore translata est.** Primo enim transtulit de Graeco et postea de Hebraeo.

**Eligat unusquisque, quod vult**, sc. sive translationem de Graeco sive translatum[b] de Hebraeo, **et studiosum me magis**, quia[c] iam totiens laborando transtuli[d] propter studium inquirendae veritatis, **quam malivolum**, qui hoc[e] faciam in derogationem aliorum **probet** hoc est probando dicat.

---

# ITEM ALIUS PROLOGUS[f].

M 3b **Si autem.**

In isto prologo secundo tria facit Hieronymus: Primo praefert opus spirituale corporali, secundo derogantibus operi spirituali respondet ibi: **Nunc autem**, tertio fructum spiritualis operis offert[g]: **Quapropter o fratres.**

Et hoc est: **Si autem fiscellam iunco**[h] **texerem**, sicut supple monachi plectendo scirpos faciebant fiscellas, **aut palmarum folia**, id est spatulas, **complicarem**, sicut supple monachi plicando spatulas palmarum subtratoria fecerunt, quae nactae[i] E 2b vocantur, | **ut in sudore vultus mei**, hoc est labore vultum sudare facientem, **comederem**, hoc est ad comedendum acquirerem **panem**, sicut supple alii monachi faciunt. Gn III, (19): ‚In sudore vultus tui vesceris pane tuo.' **Et**, supple in talibus manualibus operibus, **ventris opus**, hoc est ad ventrem pertinens, **sollicita mente pertractarem**, hoc est operarer. I. ad Cor VI, (13): ‚Esca ventri et venter escis: Deus autem et hunc et has destruet.' **Nullus morderet** per invidiam, ut canis **nemo reprehenderet** tale sc. opus. Et causa est quia talia opuscula parva sunt, et invidiam in se non provocant.

Et subdit de reprehensione operis spiritualis: **Nunc autem, quia iuxta sententiam Salvatoris.** Io VI: **Volo operari cibum**, sc. spiritualem, **qui non perit.** Et in hac enim vita et in futura[k] spiritualia operabimur, hoc est intellectualia. Io VI, (27): ‚Operamini cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam aeternam.' Et in quo fit illud opus, subdit: **et antiquam divinorum voluminum**, hoc est librorum, **viam** veritatis sc., per quam venerint antiqui patres fide proficientes in Deum **sentibus**, hoc est a sentibus errorum sc. **virgultisque**, hoc est a virgultis, **purgare** sc. faciendo novam translationem, et dicuntur *virgulta* spurii sensus vel sententiae libris antiquorum patrum insertae. **Error mihi geminus infligitur**[l], hoc est imponitur, sed quia talis impositio ad profunda penetrat et turbat[m], | verbo in- M 3c fligendi[n] usus est, et subdit: quid[o] sit ibi[p] geminus error: **corrector vitiorum**, supple ego existens, **falsarius vocor** quasi corrigendo alios falsa inseram | libris, et hoc B 3a est error primus, **et errores non auferre**, supple dicor, **sed serere**, hoc est per mundum seminare.

Et subdit rationem, quae facit hoc dici: **Tanta est enim vetustatis consuetudo** in translatione, hoc est vetustae consuetudinis, ut ius, **ut etiam confessa plerisque**, hoc est a plerisque, **vitia placeant**, eo quod consuetudo, ut natura tenet hominem, | et ad rectum iudicium non per- F 2d

[a] Hebraeo *FM.* [b] translatum *om. FM.* [c] qui sc. *FM.* [d] laboravi transferendo *E.*
[e] hoc est *E.* [f] Prologus *B.* Item alius prologus *E.* *titulum om. TFM.*
[g] ibi *add. EFM.* [h] iuncto *F.* [i] macte *F*, matre *M.* [k] alia *FM.* [l] aufertur *FM.*
[m] ideo *add. FM.* [n] inflixionis *FM.* [o] quod *FM.* [p] iste *ETFM.*

mittit venire, **dum magis pulchros consuetos** sc. antiquae translationis [T 2d] **volunt habere codices**, **quam** sc. novae translationis **emendatos**.

Quod autem sic transtulit, offert Chromatio et Pachmatio episcopis, et facit tria: Rogat, ut grate suscipiant; et quam pretiosum munus sit, ab eo explanatur, et tertio rogat, ut translatio in integritate et veritate sui servetur.

Et hoc est: **Quapropter, o fratres carissimi**, Chromati sc. et Pachmati! Fratres in professione religionis et studii, **unicum** hoc est singulare, **nobilitatis**, nobile est, quod in origine est altum. Et dicit pro nobili animo, quia nobilia petebant. **et humilitatis** humiles enim fuerunt cum ab alio petebant. **exemplar**, quia in hoc formam aliis dabant. Eccli III, (20): ‚Quanto magnus es, humilia te in omnibus.‘ **pro flabello**; flabellum est eventatorium, quo homines tempore calido facies suas eventare consueverunt, quod monachi primitivi de plectis palmarum fecerunt, **calathis**, vasa in quibus fructus portabant, **sportellisque** vasis sc., in quibus panis et alia ferebantur, quae omnia vel de spatulis palmarum vel de iuncis vel de viminibus plectebantur a monachis, qui ex talium laboribus victum quaerebant. Et hoc est, quod sequitur: **munusculum**[a] **monachorum**, hoc est, quae monachi offerre consueverunt, **spiritualia**, hoc est spiritum instruentia, **et mansura in aeternum**, **dona suscipite**, [M 3d] grate supple.

Et subdit de huius doni pretiositate et utilitate: **ac beatum Iob** in libro suo, **qui** sc. liber, **adhuc apud Latinos** vitio sc. translationis antiquae **iacebat in stercore** corruptionis sc. **et vermibus scatebat errorum**, intransitive, hoc est vermibus, qui sunt errores; **integrum** quantum ad sententias, **immaculatumque**, quantum ad correctiones errorum, **esse gaudete**, per me autem sc. translatum[b].

Et qualiter hoc sit subdit: **Quomodo enim post probatio[E 2c]nem**, hoc est tribulationem, per quam probatus inventus est, **atque victoriam** super sc. amicorum contradictionem **duplicia universa ei sunt reddita** supple a Domino Iob XLII, (10). **Ita ego in linguam nostram** supple trans[B 3b]ferens, **ut audacter loquar**, confidentia veritatis audaciam sumens **feci eum**, in libro suo supple **habere** sive rehabere, **quae amiserat** vel vitio scriptorum vel vitio transferentium.

**Igitur et vos**, rogat, ut integre conservetur, **et unumquemque lectorem** ad quem sc. liber iste devenerit. **sollicita commoneo praefatione**, quam libro praemitto, **et in principio librorum** a me sc. translatorum **eadem**, supple in praefatione, **semper annectens, rogo**, ne sc. labor meus irritus sit. **ut ubicumque semper**, hoc est in omni loco, **praecedentes virgulas videritis**, hoc est figuras virgularum, **sciatis ea, quae subiecta sunt** virgulis; vel supple **in Hebraicis voluminibus non haberi**, sed esse, supple amputanda.

**Porro ubi stellae imago praefulserit** in signo sc. posito in libro **ex Hebraeo**, hoc est ex Hebraica veritate **in nostro**, hoc est in Latino **sermone addita** supple: esse sciatis, **nec non et illa, quae haberi videbantur**, supple in antiqua translatione **et ita** [T 3a] **corrupta erant** mutatione sc. et transpositione verborum et sententiarum, **ut sensum legentibus tollerent**, hoc est auferrent rectum intellectum, **orantibus vobis**, hoc est merito orationum vestrarum, **magno labore**, nostro supple, **correxi** ad veritatem sc. Hebraicam Septuaginta[c]. **Haec autem feci** [F 3a] **ego ratus**, a reor reeris, quod facit praeteritum, ratus sum, **magis utile, quid**, hoc est aliquid venturum, hoc est proventurum, **ecclesiis Christi ex otio**[d] **meo** hoc est ex studio meo, pro quo me [M 4a] invidi habent odio, **quam** supple venturum sit, **ex aliorum negotio**, qui sc. flabella calathos et sportulas plectuntur, de quibus panem negotiantur.

[a] munusculis *in textu, item solum M.* [b] per meam translationem *F.*
[c] Septuaginta *om. TFM.* [d] odio *TFM.*

## CAPITULUM I.

### Vir erat.

I LIBER iste in tres partes dividitur: In prima describitur status Iob ante tentationem; in secunda disputatio de causa tentationis, infra III, (1) ibi: *Post haec aperuit Iob os suum;* in tertia status Iob post tentationem, infra XLII, (1) ibi: *Respondens autem Iob Domino dixit.*

Prima harum in duas dividitur, in quarum prima describitur status prosperitatis, tam in bonis animae, quam in bonis corporis, in secunda processus tentationis, ibi I, (6): *Quadam autem die.*

Prima[a] in duas. Primo enim describitur, qualis fuit ad homines; secundo, qualis ad Deum, ibi I, (5): *Cumque in orbem transissent dies convivii.*

Primo describitur, qualis fuit in bono monastico, quod est bonum solius hominis; B 3c secundo, qualis fuit in bono oeconomico, hoc est dispensatione domus, ibi I, (2): *Natique sunt ei;* tertio, qualis fuit in bono gentis, quod vocatur politicum bonum, et consistit in ordinatione civitatis et gentis, ibi I, (3): *Eratque vir ille magnus.*

In primo describitur a perfectione naturae, fama patriae, praesaga nominis significatione, omni perfectione iustitiae. Et hoc est: **Vir**, perfectione animi, naturae et sexus, **erat**, ,vir in perfectione animi est', ut dicit Gregorius[1], ,qui contra biformes fortunae insultus uniformi constantia mentis militat, praemunitus, hoc est, quod, cum fortuna modo per prospera arrideat, modo per adversa insiliens frendeat et subsannet illi, uniformi constantia ita militat, qui[b] nec in adversis deicitur nec in prosperis elevatur'[c]. Eccle VII, (29): ,Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.' Talis[d] fuit Anna I. Rg I, (18): ,Vultus eius non sunt amplius in diversa mutati.' Ir XVII, (7 8): ,Beatus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius; erit enim quasi E 2d lignum viride', et sic dicitur vir perfectione naturae et sexus, quia viret et germinat.

Hic e r a t, non dicit fuit vel fuerat, M 4b praeteritum enim imperfectum praesens continuat in praeteritum, ut ergo notetur, quod in praeterito talis fuit et in praesenti non deficit, propter hoc dicitur e r a t, Gal VI, (9): ,Bonum facientes non deficiamus.'

A patria commendat dicens: **in terra Hus**, quae terra ad litteram est[e] in finibus Idumaeae et Arabiae, cum enim de Edom sive Esau natus fuerit, iuxta Idumaeam[f] fuit, patriam accepit, sicut Gn XXXVI, (43) legitur. Interpretatur autem Hus consilium, eo quod a sapientia terra illa T 3b famosa fuit. Prv VIII, (12): ,Ego, sapientia, habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus.'

Et subdit commendationem a nomine: **nomine Iob.** Gregorius[g][2]: ,Erat enim antea nomen Iobab, et erat ipse filius cuiusdam Zarae, qui fuit filius filii Esau, de quadam matre natus, quae Borra[3] vocabatur, ita, quod quintus fuit ab Esau

[a] dividitur *add. E.* [b] quod *FM.* [c] et talis rarus invenitur *add. FM.*
[d] enim *add. FM.* [e] erat *FM.* [f] unde *add. FM.* [g] Gregorius *deest in E.*

[1] *Cf. Greg., Hom. in Evang. 1, 6, 2; Migne 76, 1096.*
[2] *Cf. Praefatio Greg. in Iob c. 1; Migne 75, 515. Cf. Glossa ordinaria Migne 113, 447.*
[3] *Cf. Gn 36, 33* Bosra.

vel quartus secundum alium modum, sextus autem vel septimus ab Abraham.‘ Et dicitur fuisse rex illius terrae et rex se- F 3b cundus. Ante eum enim regnavit Ba|lach[1], post eum vero dicitur regnavisse Chusan[2]. Iob vero interpretatur dolens, eo quod in prosperis et in adversis doluit. Unde infra tertio dicit (Iob III, 24 25): ‚Antequam comedam, suspiro, et tamquam inundantis aquae, sic rugitus meus, quia timor, quem timebam, evenit mihi, et, quod verebar, accidit‘[a]. Iob XXXI, (23): ‚Semper timui, quasi tumentes[b] fluctus Domini super me‘, unde praesagum nomen est.

Et subdit de perfectione animae secun- B 3d dum utramque partem iustitiae: | **et erat vir ille**, demonstrabitur sc. in omni claritate Ps (I, 1): ‚Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.‘

**simplex** intentione, virtute et prudentia. Intentione, quia unum intendebat Dominum Mt VI, (22): ‚Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.‘ Huic simplicitati opponitur duplicitas volentium regnare cum Christo et florere in hoc mundo. Eccli II, (14): ‚Vae peccatori terram ingredienti duabus viis.‘ ‚Simplicitas virtutis ex hoc‘, quod dicunt Dionysius[3] et Aristoteles[4], ‚quod virtus est ex una[c], sola et tota causa, vitium vero vel peccatum omnifariam, sicut tamen uno modo contingit, contingere medium, divertere autem omnimodo.‘ Prv XI, (3): ‚Simplicitas rectorum diriget eos.‘

M 4c Huic simplicitati | opponitur peccati multiplicitas. Iac I, (8): ‚Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.‘ Simplicitas prudentiae est sine plica astutiae et tergiversationis ad malum. I. ad Cor XIV[5]: ‚Volo vos esse simplices in malo et sapientes in bono.‘

**et rectus**, supple in opere. ‚Rectus est‘, ut dicit Ambrosius[6], ‚qui suam voluntatem conformat voluntati divinae, sc. quod de omni re vult, quod Deus vult eum velle, et ex eadem caritate, qua Deus vult, quod vult et iste vult, quidquid vult, et[d] ad eundem finem, quo Deus vult, quod vult, et iste vult, quidquid vult[d], hoc est ad gloriam Dei, et vult id, quod Deus vult secundum materiam voliti.‘ Ct I, (3): ‚Recti diligunt te.‘ ‚Rectum enim est‘, ut dicit Plato[7], ‚quod suppositum recto undique tangit et tangitur.‘ Ps (CXI, 2): ‚Generatio rectorum benedicetur.‘

Et subdit de altera parte iustitiae, quae est declinare a malo in habitu et in actu. In habitu: **et timens Deum.** Eccle VII, (19): ‚Qui timet Dominum, nihil negligit.‘ Ps (XIII, 3): ‚Non est timor Dei ante oculos eorum‘[e]. Ps (X sec. Hebr 5): ‚Inquinatae sunt viae illorum in omni tempore.‘

**et recedens a malo**, in actu supple universaliter, hoc est ab omni malo, quod simplex malum est, hoc enim non est, nisi mortale peccatum. Eccli I, (27): ‚Timor Domini expellit peccatum.‘ Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Iob XXVIII, (28): ‚Ecce timor Domini, ipse est | sapientia; et recedere a malo, T 3c intelligentia.‘

**Natique sunt ei.** 2

Hic tangitur, qualis fuerit in bono oeconomico, in filiis sc. et filiabus, possessionibus et familia.

Et hoc est: **Natique sunt ei**, non alii, sed in hoc tangit fidem thori, quod sc. adulter non habuit locum, cui filii nascerentur. Hebr XIII, (4): ‚Sint nuptiae honorabiles, et thorus immaculatus.‘ Sap III, E 3a (13): ‚Quae nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum.‘ Is XXVIII, (20): ‚Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat; pallium breve utrumque operire non potest.‘

**septem filii**, septenarius ad sanctitatem pertinet propter septem dona Sancti Spi-

[a] mihi *add. FM.* [b] timentes *EFM.* [c] et *add. FM.* [d] et — vult *om. E.*
[e] in conspectu eius *add. FM.*

[1] *Cf. Gn 36, 33* Bela. [2] *Cf. Gn 36, 34* Husam. [3] *De Div. Nom. 4, 31, 2; Migne 3, 810.*
[4] *Cf. Arist., Eth. Nic. 2, 6 (II, 20).* [5] I. ad Cor XIV *CC; cf. Rom 16, 19.* [6] *non inveni.*
[7] *Plato, Parmenides 137, E (ed. Lips. 1854 p. 32): Καὶ μὴν εὐθύ γε, οὗ ἂν τὸ μέσον ἀμφοῖν τοῖν ἐσχάτοιν ἐπίπροσθεν ᾖ.*

ritus, | Is XI, (2 3), sexus autem ad perfectionem.

**et tres filiae**, ternarius | ad | virtutem pertinet propter fidem, spem et caritatem; sexus ad fecunditatem, Prv XXXI, (28): ‚Surrexerunt filii eius et beatissimam praedicaverunt.‘ Sap VII, (12): ‚Omnium bonorum mater est.‘

3 Et subdit de possessione: **Et fuit possessio eius**, quae dicitur quasi pedum positio, eo, quod ad nutum habetur, et amor eius subicitur, et non dominatur. **septem millia ovium**, quod utile animal et mansuetum et simplex. Utile terrae fimo, lacte et carne, cibo, pelle, calceamento, vellere, vestimento, intestinis fidium sono deservit ad auditum. VII autem refertur ad universitatem, mille ad perfectionem, quia mille cubicus est numerus.

**et tria millia camelorum**, qui onera graviora de loco in locum transveherent, in esculento sc. et in poculento et in thesauris; et forte propter haec tria millia fuerunt. Sed quia domus non gubernatur, nisi redivivis fructibus, ideo subdit: **quingenta quoque iuga boum**, quae faciunt mille boves ad terras sc. arandas et excolendas Prv XIV, (4): ‚Ubi multae sunt segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.‘ [a] **et quingentae asinae**, quae sc. granum excussum et paleas pedibus animalium contritas de campis ad horrea deferrent [b]. **ac familia** clientulorum [c] sc. et famularum, **multa nimis.** Nimis exuberantiam vocat ultra numerum officiorum pertinentium ad dispensationem domus, ut lassis quibusdam et deficientibus alii suppeterent, qui [d] restituerentur.

Et est notandum, quod cum quatuor virtutibus domus regatur, nulla isti defuit: uxoria, sc. quae est scientia et virtus utendi uxore, quae notatur per hoc, quod dicit: *Nati sunt ei,* eo quod uxor in domo est, sicut regina in regno; fraterna, quae est sicut senatoria in regno; et hoc notatur, ubi dicitur septem filii et tres filiae; chrematistica [1] [e] sive thesaurizativa, quae notatur ibi: *Et fuit possessio eius;* despotica sive scientia utendi servis et ancillis, quae notatur ibi: *ac familia multa nimis.* In omnibus his secundum bonum oeconomicum iste perfectus fuit.

Sed quia bonum est, quod est bonum hominis, ut dicit Philosophus [2] I. Ethicorum, melius autem, quod est bonum domus, | optimum autem et divinissimum, quod est civitatis et gentis, ideo subdit qualis erat in bono civitatis et gentis, et hoc tripliciter, sc. ad concivem, ad Deum ibi (I, 5): *Cumque in orbem,* | et secundum totam vitae continuationem [f] ibi (I, 5): *Sic faciebat Iob.* Ad concivem dupliciter, qualiter sc. ex dignitate et honestate omnes vicit, et qualiter ex domo [g] civitatem et gentem constrinxit. Et hoc est |:

**eratque vir ille** demonstrabilis sc. **magnus** virtute, honestate et demonstratione [h]. Glossa [i] [3]: ‚Divitibus ditior, quia orientales constat esse perdivites.‘ Eustratius [4]: ‚Magnus est universaliter inclutus, quem sc. nullus divitiis, nullus morum honestate, nullus solemnitate familiae, nullus spectabilitate praecedit.‘ II. Paral IX, (22): ‚Magnificatus est rex Salomon divitiis et gloria super omnes reges universae terrae.‘ Orientales enim dicuntur, in quibus lumen gratiae Dei exortum principalius effulget. Zach VI, (12): ‚Ecce Vir, Oriens nomen eius; et | subter ipsum orietur.‘

Et subdit, qualiter civitas de sua domo
construebatur in amicitia et foedere: **Et** 4
**ibant**, proficiendo sc. Ps (LXXXIII, 8): ‚Ibunt de virtute in virtutem.‘ **filii eius**, qui de domo sc. eius exierant. Is XXVII, (6): ‚Qui egrediuntur impetu ex Iacob, florebit et germinabit Israel.‘ **et faciebant convivia**, quibus se ad bonum reficerent et mutuo [k] confortarent [l] **per domos** vicis-

[a] boum *FM.* [b] portarent *FM.* [c] famulorum *FM.* [d] et *FM.*
[e] crimatiastica *B et inter lineas* χρηματιστική, crimastica *EFM,* crimatistica *T.* [f] conversationem *FM.*
[g] de domo sua *TEFM.* [h] demonstrationibus *T.* **inter omnes Orientales** *om. CC.*
[i] gloriosior *F.* [k] nimio *E.* [l] conformarent *FM.*

[1] *Cf. Alb., Polit. 1, 2, c (VIII 19) et 1, 9 (VIII 74).* [2] *Arist., Eth. Nic. 1, 2, 8 (II 2).*
[3] *Interlinearis Nicolai Lyrani in hunc locum (ed. Lugd. 1545).* [4] *non inveni; cf. Migne 83, 2273.*

sim sc. et singulas. Convivium autem vocatur praeparatio delicatorum[a] eo, quod **unusquisque** delicata praeponeret, ut magis ad virtutem animarentur.

**in die suo**, hoc est, quando claritatem
E 3b sui luminis ostendere volebat. Simile Gn XLIII, (16): ,Introduc viros domum, et occide victimas, et instrue convivium, quoniam mecum commessuri sunt in meridie.' Et, ne sexus infirmior se despici putaret, **mittentes vocabant tres sorores suas.** Dicit enim Dionysius[1], quod lex divinitatis est per prima media et per media ultima reducere. Rom XIV, (1):
M 5b ,Infirmum in fide | assumite, et non in disceptationibus cogitationum.' **ut comederent** ad confortationem, **et biberent** ad delectationem, **cum eis.** Ct V, (1): ,Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, carissimi.'

Et subdit de perfectione eius in Deum
5 in domus dispensatione: **Cumque in orbem transissent dies convivii** hoc est ab ultimo in primum redissent. Ps (XXVI, 6): ,Circuibo et immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferationis.'

**mittebat ad eos Iob**, sacerdotem sc. et sacrificium Ps (CX, 9): ,Redemptionem misit Dominus populo suo.' **et sanctificabat illos**, hoc est expiabat a peccatis, Lv XIX, (2): ,Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester.'

Qua instantia[b], et qua necessitate hoc faciebat, subdit: **consurgens diluculo**; Eccli V, (8): ,Ne tardes converti ad Dominum de die in diem.' Eccli XXXIX, (6): ,Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum.'

**offerebat holocausta per singulos**, septem holocausta pro septem filiis. Ps (CXVIII, 164): ,Septies in die laudem dixi tibi.' Et subdit, qua necessitate: **Dicebat enim** cordis sui aestimationem: Rom XI, (20): ,Noli altum sapere, sed time.' Gregorius[2]:
B 4c ,Bonarum | mentium est, ibi culpam agno-
T 4a scere, | ubi culpa non est.' **Ne forte**, forte dicit, ne sit iudicium temerarium. Lc[3] VI, (37): ,Nolite iudicare! In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini.'

**peccaverint filii mei.** I. Io I, (8): ,Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.' **et benedixerint Deo** per antiphrasim, hoc est maledixerint **in cordibus suis** per libidinem sc. edacitatis, et per effrenatam linguam loquacitatis, quae duo vitia in conviviis abundare solent, ut dicit Gregorius[4], et probat Lc XVI, 24. Vir dives epulo cruciabatur in lingua. Et advertendum est, quod multum peccata verbi et operis detestatus sit, qui etiam peccata cordis purgavit.

Et subdit de continuatione perseverantiae: **Sic faciebat Iob** continuus in bonis profectibus **cunctis diebus.** Mt XXIV, (13): ,Qui perseveraverit usque in finem hic
salvus | erit.' Tob IV, (20): ,Omni tem- M 5c
pore benedic Dominum.' Ps (CXLIV, 2): ,Per singulos dies benedicam Tibi.'

**Quadam autem die.** 6

Hic tangitur de progressu tentationis ex parte tentatoris et ex parte tentati, et habet duas partes sc.[c] tentationes in rebus sc. primo et in corpore secundo:
infra ibi (II, 1): | *Factum est autem cum* F 4a
*quadam die.*

Prima adhuc in tres: In prima tangitur acceptio licentiae ad tentandum, in secunda perfectio tentationis beatum Iob ad peccatum provocandum sive impellendum inter usus tentationis, quae fit, ut perfectus virtute ostendatur Iob ad quodlibet in nomine Domini sustinendum, ibi (I, 20): *Tunc surrexit Iob et scidit vestimenta sua.*

Et nota progressum tentationis secundum beatum Gregorium[5]. Prius enim res auferuntur, quam filii, ut amissis rebus sollicitudo maior sit pro filiis, et dolor maior de amissione rerum pro sollicitudine filiorum. Adhuc in amissione rerum primo amittuntur boves, laboris adiumenta, ut sollicitudo remaneat de terrarum cul-

[a] deliciarum *E.* [b] autem *add. TFM.* [c] secundum duas *FM.*

[1] *De Angel. Hierarch. c. 4, § 3; Migne 3, 182.* [2] *Cf. Greg., Mor. 32, 1, 1; Migne 76, 632.*
[3] *Cf. Mt 7, 1 2.* [4] *Cf. Greg., Hom. in Evang. 2, 40, 5; Migne 76, 1307.*
[5] *Cf. Greg., Mor. 2, 12, 26; Migne 75, 568.*

tura, postea oves, ad nutrimenta domus pertinentes, ut sollicitudo de domo remaneat, tandem cameli, ut sollicitudo remaneat, quo vehat ea, quae iam per providentiam parata erant et prompta. Prima pars IV habet paragraphos. In quorum primo ostenditur, qualiter[a] tentator coram Deo apparuit, secundo qualiter bona sanctorum obfuscaret[b] ibi (I, 9): *Numquid frustra timet;* tertio licentiam tentandi petiit ibi (I, 11): *Sed extende;* quarto qualiter licentiam obtinuerit ibi (I, 12): *Ecce universa.*

B 4d In prima sic | procedit: **Quadam autem** E 3c | **die.** Quadam dicit, ut particulariter et singulariter notabile factum tantae tentationis designet. Dies vero dicit, quia in tantis doloribus a luce rationis et gratiae non cecidit, et a tenebris ad lucem rediturus fuit. Mich VII, (8): ‚Ne laeteris, inimica mea, super me, quia cecidi; consurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.‘ Et paulo post (Mich VII, 9 10): ‚Educet me in lucem, videbo M 5a faciem eius. | Et aspiciet me inimica mea, et operietur confusione.‘ Et ipse Iob T 4b infra (XXIII, 17): ‚Non enim perii | propter imminentes tenebras, nec operuit faciem meam caligo.‘ **cum venissent filii Dei.** ‚Angeli dicuntur filii Dei‘, ut dicit Gregorius[1], ‚propter similitudinem imaginis Dei profundius in eis impressam.‘ Unde angelus superior, qui cecidit, laudatur Ez XXVIII, (12 13) sic: ‚Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore, in deliciis Dei tui fuisti‘, ubi Gregorius[c][2] dicit, quod signaculum est sigillum profundatum. Et eo dicitur angelus signaculum, quo similitudinem imaginis Dei in se magis habuit profundatam; et Dn III, (49) angelus, qui apparuit cum tribus pueris[d], specie dicitur[3] similis filio Dei. Hi dicuntur venisse, quando ministerio, quod circa homines agunt, perfectionem lumini divino ostendunt, quid ministrando profecerint Tob XII, 20: ‚Vado ad eum, qui me misit, vos autem benedicite Dominum, et enarrate omnia mirabilia eius.‘

Et sub similitudine stellarum Bar III, (34 35) dicitur de angelis: ‚Stellae dederunt lucem in custodiis suis, et laetatae sunt, vocatae sunt et dixerunt: Assumus, et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.‘ Et hoc est quod sequitur, **ut assisterent coram Domino.** Assistunt enim, cum intima contemplatione vultui Dei praesentes sunt, et profectum ministerii sui ostendunt, et, quid acturi sint, per illuminationem accipiunt. Et quod dicit assisterent notatur, quod totos se nusquam distractos ad lumen divinum conferunt, et quod dicit coram Domino notatur, quod nihil affectuum vel actuum eorum Deo abscondunt. Eccli XXIII, (28): ‚Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum.‘

**affuit inter eos etiam Satan,** hominis[e] adversarius, diabolus sc.; nec dicit, quod venit, vel quod vocatus fuit, sed quod F 4b quasi coactus affuit, quia se lumini divino abscondere non potuit, sicut qui est in lumine, videt dissipando tenebras. Io I, (5): ‚Lux in tenebris lucet.‘ Chrysostomus[4]: Ad | dissipationem tenebrarum Satan[f] | M 6a B 5a dicitur, quia omnibus electis, in quibus custodia angelorum proficit, adversatur. Zach III, (1): ‚Ostendit mihi Dominus sacerdotem magnum Iesum, stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a dexteris eius, ut adversaretur ei.‘

Dicit autem inter eos et non cum eis, nec ante, nec post eos. Cum eis non fuit, quia voluntate non concordavit; ante[g] non fuit, quia profectus eorum impedire non valuit; post non fuit, quia confirmatis insidiari non potuit; sed inter eos fuit, cum inter profectus eorum mala seminavit. Mt XIII, (25): ‚Cum dormirent homines, venit inimicus eius, et superseminavit zizaniam in medio tritici.‘

**Cui dixit Dominus:** Beatus Gregorius[5] **7** vult, quod istae locutiones non flatu vocis

[a] quomodo *FM.* [b] obscuret *E.* [c] ergo *E.* [d] in fornace *add. FM.*
[e] hoc est *ETFM.* [f] autem *add. ETFM.* [g] eos *add. FM.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 2, 3, 3; Migne 75, 556.* [2] *non inveni.* [3] *Dn 3, 92.*
[4] *Cf. Chrys., Hom. 23 in Io 1, 11; Migne 59, 137.* [5] *Cf. Greg., Mor. 2, 7, 12; Migne 75, 561.*

factae sint, cum et Deus et angeli et Satan substantiae sint incorporeae, sed dicere Dei est, mala Satanae suo lumine perlustrare et conscientiae ostendere. Ps (XLIX, 21): ‚Arguam te et statuam contra faciem tuam.' Hoc est, in hoc arguam, quod te tibi ostendam. Unde beatus Gregorius[1] dicit, quod Deus quatuor modis loquitur Satanae, sc. vias eius arguendo, electorum suorum iustitiam contra | T 4c eum proponendo, tentandam innocentiam ei permittendo, ne ulterius audeat prohibendo. Et haec secundum ordinem | E 3d declarabuntur. Satan autem ad Deum tribus modis sc. vias suas insinuando, innocentes factis criminibus accusando, tentandam innocentiam postulando[2]. Dominus autem angelis bonis voluntatem suam inspirando[3], angeli Deum super se admirando[3], animae sanctae Deo per desideria a Deo nusquam discordantia[4]. Vult autem quod omnes isti modi locutionum realiter per demonstrationes illuminationum fiunt, et non verbaliter. Demonstrationum vero illuminationum dico, quando ex voluntate intellectualis substantia, sive inferior, sive superior, in lumine intelligentiae suae conceptus et affectus suos alteri intellectuali substantiae demonstrat. Et hoc dicit Basilius[5] in quodam libello de fide divinitatis sic: ‚Sermonis usum | M 6b nobis Deus indulsit, ut corporei existentes affectus nostros invicem panderemus. Si autem intecta et nuda anima uteremur, sermone non indigeremus, sed mutuo in nobis invicem videremus nostros defectus.'[a] Hoc etiam vult Gregorius[6], sic dicens: ‚Nos, qui etiam in secreto cordis quasi post parietem corporis stamus, quasi per linguam egredimur', et vult dicere, quod sicut post parietem stans non videtur, nisi egrediatur ad praesentiam alterius, ita affectus cordis pariete corporis tectus | B 5b ab altero non videtur, nisi vehiculo vocis egrediatur. Si autem paries medius non esset, ingredi sic non oporteret.

Primus ergo modus loquendi Dei ad Satanam est, lumine suo vias eius arguendo, et hoc est: **Unde venis?** Et est quaestio non ignorantis, sed arguentis, ac si dicat: vide, de quantis obscoenitatibus[b] venis, et malitiis a te perfectis. Simile Gn III, (9): ‚Adam, ubi es?' hoc est, in quanta miseria es? Ir II, (19): ‚Arguet te | F 4c malitia tua, et aversio tua increpabit te.' Unde ista locutio perficitur, quando ipsi Satanae lumine divino malitia sua demonstratur.

Et subdit de prima locutione Satanae ad Deum, quae est vias suas insinuando, et hoc est: **Qui respondens, ait**: Respondere est lumini divino suas vias non posse occultare. **Circuivi terram,** hoc est, corda terrenorum curvo gressu frequentavi. Ps (XI, 9): ‚In circuitu impii ambulabant.' Is LI, (23): ‚Dixerunt animae tuae: Incurvare, ut transeamus.'

**et perambulavi eam.** Perambulat, qui undique vestigium pedis relinquit. Vestigium autem pedis diaboli peccatum est: Ps (LV, 2): ‚Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo.' Homo dicitur diabolus ab eventu, quia devicit hominem, ut dicit Priscianus[7]: ‚Scipio dictus est Africanus, quia devicit Africam.' Ps (LV, 3): ‚Conculcaverunt me inimici mei tota die.' Tortuosus ergo est ingressu, gravis in pedis fixione: Is XXVII, (1): ‚Visitabit Dominus super Leviathan serpentem vectem, et super Leviathan serpentem tortuosam, ut vectis.' Vectis enim rigidus est figendo pedem, tortuosus autem per astutiam curvando gressum | M 6c et a rectitudine virtutis divertendo.

Et subdit de secundo modo locutionis Dei ad Satan: **Dixitque** | T 4d **Dominus ad Satan** 8
lumine sc. suo electorum iustitiam Satanae demonstrando. **Numquid considerasti servum meum Iob?** Numquid interrogationis est ad quam respondetur: non. Considerare autem est toto visu et tota virtute sidus, hoc est lumen intelli-

[a] affectus *TEFM*. [b] obscuritatibus *F*.

[1] *Cf. Greg., Mor. 2, 7, 12; Migne 75, 561.* [2] *ib.* [3] *ib. 2, 7, 10; Migne 75, 560.*
[4] *ib. 2, 7, 11; ib.* [5] *Basil., Hom. de fide 15; Migne 31, 464.* [6] *Cf. Greg., Mor. 2, 7, 8; Migne 75, 559.*
[7] *Prisciani Grammatici Caes. Inst. gramm. 2, 24 (ed. Keil II 58).*

gentiae vel oculi in aliquid dirigere, ut perfecte comprehendatur, et hic modus considerationis non fit sine affectu amoris. ‚Caritas enim', ut dicit Augustinus [1], ‚figit oculum.' Nota ergo, quod, licet Satan lumine intelligentiae bonos videat, tamen oculo amoris non videt, quia per invidiam avertendo se ab eis, indignando bonis bona eorum non approbat. Ps (CXI, 10): ‚Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet.' Et propter hoc bona enumerat. Cum enim dicit: s e r v u m m e u m, commendat de oboedientia mandatorum. Sap IX, (5): ‚Servus tuus sum
E 4a ego, et fi|lius ancillae tuae.' Cum dicit:
B 5c I o b, commendat eum de dolore pec|catorum et compassione afflictorum. Iob XXX, (25): ‚Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.'

Commendat[a] de eminentia sanctitatis et perfectionis: **quod non sit ei similis in terra** Eccli XLIV, (20): ‚Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi.' Dt XXXIII, (29): ‚Beatus es tu, Israel, quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino?'

**homo simplex,** hoc ante[2] expositum est. Mt X, (16): ‚Simplices, sicut columbae.' II. ad Cor I, (18 19): ‚Non est in illo: Est et Non? Sed Est in illo est.' Prv XI, (5): ‚Iustitia simplicis diriget viam eius.' **et rectus** omni rectitudine virtutis. Ps (XVIII, 9): ‚Iustitiae Domini rectae, laetificantes corda.'

**et timens Deum.** Is XI, (3): ‚Replebit eum spiritus timoris.' **et recedens a malo?** non tantum ab ipso peccato, sed etiam a peccati circumstantiis et occasionibus[b]. Gn XIX, (17): ‚Non stes in omni circa regione, sed in monte salvum te fac.' Is LIV, (14): ‚Recede procul a calumnia, quia non timebis, et a pavore, quia non appropinquabit tibi.'

Sed cum sancti laudantur, acrius saevit
F 4d Satan, et ideo secundus modus locutionis |
eius | inducitur: **Cui respondit Satan,** bona 9
sc. sanctorum obfuscando. Gregorius[3]: M 6d
‚Qui non invenit mala, quae accuset, bona in malum vertit, quasi non bono animo fiant, et sic loqui nihil aliud est, quam contra bonos conqueri, et eorum profectibus invidere, et ruinas[c] nocendi quaerere.'

**Numquid frustra,** hoc est sine spe terrenae mercedis, **timet Iob Deum?** Gn XXIX, (15): ‚Numquid gratis servies mihi? quia frater meus es? dic, quid mercedis accipies?'

Et enumerat mercedes, quas expectare Iob dixit, et in custodia acquisitorum et in multiplicatione acquirendorum; et hoc
est: **Nonne tu vallasti eum,** sc. in persona 10
Is XXVI, (1): ‚Urbs fortitudinis nostrae Sion; salvator ponetur in ea murus et antemurale,' **et domum eius** familiam sc. Ps (CXXVI, 1): ‚Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laborant qui aedificant eam.' **universamque substantiam eius per circuitum,** divitiarum sc. facultates. Sap X, (12): ‚Custodivit illum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum.' **Operibus manuum eius benedixisti,** multiplicando sc. Gn XXII, (17): ‚Benedicens benedicam tibi, et multiplicans multiplicabo te.' **et,** sic supple, **possessio eius**
**crevit in terra?** | hoc est, multiplicata est. T 5a
II. Rg XXIII, (5): ‚Cuncta salus mea et non quidquam ex ea, quod non germinet.'

Et ex hoc subdit tertium modum loquendi Satanae ad Deum, quod est licentiam tentandi postulare. Et hoc est: **Sed**
**extende paululum**[d], ne sc. eum in manu 11
defensionis contineas, p a u l u l u m autem dicit, ut in facultates non in personam
licentiam | tentandi laxet. Et hoc est, B 5d
quod sequitur: **et tange cuncta, quae possidet.** Hoc est, permitte tangi malitia mea; multi enim timorem mundi habentes pro amissione rerum contra Dominum provocantur. Et hoc est quod subdit: **nisi in facie benedixerit Tibi?** F a c i e s hic

[a] eum *add. EFM.*
[b] non solum a peccato, sed a circumstantiis et occasionibus peccatorum *FM.*
[c] vias *FM.* [d] manum Tuam *om. CC.*

[1] *Aug., Enn. in Ps 149, 4; Migne 37, 1951.* [2] *col. 19/20.* [3] *Greg., Mor. 2, 8, 14; Migne 75, 562.*

dicitur praesentia illuminationis gratiae in exterioribus, et benedicere Deo in facie est praesentia exterioris prosperitatis venerari. Ps (XLVIII, 19): ‚Con-
M 7a fitebitur tibi, cum | benefeceris ei.‘

Et subdit de locutione Domini, qua loquitur tentandam innocentiam sanctorum potestatem permittendo, sive laxando.
12 Et hoc est: **Dixit ergo Dominus ad Satan** illuminatione sc. laxatam esse potestatem ostendendo. Unde Gregorius [1]: ‚Facies Domini respectus est gratiae.‘ Dicit ergo, si data, quae amat [a], subtrahis, respectum, sc. gratiae tuae favorem tuum, non requirit, sed maledicendo contemnit.

Et subdit de locutionis Domini modo tertio, qui est ad tentandam innocentiam ei potestatem permittendo; et hoc est: **Ecce, universa, quae habet, in manu tua sunt,** hoc est in potestate tentandi Iob IX, (24): ‚Terra tradita est in manus impii.‘ Iob XVI, (12): ‚Manibus impiorum me tradidit.‘

Et subdit modum locutionis quartum, qui est, ultra vires tentando Satan restringere; et hoc est: **tantum in eum,** hoc est in personam eius, corpus sc. vel animam, **ne extendas manum tuam,** hoc est tentandi potestatem. I. ad Cor X, (13): ‚Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ultra id, quod potestis, sed faciet
E 4b cum ten|tatione proventum, ut possitis sustinere.‘

Haec, quae dicta sunt, Iudaei et nostri Iudaizantes haeretici exponunt aliter. Dicunt enim, quod in die, hoc est in luce providentiae divinae, angeli Dei sive filii bonae creaturae, hoc est secundum rectum intellectum operantes, Deo assistunt, malae autem creaturae, quae significantur per Satan, hoc est sensualitas cum passionibus inclinantibus, etiam ad malum assunt. Et hoc esse, quod dicitur, quod omnis homo habet bonum angelum a dextris, et malum a sinistris et ideo, quia malum infinitum est, quaerere Dominum per verbum infinitum: Unde venis? et Satan dicere, hoc est materiam cum privatione dicere: Circuivi terram, undique spargendo malum privationis. In caelo enim locum non habet, quia ibi non est | gene- F 5
ratio, nec corruptio. Quod autem Dominus dicit: Numquid considerasti etc. et daemon: Extende etc. est quaedam etiam incorruptibilia ad corruptionem appetere et perversitatem, sicut quod in fabula Phaëthontis dicit | Ovidius [2], quod M 7
Phaëthon male dirigens currum | solis [b] B 6
caelum et terram combussit, intelligens hoc de exorbitatione planetarum in comparatione ad medium, quod est terra, vel etiam de perversitate rec|ti hominis per T 5
malitiam privationis, vel de malitia periodi declinantis ad domum infaustam, cui licentia datur, quando infaustis fausta praevalent. Et hoc colligitur in tertia collectione Rabbi Moysi [3] in libro, qui dicitur dux neutrorum cap. XXIV, quam opinionem sequuntur Abraham [4], Isaac [5], Moyses Aegyptius [4], Iudaeorum philosophi, eo quod dicunt angelos intelligentias esse, quae sint ubique et semper, et nusquam mittantur; angelos autem, qui mittuntur, effectus eorum in inferioribus, vel homines, qui praesago spiritu ista praenuntiant, sive ad bonum sive ad malum.

Prima autem expositio secundum catholicam veritatem est, et alterius opinionis sive erroris fabulam non curamus.

**Egressusque est Satan a facie Domini.** Tangitur hic tentationis progressus in rerum ablatione, et tanguntur tria: tentatoris sc. egressus et tentationis progressus ibi: *cum autem* et qualiter tentatione tentatus optime est usus ibi: *tunc surrexit Iob.* Et hoc est: **Egressusque est Satan** omnis boni sc. adversarius: Mt IV, (10): ‚Vade, Satanas.‘ Mt XVI, (23): ‚Vade retro, satanas,‘ **a facie Domini.** Facies Domini dicitur hic praesentia maiestatis et potestatis prementis et impedientis iniquam voluntatem tentatoris.

[a] amas *E.* [b] solarem *E.*

[1] *Greg., Mor. 2, 10, 18; Migne 75, 564.* [2] *Ovid., Metam. 2, 47 sqq.*
[3] *Cf. Rabbi Mos. Maimon. Dux. 3, 22 (ed. Basil. 1629 p. 39 7/8).* [4] *non inveni.*
[5] *Cf. Alb. S. Theol. 2, 7 (XXXII 134).*

Egressus autem Satanae est egressus
ab obligatione illius potestatis, ut non
impeditus possit exercere malitiam volun-
tatis. Is X, (5): ‚In manu mea indignatio
eius‘, hoc est in potestate comprimente
malitiam voluntatis. Ir XV, (1): ‚Eice
illos a facie mea, et egrediantur,‘ hoc
est a praesentia potestatis ad licentiam[a]
suae malae voluntatis. Et subdit de ten-
tationis progressu, primo in bonis, et
deinde in liberis. In bonis tripliciter: sc.
M 7c pertinentibus ad usum[b] et adiumentum |
laboris, et pertinentibus ad usum[b] tantum,
et pertinentibus ad laborem tantum.

In primo tribus modis gravatur ten-
tatio tempore sc., damno et recuperan-
13 tium desperatione. Et hoc est: **Cum autem
quadam,** singulari sc. propter facti magni-
tudinem: **die**, qualitate temporis osten-
ditur usus tentationis, quod sc. a luce
rationis cecidit. Sap XVIII, (1): ‚Sanctis
tuis fuit lux maxima.‘ Io VIII, (12): ‚Qui
sequitur me, non ambulabit in tenebris.‘
**filii et filiae eius**, de quibus supra [1] et
spiritualiter dictum est. **comederent**, dul-
cedine gratiae refecti, **et biberent vinum**
B 6b iucunditatis | spiritualis sc. Is IV, (1):
‚Apprehendent septem mulieres virum
unum die illa dicentes: Panem nostrum
comedemus, et vestimentis nostris ope-
riemur‘. **in domo fratris sui primogeniti,**
ad quem sc. transierat orbis convivii, et
qui in domo patris erat secundus[c], ut
praeclarior nato. Fratris autem sui
dicit ad ingeminandum dolorem, ut sc.
paternus dolor fraterno cumuletur. Ir VI,
E 4c (26): ‚Luctum | unigeniti fac tibi.‘
14 **nuntius venit ad Iob**, ut sc. nuntiatum
et scitum malum plus affligeret, quam si
ignoranti supervenisset. II. Reg XVIII,
(20): ‚Non eris nuntius in hac die, sed
nuntiabis in alia, hodie nolo te nuntiare,
T 5c filius enim regis mortuus est.‘ **qui diceret;** |
hoc est, annuntiato malo intus turbaret.
**Boves arabant**, dupliciter utiles, esu et
adiumento laboris. **et asinae pascebantur
iuxta eos**, boves sc.; hoc dicit | ideo, quia F 5b
de laboribus boum pabula fiunt asinorum;
unde perditis bobus desperatio fit de asinis,
quoniam pabulari non possunt. Is XXX,
(24): ‚Pulli asinorum commixtum migma
comedent, et sicut in area ventilatum est.‘

**et irruerunt Sabaei**, latrones sc., qui 15
captivantes interpretantur, et dicit irrue-
runt, ut praevideri non possent, ne damnum
impediretur, et ut iacula improvisa magis
ferirent. **tuleruntque omnia**, ut omnibus
ablatis nulla spes esset. Ps (CXXXVI, 7):
‚Dixerunt: exinanite, exinanite usque ad
fundamentum in ea.‘ | Et ut spes auxilii M 7d
tollatur, subdit: **et pueros percusserunt
gladio**, qui sc. sequi potuissent ad recupe-
randum damnum, **et evasi ego solus**, hoc
est evadere sum permissus, **ut nuntiarem
tibi**, cum atrocitate legendum est. Et est
sensus: Me evadere permiserunt, ut tibi
nuntiarem, quod non tantum paupertati
suae consulentes abegerunt boves et asinos,
sed in iniuriam et contumeliam tui scias
haec esse peracta. Spiritualiter autem in
die laetitiae tristia nuntiantur[d], quia dicit
Gregorius [2], ‚quod praenuntiatio tribula-
tionis est laetitia satietatis.‘ Ps (LXXVII,
30 31): ‚Adhuc escae eorum erant in ore
ipsorum, et ira Dei ascendit super eos.‘
Prv XIV, (13): ‚Risus dolore miscebitur
et extrema gaudii luctus occupat.‘ Et
rota fortunae, quem[e] ad summum elevat
primum, ad ima declinat. In domo autem
primogeniti, hoc fuit[f], quia praelatis gulae
intendentibus, primo boves, hoc est utiles
in ecclesia, secundo asinae, hoc est sim-
plices a daemonibus abiguntur. Pueri
custodes circumspectivae virtutes sunt,
ut ratio et intellectus et mens, vel etiam
clerici | et plebani exterius custodientes, B 6c
quia[g] gladio diabolicae tentationis feriun-
tur. Ir IV, (10): ‚Ecce gladius pervenit
usque ad animam.‘ Nuntius evadens vel
sermo[h] scripturae est redarguens, vel

[a] malitiam *E.* [b] usum *correctum in* esum *F.* [c] servus *FM.*
[d] tristitia nuntiatur *E.* [e] quam *FM.* [f] fit *TFM.* [g] quae a *FM.*
[h] divinae *add. FM.*

[1] *col. 20/43.* [2] *Greg., Mor. 2, 13, 22; Migne 75, 566.*

vermis conscientiae remordens[a]; hoc signi-
ficatur Gn IV, (10), ubi verbum Domini
redarguit Cain dicens: ‚Quid fecisti?‘ Is
ultimo (LXVI, 24): ‚Vermis eorum non
morietur,‘ hoc est, conscientia remordens.
16 **Cumque adhuc**, secundus gradus ten-
tationis est in his, quae sunt ad usum,
non ad laboris adiumentum, et continue
ante finem unius nuntiatur alia, ne per
interpolationem temporis animus ad pa-
tientiam se disponat. Et hoc est: **loque-
retur ille**, nec locutionem adhuc fini-
visset, **venit alter et dixit**, mala sc. gemi-
nando. Gregorius[1]: ‚Adversa magis fe-
riunt, si multa sunt, etiam subito nun-
tiantur.‘

**Ignis**, qui totum consumit, et nihil re-
linquit: Iob XXXI, (12): ‚Ignis est usque
ad consumptionem[b] devorans, et omnia
M 8a eradicans genimina.‘ **Dei** sc., quem | tu
colis, **descendit** improvise, ut nihil erui
posset, nec lana, nec pellis, nec carnes.
**de caelo**, per coruscationem et fulgur, sc.
ut scias etiam caelum contra te[c] pugnare.
Iob XX, (26 27): ‚Devorabit eum ignis,
qui non succenditur, affligetur relictus in
tabernaculo suo. Revelabunt caeli in-
iquitatem eius, et terra consurget ad-
versus eum.‘

**et cunctas oves**, ut nullae pro semine
T 5d futurae generationis relictae sint; **pue|ros-
que consumpsit**, ut sit desperatio recupe-
ratoris. **et effugi ego solus**, non ad con-
solandum, sed **ut nuntiarem tibi**, quod
et caelum et Deus caeli pugnat contra te.
F 5c Spiritualiter | autem oves mansueti et sim-
plices sunt de ecclesia, qui igne libidinis
consumuntur, quando praelati libidine
E 4d vacant et commes|sationibus. Am VI, (6):
‚Bibentes in phialis vinum, et optimo un-
guento delibuti, nihil compatiebantur super
contritione Ioseph.‘ Cetera non mutantur:
17 **Sed adhuc**, tangit damnum in his, quae
ad laborem tantum pertinent; **illo lo-
quente**, necdum sermonem finiente, **venit
alius et dixit**: Iob XX, (25): ‚Vadent et
venient super eum horribiles.‘ **Chaldaei
fecerunt tres turmas**, ut tribus perficerent,
quae duabus vel una non possent, **et in-
vaserunt camelos**, qui maxime tempore
coitus feri sunt. **et** praedominati, supple
camelis, **tulerunt eos**, hoc est abstulerunt.
Thr I, (6): ‚Abierunt absque fortitudine[d]
ante faciem subsequentis.‘ **nec non et
pueros percusserunt gladio**, ne sit spes
recuperationis. | Iob XX, (25): ‚Gladius B 6d
eductus et egrediens de vagina sua, et
fulgurans in amaritudinem suam.‘

**et**, supple non in consolationem tuam,
**effugi ego solus, ut nuntiarem tibi**, non
in consolationem paupertatis illorum haec
esse facta, sed in tui iniuriam. Is XXI,
(2): ‚Visio dura annuntiata est mihi.‘
Cameli spiritualiter significant divites
de ecclesia, qui abiguntur a daemonibus
per iniuriam praelatorum. Is XXX, (6):
‚Portantes super humeros iumentorum di-
vitias suas, et super gibbum camelorum | M 8b
thesauros suos.‘ Cetera non mutantur.
Divitias abstulit, ut sollicitudo maior de
filiis remaneret, quibus ablatis tentat in
orbatione filiorum. Et hoc est: **Adhuc** 18
**loquebatur ille**, ne interruptum malum
temperaretur consolatione interposita, **et
ecce alius intravit, et dixit**. Iob XVI, (15):
‚Cecidit me vulnere super vulnus, irruit
in me quasi gigas.‘ **Filiis tuis** perfectis
**et filiabus tuis** imperfectis et infirmis
**vescentibus** in delectatione **et bibentibus**
in gaudio sc. **vinum**. Ps (CIII, 15): ‚Vinum
laetificat cor hominis.‘ **in domo fratris
sui primogeniti**, qui sc. post te in regi-
mine familiae secundus erat. Ct V, (1):
‚Comedite, amici, et bibite, et inebriamini,
carissimi!‘ Sic fratres Ioseph coram eo
epulabantur. Gn XLIII, (32—34).

**repente ventus**; hoc est praeter spem, 19
ut nullus evadere posset; **a regione deserti**,
ut nihil obstaculi violentiam[e] exsufflationis
impediret. Sap IV, (4): ‚Infirmiter posita
a vento commovebuntur, et a nimietate
ventorum eradicabuntur.‘ **concussit qua-
tuor angulos domus**, ut in se sc. non
extra se corruerent, et ideo oportuit,

[a] et *add. FM.* [b] consummationem *EFM.* [c] te *om. B.* [d] formidine *E.* [e] vehementiam *FM.*

[1] *Greg., Mor. 2, 13, 22; Migne 75, 566.*

quod ventus turbinis fuit. Ez I, (4): ‚Ventus turbinis veniebat ab aquilone nubesque magna.‘ **quae corruens** in se ipsam. Mt VII, (27): ‚Flaverunt venti, et venerunt flumina, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina eius magna.‘ **oppressit liberos tuos**, de libera sc. natos, ne credantur esse ancillae filii, et ne speretur, quod ex oppressione liberari possent, subdit: **et mortui sunt.** Unde T 6a | infra (XVI, 13) dicit: ‚Ego ille quondam opulentus, nunc repente contritus sum.‘ **et**, supple non in consolationem, sed in desolationem tui, **effugi ego solus**, ad augmentum B 7a afflictionis, **ut nuntiarem** | **tibi**, quod sc. non solum homines, sed etiam orbis terrarum pugnat contra te. Sap V, F 5a (21): ‚Pugnabit | cum eo orbis terrarum M 8c contra insensatos.‘ In hac | tentatione ventus suasio diaboli est, liberi Iob virtutes, domus virtutum aedificium, quatuor anguli quatuor virtutes cardinales, casus consensus peccati mortalis, oppressio liberorum suffocatio virtutum, et sufficiunt auctoritati inductae, et cetera non mutantur.

20 **Tunc surrexit Iob.**

Hic tangitur, qualiter felix et optimus optime usus est infortuniis. Dicit enim Aristoteles[1] in primo Ethicorum, quod felicis est; decenter uti fortuniis et infortuniis. Et dicuntur hic duo, usus sc. et commendatio utentis ibi: *In omnibus his;* usus in tribus est, sc. in sensu percussionis, mali est enim non sentire percussionem, in contemptu perditionis, in recognitione iustitiae largitoris. Et hoc est: **Tunc surrexit Iob**, hoc est sursum se erexit. Col III, (2): ‚Quae sursum sunt sapite.‘ E 5a | **et scidit vestimenta sua**, mos enim antiquorum fuit, quae cultui corporis ante tristitiam adhibuerant, tempore tristitiae[a] scindere et reicere. Unde Gn XXXVII, (34) nuntiata morte Ioseph Iacob[b]: ‚Scissis vestibus indutus est sacco.‘ **et tonso capite**, ut decorem capitis in signum tristitiae mutaret. Ez V, (1): ‚Fili hominis, sume tibi gladium acutum et radentem pilos, et assumes eum, et duces super caput tuum et per barbam tuam.‘ **corruit in terram**, pronus sc. in faciem, ut se nihil, ex se nihil[c] recognosceret. I. ad Cor XIV, (25): ‚Sic cadens in terram adorabit.‘

Et hoc est, quod sequitur: **et adoravit**, Deum sc., qui de nihilo erigit, quos vult. Ps (CXLV, 8): ‚Dominus erigit elisos.‘ Ex IV, (31): ‚Adoraverunt proni in terram‘, **et dixit**, subiciens de contemptu 21
terrenorum: **Nudus egressus sum**, nihil sc. mecum afferens, unde haec exteriora accidentalia sunt, quia non mecum nata; **de utero matris meae**, terrae sc., quae prima mater est, quae omnes concipit, unde ‚Adam vocavit uxorem suam Evam eo, quod mater esset cunctorum viventium.‘ Gn III, (20). **nudus revertar illuc**, in uterum sc. primae matris, hoc est in terram. Eccli XL, (1 2): ‚Occupatio magna creata | est omnibus hominibus, et iugum M 8d grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium.‘ I. ad Tim VI, (7): ‚Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec portare quid possumus.‘ Et subdit largitoris et debiti recognitionem. Largitoris, cum dicit: **Dominus dedit**, gratis | supple. Iac I, (5): B 7b ‚Dat omnibus affluenter, et non improperat.‘ I. Par XXIX, (14): ‚Quae de manu tua accepimus, obtulimus tibi.‘ Debitum autem subdit, cum dicit: **Dominus abstulit**, suum enim fuit, et quando voluit auferre, potuit. **sicut Domino placuit, ita factum est**, in conferendo sc. et auferendo. Lc XVI, (2): ‚Redde rationem vil|licatio- T 6b nis tuae.‘

Et ideo de munere accepto gratias agens, subdit: **sit nomen Domini benedictum.** Ps (CXII, 2): ‚Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, et usque in saeculum.‘ Tam decenter autem utens
fortunis commendatur subdendo: **In omni-** 22
**bus his non peccavit Iob labiis suis**, per

[a] iustitiae *B, correxi ex TEFM.* [b] Patriarcha Iacob *FM.* [c] nihil *om. B, addidi ex TEFM.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 1, 10, 14 (II 11).*

impatientiam sc. et murmurationem in tot et tam magnis malis.

Et exponens haec subdit: **nec stultum quid**, hoc est aliquid, **contra Dominum locutus est.** Eccle V, (1): ‚Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo, Deus enim est in caelo, et tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui.‘ Iac III, (2): ‚Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.‘

## CAPITULUM II.

1 **Factum est autem.**

F 6a HABITUM est de tentatione Iob in possessione | et filiis, sed quia animus[a] constantium virorum non perturbatur in amissione possessionum, perturbatur tamen in amissione filiorum, eo quod, sicut Aristoteles[1] dicit, pater se alterum habet in filio. Ideo etiam probatus est in orbatione filiorum, et inventus est constans, ita quod nihil indecens nec meditatus est, nec dixit, nec fecit. Quia vero maxime probatur, qui in se ipso constans invenitur et ab aequalitate animi non discedens[b] maxime constans est, etiam si pericula contingat in personam cadere. Ideo istud inducitur capitulum, ut perfecte constans Iob esse probetur, secundum quod Stoici[2] de sapiente probaverunt, M 9a quod non cadit | perturbatio in sapientem, ut propter aliquid perturbans in rebus, filiis et persona aliquid indecens meditetur, dicat vel faciat. Ideo oportuit Iob probari in periculis personae, famae et honoris. Et ideo dividitur istud capitulum in tres partes.

Primo enim tentatur per pericula personae, secundo per pericula famae ibi (II, 9): *Dixit autem illi uxor;* tertio per pericula honoris (II, 11): *Igitur audientes tres amici.* Ut in omnibus verum sit, quod dicitur Eccli XLVI, (17): ‚In sua fide probatus est.‘

Prima pars quinque habet paragraphos sc. de tentatoris manifestatione, de licentiae ad | tentandum petitione, de eo in E 5b quo tentetur expressione, de licentiae concessione, de tentationis perfectione.

In prima harum tria sunt, sc. tentatoris apparitio, redargutio et innocentis commendatio. Hoc est: | **Factum est autem** B 7c dispositione sc. divina. Sap XI, (21): ‚Omnia in numero et pondere et mensura disposuisti.‘ **cum quadam**, notabili sc. propter factum insigne, **die.** Qualitate temporis notatur non perdenda esse lux rationis a tentato. Io III, (20): ‚Qui male agit, odit lucem.‘ Io I, (5): ‚Lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt‘, hoc est, tenebrae angustiae lumen rationis in sancto non occupant, ut ab uniformi mentis constantia deducatur: **filii Dei**, angeli sc., qui propter supra dictas rationes angeli[c] Dei dicuntur. Ps (LXXXI, 6): ‚Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes.‘ **venissent**, ad lumen sc. divinum effectum sui ministerii referentes, sicut vespertina referunt ad matutina. Iob XXV, (3): ‚Super quem non surgit lumen eius?‘ **et starent**, recti sc. intellectu, affectu et opere; **coram Domino**, hoc est velamine divino manifesti, et luce sua illustrati. Tob XII, (15): | ‚Ego enim sum Raphael angelus, unus T 6c ex septem, qui astamus ante Dominum.‘ Apc I, (4): ‚A septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.‘ **venissetque Satan**, ad impedimentum boni, **inter eos**, ad profectum[d] ministerii eorum impediendum, sicut in ante habitis dictum est[3], quod inimicus boni semper immiscet se bonis, ‚superseminando zizaniam‘ (Mt XIII, 25).

**et staret**, pertinax sc. in malitia | volun- M 9b tatis et rigidus. Zach III, (1): ‚Satan stabat a dexteris eius.‘ **in conspectu eius**, discutiendus sc. de actibus suis, sicut tenebrae discutiuntur a lumine. Sap I, (8 9): ‚Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec praeteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impii

[a] aliquis *TEFM.* [b] descendens *E.* [c] filii *FM.* [d] perfectum *FM.*

[1] *Arist., Ethic. 2, 12, 5 (II 180).*

[2] *Secundum August., De civ. Dei 14, 8, 1 et 3; Migne 41, 411 et 413.* [3] *col. 26/41.*

interrogatio erit.‘ Unde Gregorius[1]: Staret in conspectu eius, ut videretur a Deo, non ut ipse videret Deum, quia immundus corde Deum non videbit. Is XXVI, (10) secundum Septuaginta: ‚Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.‘

2 **Ut diceret Dominus ad Satan**, illo sc. genere loquendi, quo vias arguit: **Unde venis?** hoc est, considera, qua pravitate venis. Sap I, (9): ‚Sermonum illius‘, hoc est iniqui, ‚auditio ad Deum veniet, et ad correptionem iniquitatis illius.‘ **Qui**, sc. Satan, **respondens ait**, illo genere locutionis | [F 6b] sc., quo loquitur, dum vias suas insinuat, quas Deo abscondere non potest. Sap I, (8): ‚Qui loquitur iniqua, non potest latere.‘

**Circuivi terram**, gressu sc. curvo et perverso corda terrenorum[a], **et perambulavi eam** undique vestigia peccati relinquendo. Unde iactando dicit Is XXXVII, (25): ‚Ego vestigio pedum meorum siccavi | [B 7d] omnes rivos aggerum‘[b], hoc est omnem fluxum gratiae et pietatis, qui agrum cordis irrigare debuit. Hoc signatum est: Idc XVI, (21), ubi Philistiim capientes Samsonem fecerunt eum molere sive in mole circuire. Ps (LXXXII, 14): ‚Deus meus, pone illos ut rotam.‘

3 **Et dixit Dominus ad Satan**, illo sc. modo loquendi, quo loquitur Deus, cum electorum suorum iustitiam proponit contra diabolum, hoc est tales facit, quibus Satan invidere possit: **Numquid considerasti servum meum Iob**, ac si dicat, non oculo beneplaciti vidisti eum, sed avertendo te et indignando sibi. Mt XX, (15): ‚An oculus tuus nequam est?‘ Eccli XXXI, (15): ‚Nequius oculo quid creatum est?‘

**quod non sit ei similis in terra**, quia ipse in caelo est. Phil III, (20): ‚Nostra conversatio in caelis est.‘ **vir simplex**, vir perfectione naturalium, in quibus nihil est femineum, | [M 9c] nihil seducibile ut femina. I. ad Tim II, (14): ‚Vir non est seductus, sed mulier seducta in praevaricatione fuit.‘ Simplex autem simplicitate virtutis et intentionis. I. Par XXIX, (17): ‚In simplicitate cordis mei laetus obtuli universa.‘ Gn XXV, (27): ‚Iacob vir simplex in tabernaculis.‘ **et rectus** in opere. Is XXVI, (7): ‚Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.‘ **Et in decli**|[E 5c]**nando a malo timens Deum** in corde. Eccle XII, (13): ‚Deum time, et mandata eius observa, hoc est omnis homo.‘ Eccli II, (19): ‚Qui timent Dominum, inquirent, quae beneplacita sunt ei.‘ **ac recedens a malo**, in opere sc. et in actu. Is LII, (11): ‚Recedite, recedite, pollutum nolite tangere.‘

| [T 6d] **et adhuc**, post tot et tantas in facultatibus et filiis tentationes, **retinens innocentiam?** ut sc. nihil contra Deum fecerit. Eccli XXXI, (10): ‚Qui probatus est in illo, et perfectus est inventus, et erit illi gloria aeterna.‘

Et emphatice convertit se ad Satan redarguens eum: **Tu autem** iniqua malitia tuae voluntatis **commovisti me** anthropopathos[c], hoc est movisti, ut eum tuae tentationi exponerem. Ps (CV, 41): ‚Tradidit eos in manus gentium; et dominati sunt eorum, qui oderunt eos.‘

**ut affligerem eum**, hoc est, ut affligi permitterem. Prv III, (1)[d]: ‚Flagellat omnem filium, quem recipit.‘ **frustra** non quoad Dominum, qui nihil frustra facit, sed quoad intentionem Satanae, qui in affligendo Iob intentionem suam non invenit. Frustra enim est, ut dicit Aristoteles in secundo Physicorum[2], quod est ad aliquem finem, quem non includit, et in | [B 8a] hoc differt a vano, quia vanum nec est ad finem, nec finem consequitur, ut motus digiti, quando propter nihil movetur. Opera enim hominis, quae propter aliquid fiunt, quinque modis sunt, ut dicit Rabbi Moyses[3] in III. collectione neutrorum. cap. XXIV. Aut enim fiunt propter ho-

[a] **Circuivi** gressu sc. curvo et perverso **terram**, hoc est corda terrenorum *FM*. [b] agrorum *E*. [c] *ἀνθρωποπαθῶς cf. Stephanus, Thesaurus l. Gr.*, antropospatos *BT*, antopospatos *FM*, antropospastos *E*. [d] Prv III *CC*. Cf. Hebr 12, 6.

[1] *Greg., Mor. 2, 4, 4; Migne 75, 557.*
[2] *Arist., Physic. 2, 6, 6 (II 268). Cf. Alb., Physic. 2, 2, 17 (III 151).*
[3] *Cf. Rabbi Moses Maim. Dux 3, 24 (ed. Basil. p. 406), ubi non inveni.*

nestum, aut propter delectabile, aut prop- F 6c ter utile, aut propter ludum, et tunc | consequuntur finem, aut fiunt propter aliquid, et non consequuntur, et tunc fiunt frustra. M 9d Sicut, cum quis | vadit ad forum, ut accipiat pecuniam, si non accipit pecuniam, quam intendit, frustra ambulavit. Vana autem sunt in quibus nihil intenditur. In operibus autem Dei honestum est, utile et delectabile; lusivum nihil, quia lusivus mollis est, ut dicit Aristoteles in VII. Ethicorum [1], Deus autem mollis non est. Frustra [a] non est, quia omnia refert ad se ipsum. Nihil est vanum; in omnibus enim intendit se ipsum. Prv XII, (8): ‚Qui vanus et excors est, patebit contemptui.‘

Unde Satan dicere potuit illud: Is XLIX, (4): ‚In vacuum laboravi, sine causa, et vane fortitudinem meam consumpsi.‘

4 **Cui respondit Satan, et ait,** illo sc. genere loquendi, quo innocentes fictis criminibus accusat: **Pellem pro pelle;** dicere intendit, quod, sicut pellis durior pro pelle teneriori exponitur, ut manus pro oculo, si ictus [b] contra oculum veniat, ita homo minus cara pro carioribus exponit, quasi dicat: cuncta, quae habuit Iob, facile contempsit, ne murmurans contra te vitam perderet, et non pro te, sed pro se ipso hoc fecit.

Et hoc est, quod sequitur: **et,** id est **cuncta, quae habet homo** in exterioribus, **dabit,** hoc est, contemnet facile, **pro anima sua,** supple redimenda, hoc est, animali vita. Vitam enim plus amat quam divitias [c], et est, ac si dicat, quod contra perditas divitias [d] non murmuravit, ideo fuit, ne [e] murmurans vitam perderet. Prv XIII, (8): ‚Redemptio animae viri propriae divitiae.‘

Et subdit de petitione licentiae ad ten-
5 tandum: **alioquin,** supple si ita non est, vel tibi non videtur [f] esse, **mitte manum Tuam,** hoc est, emitte et laxa potestatem, qua defendis [g] eum, **et tange os eius et carnem.** Aristoteles [2] in II. Posteriorum [h]: ‚In ossibus et nervis fortitudo et robur est, in carne autem sensibilitas.‘ Hoc est: tange usque ad sensum et tunc robur conteratur, **et tunc videbis,** hoc est videre facies homines, **quod in faciem,** hoc est non, nisi | propter praesentiam gratiae in T 7a exterioribus, **benedicat Tibi,** hoc est, gratias agat corde, verbo | et opere. Unde M 10a infra (XXX, 27): ‚Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie.‘ Et paulo post (Iob XXX, 30): ‚Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt.‘ Facies enim Dei dicitur praesentia gratiae | gratis datae in exterioribus, in qua B 8a nascitur. Ps (XLVIII, 19): ‚Con|fitebitur E 5d tibi, cum benefeceris ei.‘

**Dixit ergo Dominus ad Satan,** illo sc. 6
genere locutionis, quo laxat tentandi potestatem: **Ecce in manu tua est,** hoc est in potestate malitiae. Thren I, (10): ‚Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.‘ **verumtamen animam illius serva,** hoc est vitam, ne interficiendi [i] habeat potestatem. Iob XVI, (12): ‚Manibus impiorum me tradidit.‘ Bene tamen agitur, quia anima servatur. Quod exponit Rabbi Moyses [3] de eo, quod remanet anima post mortem, quod licet de intellectu intelligat, qui, sicut ipse dicit, primo motori continuatur post mortem; tamen haereticum est, quia tota anima post mortem manet, et ideo prior expositio melior est. Io X, (28): ‚Non rapiet eos quisquam de manu mea.‘ Sap III, (1): ‚Sanctorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.‘

Et subdit de tentationis progressu:
**Egressus igitur Satan,** a | praesentia sc. 7
divinae potestatis prementis malitiam suae F 6d voluntatis. Et hoc est: **a facie Domini** Gn IV, (14): ‚A facie tua abscondar.‘ **percussit Iob ulcere pessimo,** ulcus calido

[a] In operibus ergo Dei frustra *FM.* [b] digitus *FM.* [c] et filios *add. FM.*
[d] et orbatos filios *add. FM.* [e] forte *add. F.* [f] sic *add. E.* [g] defenderis *F.*
[h] topicorum *F in marg.* [i] occidendi *FM.*

[1] *Cf. Alb., Ethic. 7, 1, 12, 32 (VII 491), et Arist., Eth. Nic. 7, 4 (6), 4 (II 80).*
[2] *Cf. Arist., Top. 3, 1, 13 (I 198) et Animalium 2, 5 (III 236).*
[3] *Cf. Rabbi Moses Maim. Dux 3, 22 (ed. Basil. p. 398).*

interiori et humido putrescente in fontes membrorum ebulliens lepra est, ut dicit Galenus[a][1], quod pessimum dicitur, quia ex corruptione omnium humorum nascitur. Ir XXX, (12): ‚Pessima plaga tua, quis medebitur tibi?‘ tamen puto, quod fuit herpes esthiomenus[b]; ille enim corrodit carnem et ossa, ut dicit Galenus[a][2], quae Satan tentanda tentavit. **a planta pedis usque ad verticem.** Is I, (6): ‚A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.‘

8 **Qui**, sc. Iob, ut manum percutientis iuvaret, **testa** dura sc., ne mollibus utens levius portaret, **saniem** de corpore scatentem, **radebat** potius quam tergebat, ut
M 10b duritiam poenitentiae | demonstraret. Ps (XXI, 16): ‚Aruit tamquam testa virtus mea.‘

**sedens in sterquilinio,** sterquilinium dicitur pus, quod de corpore eius egrediebatur, ita quod etiam stramentum, quod saniem reciperet, non habebat. Unde dixit infra (XVII, 14): ‚Putredini dixi: Pater meus es, mater mea et soror mea vermibus.‘ Iob XXX, (17): ‚Nocte os meum perforatur doloribus; et qui me comedunt, non dormiunt.‘ Ideo dicit Mathathias I. Mach II, (62 63) de superbo: ‚Gloria viri peccatoris stercus et vermis est: hodie extollitur, et cras non invenietur.‘

9 **Dixit autem illi | uxor sua.**

B 8c Perfecta tentatione, quam Satan fecit, per se ipsum et per alios, ponitur hic tentatio per uxorem, sicut Gn III, (6) ad Adam accessit per uxorem, quem non potuit vincere per se ipsum. Et tentat hic de fama et fructu vitae; famosus enim fuit[c] in vita fructuosa[d], cuius vitae fructum mulier dicit esse tribulationem et mortem.

T 7b Habet autem duos paragraphos: | Tentationem, et tentati commendationem. In tentatione duo sunt, sc. tentationis perfectio ex parte tentatricis[e], et ex parte tentati tentationis usus. Et hoc est: **Dixit autem illi**, verbis[f] illusivis, **uxor sua** in individuam vitae consuetudinem copulata, et ideo inconvenientius fuit, quod illa irrisit, et sicut Tobiae dixit uxor sua Tob II, (22): ‚Nunc manifeste vana spes tua et eleemosynae‘, quas faciebas. Et sicut Adam allocuta est uxor sua de transgressione. Gn III, (8).

**Adhuc tu permanes in simplicitate tua?** cum indignatione et irrisione legendum est, quasi dicat: Vide fructum simplicitatis tuae, quod nihil sc. nisi tribulationem et mortem fructificaveris, unde ipse consequitur[g] XIX, (17) infra: ‚Halitum meum exhorruit uxor mea.‘

Et subinfert spiculum tentationis: **benedic Deo**, corde sc., verbo et opere, **et morere**, hoc est non nisi mortem fructificabis. Quasi dicat, si per oppositum Deo malediceres, vives[h]. Hoc fuit de
illis, de quibus dicitur. Is | XXVIII, (15): M 10c
‚Posuimus mendacium, spem nostram, et cum inferno fecimus pactum.‘ Mal III, (14):
‚Dixistis: Vanus est, qui servit Deo; | et E 6a
quid est emolumentum, quod incessimus tristes?‘

Et subdit de usu tentationis, et quia uxori correptionem[i] debuit, et instructionem et subtrahendo hoc peccasset, ideo
sequitur: **Qui ait ad illam**, corripiendo 10
sc.: **Quasi una de stultis mulieribus**[k], non dicit de mulieribus, ne vitium imponatur sexui, sed de stultis, nec de malis dicit, ut aliquam obumbrationem per stultitiam habeat peccatum. Eccli X, (22): ‚Non est concreata hominibus superbia neque
iracundia nationi | mulierum.‘ Is XXXII, F 7a
(6): ‚Stultus fatua loquetur, et cor eius faciet iniquitatem.‘

Et subdit instructionem contra stultitiam: **Si bona suscepimus**, communiter sc. et individualiter: ego et tu, **de manu**

[a] Galienus *CC.* [b] ἕρπης ἐσθιόμενος *cf. Stephanus, Thes. l. Gr.* [c] erat *FM.* [d] virtuosa *EFM.* [e] temptatoris *B, correxi ex TEFM.* [f] sc. *add. EFM.* [g] conqueritur *FM.* [h] viveres *F.* [i] correctionem *FM.* [k] **locuta es** *om. CC.*

[1] *Cf. Galen. defin. med. c. 374 (ed. Lips. 1830 XIX 440).*
[2] *Cf. ib. c. 295 (XIX 427) et Galen., Comm. Hippocr. in de humoribus III 20 (ed. Lips. 1829 XVI 442).*

**Domini** largitoris omnis boni. Ps (CXLIV, 16): ‚Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione‘; **mala autem,** praesentia sc. flagella, **quare non sustineamus?** alia littera: suscipiamus. Gregorius [1]: ‚Magna consolatio est in malis [B 8d] bonorum reminisci, ne | sit omnimoda desperatio. Sicut in laetis temperat ab elatione praevisio mali.‘ Unde dicitur Eccli XI, (27): ‚In die bonorum ne sis immemor malorum, et in die malorum ne sis immemor bonorum.‘ Is LXIII, (7): ‚Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quae reddidit nobis Dominus.‘

Et subdit tentati commendationem: **In omnibus his,** tot et tantis sc. tentamentis [a], **non peccavit Iob labiis suis,** nec loquendo sc. contra Deum stulte, nec damnabili silentio subtrahens verbum salutis uxori, cui debuit correptionem et instructionem. II. ad Tim IV, (2): ‚Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.‘

**11** **Igitur audientes tres amici.**

Ad complementum probationis inducitur tentatio per amicos de honore. Inhonestum enim est, pro vitio vel peccato plecti, honestum autem et beatum etiam pati, ut iusti, quos daemon et mundus [T 7c] persequitur. Amici | autem Iob imponebant ei, quod pro peccatis et vitiis pateretur, cum poena secundum civilia praemium [b] sit peccati, honor autem praemium vir- [M 10d] tutis. Et ideo de honore | tentatur per eos, ut, sicut probatus est in rerum amissione et filiorum orbatione et uxoris exprobatione, quod nec [c] indecens cogitavit, dixit, vel fecit, ita probetur, quod pro periculo honoris nihil indecens committat. I. Petr IV, (15 16): ‚Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum de [d] isto nomine.‘

In hac autem tentatione quatuor dicuntur, sc. qui venerunt, ad quid venerunt, qualiter dolenti congruos se fecerunt, quam prudenter tempus consolationis magis congruum expectaverunt. Et hoc est: **Igitur** inchoativum est [e] **audientes tres amici Iob,** fama enim tanti facti longe lateque diffusa est. Tres autem dicit, quia probatum est in Ethicorum IX. libro [2], quod amicitia vera in duos vel tres est ad plus. Totum enim se communicare pluribus impossibile est, uni autem possibile, et quod unus admittatur, ut [f] vinculum et concilians amicitiam, hoc enim simile amicitiae naturali est, ubi unus totus unius est, et una tota unius est, et proles vinculum amorem concilians.

**omne malum**, tria habet appellata, in rebus sc., prole et honore. Aristoteles in I. Caeli et Mundi [3]: Omne totum ponimus super tres in primis.

**quod accidisset ei**, per homines sc., quos Satan commovit. Idc VI, (13): ‚Dominus nobiscum est, quare invenerunt nos tot mala?‘ **venerunt singuli,** eo quod singuli mala Iob sua reputabant, **de loco suo,** | hoc est, habitatione suae possessionis. Af- [B 9a] flicto enim occurrendum est. Mt XXV, (36): ‚Infirmus fui et venisti ad me.‘ Eccle VII, (3): ‚Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii.‘ Eccli VII, [4]: ‚In necessitate probatus amicus.‘ Et ibidem (Eccli VII, 38 39): ‚Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula, ne te pigeat visitare infirmum; ex his | [F 7f] enim in dilectione firmaberis.‘

**Eliphaz** [g] **Themanites,** qui Eliphaz contemptus Domini interpretatur; Theman autem auster, et nomen figurat, quod a consolatione in contemptum labi debuit, et dissolvere amicum, sicut auster austerno flatu dissol|vit **et Baldach** [h] | **Suhites** [i]. Bal- [E 6f] [M 11a] dach sola vetustas interpretatur, Suhites loquens, et nomine praesignat, quod ad vetustatem dicere debuit, et ad loquacitatem plus quam ad sapientiam se diffundere, cum e converso scriptum sit:

[a] temptationibus *F.* [b] non *add. E.* [c] nihil *EFM.* [d] in *FM.*
[e] inchoatum est congruo *FM.* [f] unicus *add. FM.* [g] Eliphat, Eliphath, Eliphaz *CC.*
[h] Baldach *ubique CC, Vulgata:* Baldad. [i] Suites *E*; Suithes *BFTM.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 2, 17, 30; Migne 75, 570. Glossa ord. ad Iob 2, 10; Migne 113, 757.*
[2] *Arist., Eth. Nic. 9, 10 (II 114).* [3] *Cf. Arist., De Caelo 1, 1, 2 (II 367).* [4] *non inveni.*

Eph IV, (22): ‚Deponere[a] vos veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.‘ **et Sophar Naamathites,** Sophar dissipatio speculae, Naamathites interpretatur decorus, nomine praesignans, quod speculam veritatis dissipaturus erat propter eloquentiae decorem, contra quam dicitur I. ad Cor II, (4): ‚Non indoctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus.‘

Et subdit ad quid: **Condixerant enim,** sibi concordi sc. caritate, quam habebant ad Iob, **ut,** sc. uno tempore, **pariter ve-**
T 7a **nientes,** ut sc. simul | efficerent, quod efficere singuli non poterant. **visitarent eum**[b]: visu dolorem perlustrarent. Lc I, (78): ‚Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos.‘ Thren I, (12): ‚O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus.‘ **et consolarentur.** Is XL, (1): ‚Consolamini, consolamini, popule meus.‘

Et subdit qualiter congruos se percusso fecerunt. Gregorius[1]: ‚Dolentem non potest consolari, qui non concordat dolori.‘ Congruens enim haeret, haerens trahit, trahens extra sensum doloris ducit.

12 Et hoc est: **Cumque elevassent procul oculos suos,** procul elevant, antequam accedant, quia desideranti nihil satis festinum est. Simile est Tob X, (7), ubi mater Tobiae omnes vias circuivit, per quas erat spes veniendi, et oculos aperuit, ut longe venientem videret, antequam appropinquaret. **non cognoverunt eum** propter dissimilitudinem mali status ad praecedentem statum in bono. Simile Is LIII, (2 3): ‚Vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum; despectum et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem; et quasi absconditus vultus eius et despectus, unde nec reputavimus eum.‘

**et exclamantes,** ut internum dolorem demonstrarent, **ploraverunt.** Ir IX, (1): ‚Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrimarum, et plorabo die
ac | nocte interfectos filiae populi mei?‘ B 9b
**scissisque vestibus,** ut nudo | sc. con- M 11b
gruerent. Simile Ion III, (6): ‚Pervenit verbum ad regem Ninive; et surrexit de solio suo, et abiecit vestimentum suum a se, et indutus est sacco.‘ **sparserunt pulverem super caput suum,** ut sc. foedo et tonso congruerent, **in caelum,** solam consolationis spem in Deo caeli ponentes, sic rex Ninive ‚sedit in cinere‘ Ion III, (6), sic Ir XLI, (5): ‚Rasi barba, et scissis vestibus et squallentes; munera et thus habentes in manu, ut offerrent in domo Domini, occurrerunt Ismaheli.‘

Et subdit, qualiter tempus optimum
expectaverunt. **Et sederunt cum eo in** 13
**terra** propter humilitatem. Is XLVII, (1): ‚Descende, sede in pulvere.‘ **VII diebus et VII noctibus,** in quo notatur sustinentia et longanimitas. Eccli II, (4): ‚In dolore sustine, et in humilitate patientiam habe.‘
**et nemo** | **loquebatur ei verbum,** differentes F 7c
sc. locutionem, ut ex verbis suis[c] occasionem acciperent. Eccle III, (7): ‚Tempus loquendi et tempus tacendi.‘ Et subiungit causam: **videbant enim dolorem esse vehementem,** et per consequens ad impatientiam moventem. Sic est etiam, quando compunctio pro peccatis vehemens est, tentator tentando non loquitur. Ps (XXXVIII, 3): ‚Obmutui, et silui a bonis; et dolor meus renovatus est.‘

## CAPITULUM III.

**Post haec aperuit Iob os suum.** 1

PRAEMITTENDUM[d] est in libro isto, quod disputatio, quae est inter quinque, videlicet: Iob, Eliphaz, Baldach, Sophar et Eliu, tota est de providentia sive cura, qua creator regit res humanas et gubernat; et omnes in hoc conveniunt, quod apud Deum creatorem et gubernatorem perfecta notitia est omnium huma-
norum, | sicut infra dicitur (Iob XIV, 16): T 8a

[a] deponite *FM*. [b] i. e. *add. FM*. [c] eius *FM*. [d] Praetermittendum non *E*.

[1] *Cf. Greg., Mor. 3, 12, 20; Migne 75, 609; 113, 758 ad v. 12.*

E 6c ‚Tu quidem gressus | meos dinumerasti.‘ Item in hoc, quod in cura et regimine et gubernatione sua nulla prorsus est iniquitas vel peccatum. Item in hoc, quod actus humanos magis intus considerat, quam homo ipse, qui agit, et ideo in eis defectum[a] aliquando comprehendit, qui etiam ipsum hominem latet[a]. Differunt autem in hoc, quod Iob primo conque-
M 11c ritur, quod actus | sui ad humanam rationem et providentiam non iudicantur. Unde dicit[b] infra (XIII, 18): *Si iudicatus fuero, iustus inveniar;* et illud (VI, 2): *Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas, quam patior in statera;* et illud (XXXI, 35 36): *Librum scribat ipse, qui iudicat, et in humeris portabo illum.* Propter quod etiam sermonem suum ostendendo in omnibus iustitias suas concludit. Et sequitur, quod tres viri
B 9c disputationes suas omiserunt | eo, quod sibi iustus videretur. Quod enim sic gubernari deberet, videtur eo, quod iustitia gubernationis humanae exemplata est ab ordine iustitiae divinae et ita videretur, quod cum illa concordare deberet; et[c] quod nihil esset in una, quod non esset in alia. Unde quasi ex fama per auditum ex ordine iustitiae humanae dicitur iustitia divina. Sed quia ex determinatione Domini cognovit postea Iob, quod ordo iustitiae divinae penitus dissimilis est ordini iustitiae humanae; homo enim ex luto factus vilior est, quam quod Deus respiciat ipsum ad ordinem iustitiae humanae. Ideo rediens ad intellectum verum in fine dicit (Iob XLII, 5): ‚Auditu auris audivi te‘, quasi praedicatum ex ordine iustitiae humanae (Iob XLII, 5): ‚Nunc autem oculus meus videt te‘, ac si dicat: ex tua determinatione rediens ad intellectum, cognovi gubernationem tuam dissimilem esse humanae. (Iob XLII, 6): ‚Idcirco ipse mere prehendo et ago poenitentiam.‘ Et de quo agat, aperit, cum dicit (Iob IX, 22): ‚Unum est, quod locutus sum‘, quod utinam non dixissem, ‚innocentem et impium ipse condemnat‘; quod utique iniustum esset, si sua gubernatio ordine iustitiae humanae procederet: Gn XVIII, (25): ‚Absit a te, qui iudicas omnem terram, ut condemnes iustum cum impio.‘ Haec igitur duo sunt in positione Iob, unum primo et aliud secundo.

Eliphaz autem ponit, quod gubernatio divina in rebus humanis est secundum merita[d], quod bonis bona, malis mala fiant. Sed quod aliquando latet hominem, quod mala sunt sua merita, et quod propter vilitatem naturae homo sine peccato esse non potest, unde dicit (Iob V, 6), quod
‚nihil in terra | sine causa fit‘, et quod M 11d
(Iob IV, 18 20): ‚in angelis[e] reperit pravitatem; quanto magis, qui terrenum ha-
bent fundamentum, | consumuntur velut F 7d
a tinea et quia nullus intelligit, omnes similiter peribunt.‘ Et ab hac intentione nunquam recedit.

Baldach autem ponit, quod gubernatio non fit secundum merita, sed secundum ordinem optimum ad finem humanae felicitatis. Et ideo, si Deus aliquando bonis mala facit, hoc in fine multiplicibus bonis recompensat, et si malis bona, hoc fit, ut iustior sit condemnatio eorum et hoc sonat in verbis suis. Unde dicit, quod ‚Deus non proiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur os tuum risu, et labia tua iubilo‘ (Iob VIII,
20 21) in fine sc., et quod, ‚qui odiunt | te, T 8b
confundentur, et quod tabernaculum impiorum non subsistet‘ (Iob VIII, 20 22).

Sophar autem ponit, quod gubernatio sit secundum solam Dei voluntatem et
illius causa | querenda non est, quia ab B 9d
homine cognosci non potest, et ideo dicit: ‚Forsitan vestigia Dei comprehendes et usque ad perfectum Omnipotentem reperies?‘ (Iob XI, 7) et quod: ‚Excelsior caelo est, et quid facies?‘ (Iob XI, 8) et quod: ‚Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?‘ (Iob XI, 10.) Et ab huiusmodi intentione nusquam recedit.

Post istas positiones introducitur positio Eliu, quae cum tribus dictis concordat,

[a] defectus . . . latent *FM*. [b] dicitur *EFM*. [c] et *om. ET*.
[d] hominum et *add. FM*. [e] suis *add. FM*.

et maxime cum positione Sophar, et ideo dicit, quod ‚conteret multos et innumerabiles‘ (Iob XXXIV, 24), et illius causa E 6d quae|renda non est, et non addit ad hanc intentionem[a], nisi quod per mediatorem, vel per se ipsum aliquando instruit, qualiter humana divinis concordare debeant, et ideo dicit: ‚si fuerit angelus loquens pro eo, unus de millibus‘ (Iob XXXIII, 23), et quod per noctem erudit corda virorum et instruit disciplina[1]. Gloriatur tamen de sapientia, et hoc invenit post omnes alios, et illam laudat in nubibus[2] et fulgure[3] et in huiusmodi. Quamvis autem istae sint eorum intentiones principales, tamen interponunt quaedam verba, quae aliquando pertinent ad increpationem[b] socii condisputantis et aliquando ad laudem M 12a sapientiae inventae, et | ad socium aliquando[c], quod non recte interpretetur sermones, sicut quod Iob voluit, quod verba, quae sonant impatientiam, dolori[4], non impatientiae ascriberentur, et quod amici sapientiam[5] non excellenter iactarent. Hoc autem alii in minorationem sui dictum reputabant, et dicebant se sorduisse[6] coram eo, et alia huiusmodi interponunt, quae adhuc consueta sunt in contentione[d] disputantium.

Dividitur ergo pars ista in partes duas, in quarum prima ponitur disputatio, in secunda determinatio, infra (XXXVIII, 1): *Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit.* Adhuc prima pars, quae est de disputatione, dividitur in duas, in quarum prima disputatio ponitur inter quatuor, in secunda inducitur opinio posterior infra (Iob XXXII, 1) ibi: *Omiserunt autem tres viri isti.* Adhuc prior harum dividitur in duas, in quarum prima quatuor disputant, in secunda uno cedente, Sophar sc., Iob superat infra sc. (XXVII, 1): *Addidit quoque Iob.* Prima harum adhuc in duas dividitur, in quarum prima ponitur disputatio inter quatuor de intentione proposita, in secunda disputatio ponitur inter duos sc. Eliphaz et Baldach, et tertius cedit infra (XXI, 1): *Respondens autem Iob dixit: Audite, quaeso.* Adhuc prior pars in duas partes dividitur secundum duos circulos | quatuor disputan- B 10a tium, primus concluditur ad XII. cap. (1) infra ibi: *Respondens autem Iob dixit: ergo vos soli homines.* Secundus concluditur ad XXI (1) infra ibi: *Respondens*[e] *autem Iob dixit: Audite quaeso*[e]. In omnibus autem his disputationibus Iob disputat ad singulos, et singuli ad ipsum. Prima harum in duas dividitur, in quarum prima demonstrantur verba querelae Iob de operibus Satanae; in secunda exordium disputationis infra IV, (1) ibi: *Respondens autem Eliphaz.* | T 8c

**Post haec.**

In hoc | capitulo Iob, ut materiam det F 8a disputationi, ponit querelam de die, quae principium vitae est, quam Satan accipit in potestatem convertendi eam in tristitiam, in facultatibus et prole et persona et amicis, et dividitur in partes duas.

In prima ponit maledictionem illius diei, in secunda causam ibi (III, 11): *Quare non in vulva mortuus sum?* Adhuc prima in duas dividitur, ita quod in prima parte communiter maledicitur dies nativitatis ex utero, et nox conceptionis in utero. In secunda specialiter dies | et specialiter M 12b nox ibi (III, 4): *Dies illa vertatur in tenebras.* Adhuc prior duo habet, sc. qualiter dixit, et quid.

Et hoc est: **Post haec,** quibus sc. probatus est perfectus in utraque fortuna, tam in se, quam in domo, quam in civitate; **aperuit Iob os suum,** ut sc. locum daret disputantibus[f] et aperte loqueretur, ut aperta esset disputatio. Et propter hoc dicit: a p e r u i t  o s. In hoc[g] notatur, quod patens fuit locutio, et quod de magnis erat locuturus. Simile II. ad Cor VI, (11): ‚Os nostrum patet ad vos, o Corin-

[a] positionem *FM.* [b] interpretationem *E.* [c] quandoque *FM.*
[d] intentione *E*, contemplatione *FM.* [e] *Respondens . . quaeso om. BT.*
[f] disputationibus *EFM.* [g] enim *add. TFM.*

[1] *Cf. Iob 33, 16.* [2] *Cf. Iob 36, 28.* [3] *Cf. Iob 36, 30.* [4] *Cf. Iob 16, 7.*
[5] *Cf. Iob 17, 10.* [6] *Cf. Iob 18, 3.*

thii'. Mt V, (2): ,Et ipse aperiens os suum docebat eos dicens.' Prv XXXI, (26): ,Os suum aperuit sapientiae.' Et dicit suum non alienum, ut sciatur quod de proprio sensu loquebatur. Ps (LXXX, 11): ,Aperi os tuum et ego implebo illud.' **et maledixit diei suo.** Gregorius[1]: Duobus modis maledicitur, sc. iudicio iustitiae vel livore vindictae, illud laudatur, hoc prohibetur, illo utitur Deus, ut Gn III, (17): ,Maledicta terra in opere tuo' et Gn XII, (3) Abrahae: ,Maledicam maledicentibus tibi'. Hac autem maledictione
E 7a etiam sancti utuntur: Petrus | Actus VIII, (20): ,Pecunia tua tecum sit in perditionem'; Elias IV. Rg I (10): ,Si homo Dei sum, descendat ignis et consumat vos.' Unde maledictio Iob non est malitia, sed iustitia; nec irae commotio, sed doctrina. Et hoc est secundum omnem expositionem et litteralem et mysticam. Sapientis enim non est maledicere sibi nec alii: Idc V, (23): ,Maledicite terrae Merob[a], dixit angelus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini.' Merob multitudo interpretatur vel de multitudine, et significat, quod multitudo, quae sensuum sequitur volup-
B 10b tates | maledicenda est, quia per opus virtutis ad auxilium Dei non venit. Eccle I, (15): ,Perversi difficile corriguntur et stul-
2 torum infinitus est numerus.' **et dixit:**
3 **Pereat dies in qua natus sum**, dies naturaliter est principium vitae nascentis ex utero ad lucem, et haec vita secundum totam periodum, in quam potestatem accipit Satan, ut malitiam suae
M 12c voluntatis exerceat | in rebus, liberis, persona et amicis, quos in adversarios convertit, non potest optari, nisi ut pereat; si enim peribit, tristitias et infelicitates non ingeret; si autem procedet de mane in meridiem et de meridie in vesperam, multis afflictionibus vitam consumet; et ideo optandum non est, nisi ut pereat. Nec maledicitur dies, in quantum singularis est, sed in quantum est principium totius vitae decursus in afflictionibus Satan.

**et nox, supple pereat, in qua dictum est: Conceptus est homo!** Sicut | dies ex- T 8a
terior, ut est principium exterioris vitae in luce huius mundi, optatur perire, ita nox, quae per conceptum principium est conceptionis talis hominis, in quantum potestatem accepit Satan, et in omnia eius secundum totam vitae periodum, non potest optari, nisi ut pereat. Non enim aliud facit, nisi quod vitam in amaritudinem convertit, sicut Ex I, (13 sqq), quod Aegyptii vitam filiorum Israel in amaritudinem perducebant illudendo eis et affligendo. Simile Ir XX, (14): ,Maledicta dies in qua natus sum! dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta!' Item ibidem (Ir XX, 15): ,Maledictus vir, qui annunti|avit patri meo dicens: Na- F 8b
tus est tibi puer masculus.' Sap. III, (13): ,Maledicta creatura eorum.' Et post pauca (Sap III, 17—19): ,Si quidem longae vitae erunt, in nihilum computabuntur et sine honore erit novissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationis enim iniquae dirae[b] sunt consummationis.' Et dicit dies nativitatis et nox conceptus, quia nox frigiditate subrepente poros claudit corporis, ut spiritu et calore ad interius redundantibus[c] semina concepta intrinsecus magis calescant. Redeunte autem luce diei calore perfusa corpora laxantur in poris et spongositate corporis et disponuntur ad emittendum, quod conceptum est; et ideo dies partui et nox conceptui debetur secundum congruentiam. Ir XV, (10): ,Vae mihi, mater mea; quare me genuisti, virum rixae, virum discordiae in | uni- M 12
versa terra?' Et post pauca (Ir XV, 10): ,Omnes maledicunt mihi.' | B 10

Expositio Gregorii[2] ab hac non differt, nisi quod ille processum dicit in peccatis, nos autem in afflictionibus Satanae.

Et subdit specialiter: Primo de male-

[a] *sic CC, Vulgata* Meroz. [b] durae *FM.* [c] reducentibus *E.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 4, 1, 2; Migne 75, 638 sq et 113, 759.* [2] *Cf. Greg., Mor. 4, 1, 6; Migne 75, 641.*

dictione diei, et postea de maledictione noctis, ibi (Iob III, 6): *Noctem illam.*

In primo duo dicuntur, sc. impedientia diem, ne sit, et impedientia effectus eius ibi (Iob III, 5): *Obscurent eum tenebrae.*

In primo quatuor dicuntur, sc. de ablatione diei, de requisitione numerantis hominis vitam, de recordatione viventis, cuius est dies, de impedimento illustra-
4 tionis. Et hoc est: **Dies illa**, sc. data in potestatem Satanae vita[a], **vertatur in tenebras**, ut effectus Satanae nusquam videatur et nusquam appareat et nusquam illuceat. Haec est enim, de qua dicitur[1]: ‚Ab altitudine diei, timebo', quia, quo altius ascenderit, calamitates plures ingerit, a
E 7b quibus homo | absconditur, si coram hominibus infausta dies non oriatur. Mich VII, (8): ‚Dum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.' Ps (CXXXVIII, 11): ‚Nox illuminatio mea in deliciis meis.' Delicias enim computat[b], si infausta vita non luceat.

**non requirat eam Deus desuper**[c], hoc est per sublimia inferiora gubernans; mensuras et terminos posuit humanae vitae et numerum dierum. Ps (CIII, 9): ‚Terminum posuisti, quem non transgredientur.' Et si deest dies, requiritur a Deo, ordinatore vitae. Ps (XXXVIII, 5 6): ‚Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi, Domine, finem meum et numerum dierum meorum, quis est, ut sciam, quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos.' Petit ergo iste, quod dies potestatis Satanae non requiratur ad numerum dierum suorum. Simile in Ps (XII, 4 5): ‚Ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: Praevalui adversus eum.'

T 9a **et**[d] **non sit in recordatione**[d], supple viventis. Si enim non est in recordatione, tunc nunquam fuit in praeterita vita; recordatio enim mali male et ad tristitiam afficit animam: Is XXXVIII, (15): ‚Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae.'

**nec illustretur lumine**, ut abundantiori lumine infausta vitae demonstrentur, | cum M 13a
talia magis sit utile occumbere quam illustrari. Io III, (20): ‚Qui male agit, odit lucem.' Sic Adam effectum Satanae in se sentiens a luce se abscondit Gn III, (10): ‚Audivi vocem tuam, et abscondi me.'

Et[e] subdit de impedientibus effectum Satanae[e]: **Obscu|rent eum tenebrae**, tene- 5
brae[f] ab inferioribus oriuntur et dis- F 8c
positiones significant, quibus privatur lumen infaustum tam in corpore quam in anima. Sicut enim in corpore, quando lumen infaustum periodi scintillat ad ma-
lum | corporis, quod oritur et procedit in B 10d
corpore. Verbi gratia: Sicut ad quartanas studio medicinae disponuntur corpora ad sanguinem, et tunc non inducitur quartana, sic[g] etiam in corde, quando cor obscuratur devotione vel compunctione, lumen infaustum Satanae, ne oriatur, impeditur vel per providentiam sapientiae vel etiam per meritum iustitiae; et talia privantia lucem infaustam dicuntur tenebrae per effectum. Simile Is XXVI, (20): ‚Vade, populus meus, intra in cubicula tua et claude ostia tua super te, donec pertranseat indignatio mea.'

**et umbrae mortis**, supple obscurent[h] eum. Umbra mortis dicitur recordatio mortis vel aversiones infaustae lucis perimentes eam. Eccli VII, (40): ‚In omnibus operibus tuis memorare novissima, et in aeternum non peccabis.' Eccle XI, (8): ‚Si multis annis vixerit homo, et in omnibus laetatus fuerit, tamen meminisse debet tenebrosi temporis dierumque multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur praeterita.'

**occupet eum caligo**, hoc est fortissima et inspissata in contrarium dispositio; caligo enim est caliginoso vapore, inspissata tenebra, lucem impediens, et luci obstans, et significat spissam dispositionem sapientis, vel meritum boni contra lucem Satanae. Ex X, (21): ‚Sint tenebrae tam

[a] ita *E.* [b] reputat *FM.* [c] Deus desuper *add. TFM.*
[d] **Et . . . recordatione** *non in textu Vulgatae.* [e] Et . . . Satanae *om. FM.*
[f] enim *add. FM.* [g] sicut *BM.* [h] obumbrent *E.*

[1] *Ps 55, 4.*

densae, ut palpari queant.' Dispositio autem talis sapientis, ut dicit Philosophus[1], vel poenitentis, ut dicit Gregorius[2]. Non dicitur caligo, quod omnem lucem privet, sed tantum propter hoc, quod obstet illi
M 13b infaustae luci Satanae. Sic Ex | XX, (21): ,Ingressus est Moyses in caliginem', ut sc. omnia, quae lux huius mundi perlustrat, occumberent, et ipse solus in lumine Dei mirabilis esset.

**et involvatur amaritudine,** ut amaritudine sc. dispositionis contrariae in corpore vel in corde vel in utroque sic involvatur lux infausta, ut se per vitam diffundere non possit. Thr III, (15): ,Replevit me amaritudine, inebriavit me absynthio.' Inebriatus enim non sentit.

Et subdit de nocte conceptus, quae initium fuit formationis vitae, quae data est in potestatem Satanae.

6 **Noctem illam,** in qua sc. semina for-
T 9b mandi conceptum in | infaustam vitam coaluerunt; **tenebrosus turbo possideat,**
E 7c | turbo ventus est involutum habens flatum et significat dispositiones cordis et operis ex multis compositas effectum Satanae corrumpentes, et reprimentes. Unde cum de bonis Deus Abrahae loqueretur Gn XV, (17) praemisit sic: ,Cumque sol occubuisset,' pavor irruit super Abraham et horror maximus et tenebrosus invasit
B 11a eum, quo sc. repulsum est | opus Satanae, ne in contrarium se diffunderet.

**Non computetur in diebus anni,** hoc est circuli vitae ita sc., quod in tota vita desit ad compotum, quia vitae mala inducit. Eph V, (16): ,Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.' **nec numeretur in mensibus,** luna propter vicinitatem in humanis maiorem habet potestatem, et singulis mensibus facit ver, aestatem, autumnum et hiemem, quod in anno facit sol. Petit ergo, quod effectus Satanae in
F 8d particularibus immutationibus | vitae se non possit diffundere. Eccli XLIII, (7 8): ,Luna signum diei festi; luminare, quod minuitur in consummationem. Mensis secundum nomen eius est, crescens admirabiliter in consumationem.'

Et ideo subdit: **Sit nox illa solitaria, nec** 7
**laude digna,** et littera sic ordinanda est: et nox illa, nec laude digna, sit solitaria et tunc secundum est causa primi sive suppositum causa appositi, quia enim laude digna non est; ideo petendum est, ut sit solitaria, ne sc. multiplicando per vi-
tam | diffundat. Eccli XXIII, (19): ,Ne M 13c
assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris et maluisses non nasci et maledicas diem nativitatis tuae.'

Et quod divisim dixit de nocte et die,
hic dicit coniunctum[a]: **Maledicant ei,** tali 8
sc. diei et nocti; sapientes supple, **qui maledicunt diei,** hoc est, qui maledicere sciunt et consueverunt tali diei, quae sc. infecta est nequitiis Satanae. Dt XXVII, (26): ,Maledictus, qui non permansit[b] in omnibus operibus[c] legis huius, nec eos opere perfecerit; et dicet omnis populus: Amen.'

**qui parati sunt suscitare Leviathan.** Secundum Abraham[3] Iudaeum philosophum et secundum Rabbi Moysen[4] Satan Leviathan dicitur, secundum quod a principio diei vitae per omnes dies, menses et annos venenum diffundens malum malo addit et totam rotam nativitatis nostrae sic inficit; sic enim ut serpens serpit et ut vectis rigide nobis obsistit, unde de lingua huius serpentis sic venenum immittentis[d] dicitur Iac III, (6): ,Lingua maculat totum corpus et inflammat rotam nativitatis nostrae inflammata a gehenna.' Qui autem in contrarium nituntur, serpenti obsistunt, et ideo suscitant, ut omnes vires suas examinent. Sicut et Dominus dixit Gn III, (15): ,Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen mulieris, ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius.'

**Obtenebrentur stellae caligine eius.** 9
Stellas vocat novas ad infausta scin-

[a] convinctum *E.* [b] permanserit *EFM.* [c] sermonibus *E.* [d] emittentis *E.*

[1] *Cf. Arist., Metaph. 1, 2, 2 (II 470).* [2] *Cf. Greg., Mor. 4, 4, 9; Migne 75, 642.*
[3] *non inveni, cf. col. 32/23.* [4] *Cf. Rabbi Moses Maim. Dux 3 24 (ed. Basil. p. 404).*

tillationes, quas petit obscurari caligine dispositionis contrariae, sicut iam ante
T 9c B 11b dictum est. | Obscuritate enim interiori lux foeda repellitur extrinsecus. Thr III, (2): ‚Me minavit, et adduxit in tenebras, et non in lucem.‘

Quod, qualiter fiat, subdit: **expectet lucem,** Satan sc. infaustae sc. suae lucis ortum, **et non videat** lucem, quia in ortu suo peto, ut occumbat, ne diem huma-
M 13d nae | nativitatis illustret. Ir XV, (9): ‚Occidit ei sol, cum adhuc esset dies‘, hoc est, cum diescere inciperet; **nec ortum surgentis aurorae,** supple videat. Aurora est, quando radii solis immiscent se tenebris noctis, et sic aurora infaustae lucis est, quando primum immiscet se diebus humanae vitae, quam petit non oriri, sicut et Sap V, (9): ‚Impii in inferno transierunt omnia velut umbra, et tam-
E 7d quam nuntius praecur|rens‘. Et post pauca (Sap V, 13): ‚Sic et nos nati continuo desinimus[a] esse; et virtutis quidem nullum signum valuimus[b] ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus.‘ Unde optandum est, quod talis dies non oriatur.

Et subdit causam huius tantae male-
10 dictionis: **quia non conclusit ostia ventris**[c], ut sc. clausis ostiis intra ventrem[d] mortuus essem, ne ad hanc infaustam lucem peperisset me mater mea. Lc XXIII, (29): ‚Beatae steriles, et ventres, quae non genuerunt.‘ Quod exponens subdit: **nec abstulit mala ab oculis meis,** hoc est sensu experientiae, quae mala dico, quae Satan in totam rotam nativitatis infundit. Ir XX, (15—18): ‚Maledictus, qui non interfecit me a vulva, ut fieret mihi mater mea sepulcrum, et vulva eius con-
F 9a ceptus aeternus! | Quare de vulva egressus sum, ut viderem dolorem et laborem et consumerentur in confusione dies mei?‘
11 **Quare non in vulva.**

Tangit hic causam, quare maledicitur dies, et dividitur in duo.

Primo enim praemittit utilitatem privationis illius diei, secundo hoc adaptat sibi ibi (Iob III, 24): *Antequam comedam.*

In primo tria sunt: Primo enim ostendit, quod non per se sunt utilia, quae in vita ista privat; secundo quod a multis inquietis liberat et malis privata sibi occumbens dies illa ibi (Iob III, 17): *Impii cessaverunt a tumultu;* tertio quod in miseriis nato lux huius vitae non proficit ibi (Iob III, 20): *Quare data est misero lux.* Et hoc est: **Quare non in vulva mortuus | sum,** ut sc. mala Satanae nec sen- M 14a
sissem, nec vidissem, sed in primo ortu subtractus fuissem venenis eius. Mt XXVI, (24): ‚Melius illi erat, si natus non fuisset.‘

**egressus ex utero non statim perii?** Hoc est, | quare non statim perii, quia sc. B 11c
et tunc non sensissem mala Satanae, tamen per vim ratiocinationis[e] non discrevissem. Ps (CXXXVI, 9): ‚Beatus, qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram.‘

**Cur exceptus genibus?** hoc est a geni- 12
bus matris, ab obstetrice et ploratu prodidi mala Satanae. Sap VII, (3): ‚Primam vocem similem omnibus emisi plorans.‘ **Cur lactatus uberibus?** cum emolumentis fieret[f] ad mala Satanae experienda; sic enim nutrire parvulum crudele est. Ir XV, (9): ‚Confusa est, quae peperit, et erubuit, quia residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum.‘ Thr IV, (3): ‚Lamiae nud|averunt mammas, lactaverunt T 9d
catulos suos.‘ Lamiarum enim est, non matrum, lactare partum ad talem infelicitatem.

Et huius rationem subdit ex hoc, quod taliter moriens non nisi bona despicienda perdidit, et hoc ostendit in his, qui talibus bonis fruuntur, et in his, qui ad fructum eorum non perveniunt ibi Iob (III, 16): *Aut sicut abortivum.*

In his autem, qui fruuntur, ostendit in immobilibus et mobilibus. Hoc est: **Nunc** 13
**enim,** in die, sc. infaustae lucis, non progressus, **dormiens** per mortem ligatis sensibus **silerem,** hoc est querulas voces de veneno Satanae non emitterem, et inter

[a] desivimus *E;* defuimus *FM.* [b] voluimus *FM.*
[c] **qui portavit me** *add. FM.* [d] matrem *E.* [e] rationis *TEFM.*
[f] aleret *TEFM.*

tot mala non gemerem. Et hoc exponens subdit: **et somno meo**, mortis sc., **requiescerem**, infaustis sc. inquietudinibus Satanae subductus[a]. Apc XIV, (13): ‚Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis.‘ Et ne hoc magnum damnum
**14** reputetur, subdit: **cum regibus**. Philosophus[1] reges vocat, qui secundum perfectionem iustitiae regebant homines. Is XXXII, (1): ‚Ecce in iustitia regnabit
M 14b rex, et | principes in iudicio praeerunt.‘ **et consulibus terrae**, consules dicuntur, qui prudentia agendorum suo consilio in dubiis valent dirigere. Is XXXII, (5): ‚Non erit amplius is[b], qui insipiens est princeps.‘ **qui aedificant sibi solitudines**, ad litteram in solitudine aedificant, ut studio sapientiae et virtutis dediti inquietudinibus Satanae, quas in mundo concitat, se subducant, sicut philosophus[1] in libro de contemplatione dicit, quod fecerunt Brachmanae[c 2] philosophi et primi monachi in Aegypto, facile praesentia contemnentes, ne et inquietudinibus Sa-
**15** tanae rotarentur. **aut cum principibus**,
B 11d principalibus sc. inter illos, | **qui possi-**
E 8a **dent** | **aurum**, hoc est, qui multum aurum habuerunt[d] et contempserunt, ne inquietudine Satanae bona perderent animae. In idem redit, quod sequitur: **et replent domos suas argento**, nisi quod aurum thesaurum contemptum in pretiosissimis significat, argentum in minus pretiosis, ut
F 9b bona animae ad|ipiscerentur, sicut Plato[1] dicitur proiecisse aurum de sinu dicens: Melius est perdere aurum quam animam. Bar III, (18): ‚Qui argentum thesaurizant, et aurum, in quo confidunt homines, nec est finis acquisitionis eorum‘; et post pauca (Bar III, 19): ‚Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt.‘ Inquietudine enim Satanae extra terminos mentis positi sunt, et ad inferos detracti. Et vult dicere, quaecunque lucra sapientes contempserunt, ne molestiis Satanae rotarentur, vellem non habuisse, quia tunc me rota Satanae non calcaret.

**Aut sicut abortivum absconditum non** **16**
**subsisterem.** Sensus est autem: Non subsisterem, sicut abortivum absconditum non subsistit. Supple, quod huius mundi bona et mala non gustavit. Abortivum est, quod a primo ortu et conceptu seminum corruptum est, antequam formaretur in partum per animae adeptionem et vitae. **vel qui concepti**, formati, supple in partum morte praeventi, **non viderunt lucem**, infaustam sc. huius vitae. Antequam enim | oculos aperirent ad eam, mor|tui sunt; quibus melius erat sic non esse, quam malis Satanae rotari. Unde infra XXXI, (27) dicitur: ‚Si vidi solem, cum fulgeret, et lunam incedentem clare; et laetatum est cor meum in abscondito‘, vocans solem fulgorem prosperitatum maiorum et lunam claritatem in bonis minoribus fortunae.

Et subdit, a quibus malis liberat, ne
experiantur: **Ibi impii**, inquiete sc. viventes **17**
et se et alios inquietantes, **cessaverunt a tumultu**, quo sc. se et alios inquietaverunt. Mortuus enim nec tumultum facit, nec sentit. Is XXV, (5): ‚Tumultum alienorum humiliabis.‘

**et ibi requieverunt fessi robore**, robore dicitur propter hoc[e], quod viribus suis confidentes alios oppresserunt, a quo labore mortui fessi cessaverunt. Is XXV, (5): ‚Quasi calore sub nube torrente, propagines fortium marcescere facies.‘

**Et quondam vincti**, hoc est capti, af- **18**
flicti a robustis et tumultuosis **pariter**, cum illis supple requieverunt **sine molestia**, hoc est, quod molestiam ultra non senserunt. In hoc ergo utilis | mors est, quod liberat a sensu malorum, et in hoc affectu dixit David (Ps CXIX, 5): ‚Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus Cedar.‘ Et Dominus Mc IX, (18)[f]: ‚O generatio incredula, quamdiu patiar vos? quamdiu ero vobiscum?‘

[a] seductus *E*. [b] Non vocabitur ultra is *FM*. [c] bragmani *TFM*, bracmani *EB*.
[d] possiderunt *FM*. [e] eo *FM*. [f] Lc II *FM*, Lc XI *ETB*.

[1] *non inveni*. [2] *Cf. Tertull., Apol. 42 (ed. Oehler Lips. 1853 p. 273 ann. 3 et b).*

Qualiter autem vincti sint sine molestia,
subdit, et suppletur, quia **non exaudierunt
vocem exactoris**, hoc est tyranni oppri-
mentis. Unde Is XIV, (8) dicunt: ,Ex quo
dormisti, non ascendet, qui succidat nos.'
Et Aristoteles in primo Ethicorum[1]: Quod
bona et mala non transmutant mortuum
ad felicitatis vel infelicitatis sensum.

Et differentias sic quiescentium subdit:
19 **Parvus et magnus ibi sunt**, supple aequa-
les et pariter quiescentes. Sap VI, (8):
,Non subtrahit personam cuiusquam Do-
minus, qui est omnium dominator, nec
verebitur magnitudinem cuiusquam, quon-
M 14d iam pusillum et magnum ipse | fecit et
aequaliter est ei cura de omnibus.' **et
servus**, supple quondam vinctus, **et liber
a domino suo**, supple, qui non habet domi-
num, sed gratia sui est, aequaliter re-
quiescunt. Gn XXVII, (40): ,Erit, quando
excuties iugum eius a collo tuo.' Et ideo
mors desiderabilis est, quia a tantis malis
liberat. Unde sancti morti insultantes
dicunt illud I. ad Cor XV, (55): ,Ubi
est, *mors*, victoria tua? ubi est, mors, sti-
mulus tuus?'

20 **Quare misero data est lux.**
F 9c Ostendit hic, lucem vitae datam in
potestatem Satanae inutilem esse misero,
et hoc dicit primo, secundo explanat hoc,
et tertio exaggerat miseriam miseri. Et
hoc est: **Quare**, hoc est, qua utilitate,
E 8b **misero**, infelicitatibus | Satanae subiecto,
**data est lux**, ex luce enim nihil habet,
nisi ut videat miseriam suam, ut plus
doleat, et idcirco lux sibi nocet, sicut
Adam Gn III, (8), cum miser esset, a
lumine Dei se abscondit. Et de istis verum
est, quod dicitur Io III, (19): ,Lux in
mundum venit, et dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem.' Nihil enim
demonstrabile est in talibus. Et hoc ex-
planans subdit: **et**, id est, **vita**, in luce
ista exterior, quare data est, supple **his,
qui in amaritudine animae sunt?** hoc est,
in amaritudine pertingente usque ad ani-
T 10b mam | et ad animae subversionem. Ruth
I, (20): ,Vocate me Mara[a], hoc est amara,
quia amaritudine me valde replevit Omni-
potens.' Et poëta de Hecuba[2]:

,Vita et invita, quia vivit paupere vita.'

Et hoc ulterius explanans addit: **Qui**, 21
hoc est, quia illi **expectant** per desiderium
**mortem**, quae sc. sit finis miseriae, **et non
venit**, ut amplius miseri sint. Apc IX, (6):
,Desiderabunt homines mori, et mors fugit
ab eis.' Quidam etiam talium, quando in-
ordinati sunt, sibi ipsis mor|tem intentant, B 12b
sicut Achitophel II. Rg XVII, (23) et Iudas
Mt XXVII, (5) et Aman propter tristi-
tiam Est VII, (10), et Hecuba[b][2] Iunonem
invocans dixit:

,Fac fine celeri corpus anile teri.'

Et huius ponit simile subdens: **quasi
effodientes thesaurum**, littera sic ordi-
nanda est, quod secundum sit primum
per figuram, quae dicitur hysteron pro-
teron, **qui**, | hoc est: et, **gaudent vehe-** 22
**menter, cum invenerunt sepulcrum?** Quasi, M 15a
hoc est, sicut supple gaudent effodientes
thesaurum, quando supple sunt prope
thesaurum, et hoc ideo est, quia mortem
thesaurum et lucrum reputant, in quan-
tum est finis miseriae. Unde infra XIV,
(6): ,Donec optata veniat, et sicut mer-
cennarii dies eius.' Dies eius dicitur dies
mortis, quae optata dicitur, sicut finis
laboris mercennarii, in quantum terminus
est miseriarum. Eccli XLI, (3 4): ,O mors,
bonum est iudicium tuum homini in-
digenti, et qui minoratur viribus, defecto
et aetate, et cui de omnibus cura est.' Sic
Tobias dixit ad Dominum (Tob III, 6):
,Fac mecum misericordiam, et praecipe
in pace spiritum meum recipi: expedit
enim mihi mori magis, quam vivere.'
Sic Elias III. Rg XIX, (4): ,Petivit animae
suae, ut moreretur, et ait: Sufficit mihi,
Domine: tolle animam meam, neque enim
melior sum quam patres mei.'

Et hoc exaggerans subdit: **Viro, cuius** 23
**abscondita est via**; nescit enim, utrum
bonum vel malum exitum habeat. Eccle

[a] Marach *E*, Marath *BTFM*. [b] ut dicit poëta *add. FM*.

[1] *Arist., Eth. Nic. 1, 11, 5 (II 12).* [2] *non inveni.*

IX, (1 2): ,Sunt iusti atque sapientes, et opera eorum in manu Dei, et tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit. Sed omnia in futurum servantur incerta.'

Quae autem sit huius causa, subdit: **et,** id est quia, **circumdedit eum Deus tenebris?** quod sc. ignorat finem suum et finis qualitatem et tempus. Eccle IX, (12): ,Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo et sicut aves comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit.' Prv XIV, (12): ,Est via, quae videtur homini iusta, et novissima eius deducuntur ad mortem.' Ps (LXXXI, 5): ,Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.'

24 **Antequam comedam.**

Ostendit hic, taliter in se evenisse, et tria dicit: luctum sc. de miseria, causam
F 9d luctus, et lugentis in|nocentiam. Et hoc est: **Antequam comedam,** non ad delicias, sed ad refectionem, **suspiro** pondus miseriae prementis. In hoc multi reprehenduntur, qui ante suspirium cibum accipiunt. Eccle X, (16): ,Vae terrae, cuius
T 10c rex puer est, et cuius principes mane
B 12c M 15b | comedunt | non | ad refectionem, sed ad saturitatem.' Thr I, (22): ,Multi gemitus mei, et cor meum moerens.'

**et quasi inundantes aquae,** quae supple sonant, **sic rugitus meus,** in planctu sc. et ploratu. Is LIX, (11): ,Rugiemus quasi ursi omnes et quasi columbae meditantes gememus.'

25 Et subdit causam: **quia timor,** hoc | est
E 8c causa timoris, **quem timebam,** semper **evenit mihi,** in bonis sc., liberis, et persona, **et, quod verebar,** in amicis supple, et uxore, **accidit.** Iob XXX, (26): ,Expectabam bona, et venerunt mihi mala: praestolabar lucem, et eruperunt tenebrae.' Et XXXI, (23): ,Semper quasi tumentes fluctus super me timui Deum et pondus eius ferre non potui.'

Et subdit de innocentia[a]: **Nonne dissimulavi?** mala sc. mihi illata patientia volens vincere. Rom XII, (21): ,Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.' Sic Ioseph mala illata sibi a fratribus suis dissimulavit Gn XLV, clementer loquens fratribus. **Nonne quievi?** nulli sc. inquietudinem faciens. Hoc enim quieti est, qui in bono virtutis intra se ipsum quiescit. Rom XVI, (17): ,Observate eos, qui dissentiones et offendicula propter doctrinam, quam didicistis, faciunt: et declinate ab illis.' **Nonne silui?** in tumultu sc. et contradictione peccatorum. Ps (XXXVIII, 3): ,Obmutui, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est.' Et supple causam: **tamen venit super me,** innocentem supple, **indignatio,** hoc est plaga ex indignatione. Thr II, (4 5): ,Effudit quasi ignem indignationem suam. Factus est Dominus velut inimicus'[b]. Is LIX, (15): ,Qui recessit a malo, praedae patuit.' Haec igitur dixit Iob, ut materiam daret disputantibus secum. 26

## CAPITULUM IV.

**Respondens autem.** 1

RESPONSIO vocatur in contrarium disputatio, quia Aristoteles[1] dicit, quod instantiae electorum sophisticorum aliquando solutiones sunt. Describitur autem hic sapiens nomine et patria. Nomine **Eliphaz,** quod contemptus | Domini M 15e interpretatur, eo quod in sapientia nullum putabat sibi esse superiorem vel secundum, cum eo, qui dixit Is XIV, (13): ,Super astra caeli exaltabo solium meum', hoc est super doctores mundi. Describitur etiam a patria: **Themanites,** quod auster interpretatur. Theman enim patria fuit iuxta Idumaeam, ubi studium fuit litterarum et sapientiae. Bar III, (22): ,Sapientia vera non est audita in terra

[a] lugentis *add. FM.*

[b] Ps (LXXVII, 49): Misit in eos iram indignationis suae, indignationem et tribulationem et dolorem, immissiones per angelos malos. *add. FM.*

[1] *Cf. Arist., Analyt. priora 2, 28 (I 117) et De Soph. Elenchis c. 18 (I 296).*

Chanaan, neque visa in Theman‘. Et infra (Bar III, 23): ‚Negotiatores terrae[a] et Theman confabulatores et inquisitores prudentiae et intelligentiae.‘ Unde utrumque, et nomen et patria faciunt, ad laudem eius.

Dividitur autem ista disputatio primo in partes duas. Primo ponit sermonem disputationis, secundo commendat et rogat,
B 12d ut | mente tractetur ad bene intelligendum versus finem quinti (V, 27) ibi: *Ecce hoc, ut investigavimus.* Adhuc prior dividitur in partes duas: In prima necessitatem dicit, quae impellit ad loquendum, secundo[b] ordinat disputationem ibi (IV, 3): *Ecce docuisti plurimos.*

2 Et hoc est: Si | **ceperimus loqui tibi,**
T 10d disputando sc. contra te, **forsitan moleste**
F 10a | **accipies.** Quilibet enim in impugnatione suae positionis molestatur. Dicit enim Aristoteles in VIII. Ethicorum[1], quod etiam poëtae diligunt poëmata sua, sicut proprios filios, et molestantur impugnationibus eorum.

**Sed conceptum sermonem**, hoc est in corde interius ordinatum ad veritatis defensionem, **tenere quis poterit?** Amor enim veritatis ad defensionem veritatis impellit, etiamsi ex hoc molestetur amicus. Eccli IV, (27 28): ‚Ne reverearis proximum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis.‘ Aristoteles in primo Ethicorum[2]: ‚Ambobus existentibus amicis philosophis et veritate, sanctum est praehonorare veritatem.‘

Ista est expositio litteralis, Gregorius[3] tamen accommodatam ponit expositionem de his, qui sermonem retinere non possunt, quin detrahendo dicant in proximum. Contra quod dicitur Eccli XIX, (10): ‚Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te videns[c], quod non te disrumpet.‘ Et ibidem (Eccli XIX, 12): ‚Sagitta infixa in femore canis, sic
verbum in | ore stulti.‘ Sicut enim canis M 15d
percussus latrat in aures | omnium, sic E 8d
fatuus audito verbo detractionis aures omnium replet. Et subdit exordium disputationis:

**Ecce docuisti.** 3

Revocandum autem est ad memoriam, quod dictum est de positionibus istorum, quod sc. Iob primo querelatur, quod non secundum ordinem iustitiae humanae iudicatur, et ideo innocens condemnatus est. Eliphaz e contrario ponit, quod Deus non nisi malos punit, et bonos remunerat secundum ordinem iustitiae humanae.

Disputatio autem ista in duas partes dividitur.

Primo enim reprehendit docentem, secundo doctrinam ibi (IV, 7): *Recordare, obsecro te.*

Prima harum duo habet. Enumerat enim primo, quid fecerit doctor, secundo a quibus defecerit ibi (IV, 5): *Nunc autem.* Et hoc est: **Ecce docuisti plurimos**[d]. Chrysostomus[4] super illud Mt IV, (23): ‚Circuibat Iesus praedicans et docens‘, dicit, quod doctrina ad mores pertinet. Is XLVIII, (17): ‚Ego Dominus docens te utilia, et gubernans in via, qua ambulas.‘ Mt ultimo (XXVIII, 19): ‚Docete omnes gentes!‘ Plurimos autem dicit, quia plurimi indocti sunt, pauci autem docti. Rom I, (14): ‚Sapientibus et insipientibus debitor sum.‘ **et manus lassas**, ad bonum sc. operandum et iam quasi deficientes, **roborasti**, ut virtute accepta non deficiant. Hebr XII, (12 13): ‚Remissas manus erigite, et genua debilia roborate,
et gressus rectos facite | pedibus vestris.‘ B 13a
**vacillantes**, hoc est titubantes sive du- 4
bios, **confirmaverunt sermones tui.** II. Mach ultimo (XV, 11): ‚Singulos illorum armavit, non clipei et hastae munitione, sed sermonibus optimis et exhortationibus‘; **et genua trementia** in via iustitiae **confor-**

[a] *sic! CC,* Merrhae *Vulgata.* [b] in secunda *FM.* [c] sciens *FM.*
[d] *sic! CC,* **multos** *Vulgata.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 9, 7, 3 (II 110); cf. 4, 1, 20 (II 40).*
[2] *Arist., Eth. Nic. 1, 6, 1 (II 4).* [3] *Greg., Mor. 5, 13, 30; Migne 75, 695.*
[4] *Cf. Chrys., Opus imperf. in Matth. 8, 23; Migne 56, 677.*

**tasti**; in geniculorum enim dissolutione et tremore primo apparet debilitas. III. Reg XVIII, (21): ‚Usquequo claudicatis in duas partes.‘ Ac si dicat, confortate genua, ut non claudicetis. Ios[a] I, (6): ‚Confortare, et esto robustus‘[a].

Et subdit, quod ab his defecit, et quod turpe est doctori, cum culpa redarguit
**5** ipsum. | Et hoc est: **Nunc autem venit**
T 11a **super te plaga,** hoc est tribulatio, **et defecisti,** pusillanimitate sc. contra plagan-
M 16a tem | murmurando. Ps (XXXVIII, 12): ‚A fortitudine manus tuae defeci in increpationibus.‘ Item Ps (XXX, 11): ‚Defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus.‘ **tetigit te,** plagando sc., **et conturbatus es.** Turbatus potest esse sapiens usque ad cordis confusionem, sed
F 10b conturbari non potest usque ad | rationis ad indecentia deductionem, eo quod tactus mali non immutat eum usque ad rationem. Sap III, (1): ‚Iustorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tor-
**6** mentum mortis.‘ **Ubi est timor tuus,** hic invehitur contra eum, infra (Iob XV, 4): ‚Quantum in te est, evacuasti timorem.‘ Et quia ‚timor Domini expellit peccatum‘[b], Eccli I, (27), et expulso peccato securitatem conscientiae generat et per securitatem fortitudinem, ideo subdit: **fortitudo tua,** supple, ubi est? Is XL, (31): ‚Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquilae, current et non laborabunt, volabunt et non deficient‘; **et patientia tua,** hoc est, aequanimitas in tolerantia adversorum, supple, ubi est? Lc XXI, (19): ‚In patientia vestra possidebitis animas vestras.‘ Eccli LI, (28): ‚Possedi cum ipsis cor ab initio, propterea non derelinquar.‘ **et perfectio viarum tuarum?** de patientia enim perfectio operum nascitur. Iac I, (4): ‚Patientia opus perfectum habet, ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes.‘

Et subdit disputando per rationes persuasivas dicens:

**Recordare.**

Hic incipit astruere suam positionem, quod sc. non nisi propter merita condemnat Deus, et dividitur in duo: primo enim astruit hoc ratione, secundo ratione cum irrisione dicentis oppositum, infra (V, 1) ibi: *Voca ergo.* Adhuc prima, in duo. Primo ponit rationem humanam, secundo divinam, ibi (IV, 12): *Porro ad me dictum est.*

In prima duo sunt: primo ponit rationem generaliter, secundo coarctat[c] eam ad propositum ibi (IV, 10): *Rugitus leonis.* In primo duo facit[d]: ostendit enim propositum ex ordine iustitiae in bonis, secundo ex ordine | iustitiae in malis, ibi (IV, 8): *Quin potius.*

Et hoc est: **Recordare, obsecro,** hoc est, ob sacramenta veritatis te adiurans peto, recordare[e], si hoc, quod dicturus sum, habeat instantiam, et attende, quod ex probabilibus procedit, | in quibus opponens debes interrogare consensum respondentis. Ps (CXLII, 5): ‚Meditatus sum in omnibus operibus tuis, et in factis manuum tuarum meditabar.‘ **quis unquam innocens periit?** flagellis | Dei supple. Innocens est, qui nulli nocuit, contra quem nec Deus nec homines habent aliquid querelae. Lc I, (6): ‚Erant ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus Domini sine querela.‘ **Aut quando recti deleti sunt?** Recti sunt, ut dicit Ambrosius[1], qui conformem habent voluntatem voluntati divinae in corde, ore et opere, et qui ad rectitudinem virtutis omnia sua mensurant. De his dicitur similiter Ps (XXIV, 21): ‚Innocentes et recti adhaeserunt mihi.‘ Gn XVIII, (25): ‚Absit a te, qui iudicas omnem terram, ut facias rem hanc, et occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius.‘ Gn XX, (4): ‚Num gentem iustam et innocentem interficies?‘ Ps (LXXXIII, 13): ‚Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.‘

[a] Ios . . . robustus *om. FM.* [b] dicitur *add. FM.* [c] coaptat *FM.*
[d] primo *add. FM.* [e] ut recorderis *FM.*

[1] *non inveni.*

T 11b Et ideo dixit per Danielem | XIII, (53): ,Innocentem et iustum ne interficias.'

Verumtamen in hoc dicit, quod finaliter innocentes et recti non delentur, quamvis temporaliter ad tempus deleti sint, ut Abel a Cain (Gn IV, 8).

8 Et subdit de malis: **Quin potius**, hoc est potiori iustitia, **vidi** per experimentum **eos, qui operantur iniquitatem**; non dicit, qui operati sunt, quia forte poenituerunt, sed qui voluntate continua adhuc | (F 10c) operantur. Mt VII, (23): ,Discedite a me, qui operamini iniquitatem.' Tales enim contrarii sunt rectis, **et seminant dolores**, malis sc. consiliis et machinationibus, dolis, subsurrationibus, detractionibus vel etiam pecunia, ut usurarii, qui pecuniam seminant, ut amplius crescat. Mt XIII, (25): ,Venit inimicus et superseminavit zizaniam'; **et metunt eos**, propter lucrum enim faciunt. Is I, (23): ,Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.' In hoc peccato[a] sunt iudices, qui ex industria | (M 16c) in commissione causarum cavillosas dant litteras, ut causa cum commissione[b] iterum ad eos revertatur.

9 **flante Deo periisse**, hoc est iuste iudicante et humana. Loquitur similitudine, nos enim, cum flamus, exteriorem aerem intra nos trahimus, et impetu pulmonis et diaphragmatis expellimus. Et ita vult, quod deus facta hominis intra se pensando consideret, et quasi efflando sententiam proferat. Simile Is XL, (7): ,Exsiccatum est foenum, et cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo.' Is XXX, (33): ,Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.'

**et spiritu irae eius esse consumptos.** Iterum loquitur a similitudine humana; cum enim homo nascitur ex accensione sanguinis et evaporatione spiritus multiplicatur, et ad faciem dirigitur. Propter quod irascentibus turget et rubet vultus, dilatantur labia, aperiuntur nares et tunc proferunt vindictam. Simile Is II, (22): ,Quiescite ab homine, cuius spiritus est in naribus eius.' Talis enim iam animo spirat iram.

Hunc generalem ordinem iustitiae coarctat[c] ad propositum subdens: **Rugitus** 10
**leonis**, leonem vocat Iob, quasi in tyrannide dominatus sit et oppressione. Prv XXVIII, (15): ,Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.' **et vox leaenae**, uxorem Iob, quasi sugentem praedam | (B 13c) leaenam vocat. Nm XXIII, (24): ,Ecce populus ut leaena consurget, et quasi leo erigetur; non accubabit leo, donec devoret praedam, et occisorum sanguinem bibat.'

**et dentes catulorum leonum contriti sunt**, edacitatem vocat filiorum et saevitiam, quam dicit esse contritam domo cadente super eos. Ps (CIII, 21): ,Catuli leonum rugientes, ut rapiant.' Et forte invertit in malum, quod Iob in bonum dixit, | (E 9b) infra (XXIX, 17): ,Conterebam molas iniqui, et de dentibus eius auferebam praedam.'

Et revertitur ad Iob subdens: **Tigris** 11
**periit**, tigris crudele, velox ad praedam, et varium est animal, et notat, quod Iob intus fuerit crudelis et velox ad praedam, licet exterius aliud simularet. Mt VII, (15): ,Veniunt ad vos | (M 16d) in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.' Hunc dicit periisse, animo sc. destitutum, **eo, quod non haberet** | (T 11c) **praedam**, sicut avarus crescit, crescente marsupio et perit pereuntibus lucris. Ps (III, 8); ,Dentes peccatorum contrivisti'; **et catuli leonis**, ministri sc. et officiati ad rapinas, **dissipati sunt.** Ez XIX, (2): ,In medio leunculorum enutrivit catulos suos.' Nah II, (12): ,Leo cepit sufficienter catulis suis, et necavit leaenis | (F 10d) suis, et implevit praeda speluncas, et cubile suum rapina.' Et paulo post (Nah II, 13): ,Leunculos tuos comedet gladius, et exterminabo de terra praedam tuam, et non audietur vox ultra nuntiorum tuorum.'

**Porro ad me dictum est.** 12

Quia ratio humana in divinis debilis est, ideo rationem hic inducit per revelationem. Et habet partes tres, sc. revelationis commendationem, secundo[d]

[a] specialiter *add. FM.* [b] messione *ETFM.* [c] coaptat *FM.*
[d] ipsam *add. FM.*

revelationem, ibi (IV, 17): *Numquid homo comparatione Dei;* tertio revelationis confirmationem per rationem a minori, ibi (IV, 18): *Ecce, qui serviunt ei.* Revelationis commendatio tripliciter fit, sc. a modo acceptionis[a], a tempore visionis, ibi (IV, 14): *In horrore visionis,* et a reverentia revelantis, ibi (IV, 16): *Stetit quidam.*

Et hoc est: **Porro,** sic continua ratione probabili confirmavi, quod dixi, et si hoc in divinis debilis videtur, quia dicitur I. Rg XVI, (7): ‚Homines vident, quae parent, Dominus autem intuetur cor,' porro pro sed, sed ad confirmationem veritatis, **ad me,** ita quod cordi meo et intellectui appropinquaret per consensum. Rom X, (8): ‚Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo.' Quando enim revelata rationabilia sunt, tunc cordi humano appropinquant. Iac I, (21): ‚In mansuetudine suscipite insitum verbum.' **dictum est,** notat, quod per oraculum accepit, quae revelatio certior est, quam ea, quae est in somnio, ut dicit Martialis[1] super somnium Cipionis. **verbum absconditum.** Ps (LXXXIV, 9): ‚Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.' Sic autem dicere non est, nisi intelligibilibus speciebus
M 17a in corde voluntatem Dei revelare | per signum suae voluntatis. II. Rg XXIII, (2): ‚Spiritus Domini locutus est per me, et sermo eius per linguam meam.' Ab-
B 13d sconditum autem dicit, | quia communitati hominum sensus et imaginationes sequentium est occultum. Apc II, (17): ‚Vincenti dabo manna absconditum, et dabo ei calculum candidum, et in calculo nomen scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.' Gregorius[2]: ‚Locutio intimae aspirationis per speciem latentem in corde sciri non potest, nisi a quo haberi potest.' Unde Io XIV, (17): de spiritu Dei dicitur: ‚Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum.'

**et quasi furtive,** furtum vocat subductionem puri et simplicis intellectus a strepitu sensuum et ludificatione phantasiae, quod est bonum furtum, de quo illud Gn XL, (15) spiritualiter exponitur: ‚sublatus sum furtim de terra Hebraeorum,' Ruth III, (7): ‚Iuxta acervum manipulorum Ruth venit et abscondit se, et discooperto pallio a pedibus eius proiecit se.' Acervus manipulorum libros sacrae scripturae significat, in quorum acervo[b] contemplans se abscondit, dum scripturam meditatur, pedes autem vestigia Dei significant in creaturis, pallium velamen spe|culi imaginis et vestigii. Revelatio pallii est nudo intellectu et sincero ad Booz, qui firmitas interpretatur[c], ad firmitatem veritatis accedere occulta contemplatione.

**suscepit auris mea,** interior sc.; dicit enim Basilius[3] super principium | Proverbiorum, quod intellectus per signum accipiens auris dicitur, sicut intellectus per speciem accipiens dicitur visus, et sicut intellectus immediate contingens dicitur tactus, intellectus autem interiora intelligibilis per exteriora accipiens, quasi per quendam vaporem dicitur olfactus; intellectus autem interiora intelligibilis immediate suscipiens[d] dicitur gustus. Unde in Ps (XXXIII, 9): ‚Gustate, et videte, quam suavis est Dominus.' **venas susurrii eius;** venas vocat vias et modos revelationum, qui advehunt veritatem ad nutrimentum intellectus, sicut | venae | advehunt sanguinem ad nutrimentum membrorum. Iob XXXVIII, (18 19): ‚Indica mihi, si nosti, per quam viam spargitur lux.' Bar III, (20): ‚Viam sapientiae ignoraverunt', propterea perierunt. Prv V, (18): ‚Sit vena tua benedicta.' Prv X, (11): ‚Vena vitae os iusti'; Susurrium vero dicitur, quod occulte de ore in aurem

[a] conceptionis *E.* [b] acervorum manipulis *E.* [c] id est *add. FM.*
[d] accipiens *FM.*

[1] *Cf. Macrobius, Comm. in Somnium Scipionis 1, 3, 8 (ed. Lips. 1868 p. 475). Cf. Alb. S. Theol. 2, 6, 27, 1, 2 (XXXII 294):* Marcianus.
[2] *Greg., Mor. 5, 28, 50; Migne 75, 705 sq.* [3] *Basil., Hom. in Princ. Prov. 14; Migne 31, 414.*

accipitur, et uno audiente, qui secum sunt,
non audiunt. Unde I. Rg III, cum loque-
retur Dominus Samueli in templo, non
audivit Heli.
Et subdit de commendatione temporis
13 apti ad revelationem: **In horrore visionis
nocturnae**, per horrorem significat
magnitudinem. Horror enim de magno est
et admirabili, quod humana natura non
sustinet, vel vix sustinet, per visionis
certitudinem, quia, quod videmus, certum
habemus, per nocturnae luminis sensuum
occultationem, quando sc. strepitus sen-
B 14a suum non impedit | intellectum. Simile
Is XXI, (1 2): ‚De terra horribili visio
dura nuntiata est mihi.‘
**quando solet sopor occupare homines.**
Sopor est profundus somnus ligans imagi-
nationem et sensus, sed ad intellectum
non perveniens eo, quod intellectus virtus
in corpore non est. Propter quod in so-
pore magis operatur intellectus, eo quod
nec operatione sensus nec imaginatione
evocatur vel impeditur. Somnus autem
commune ligamentum sensuum est, et non
phantasiae vel imaginationis. Unde dicit
Aristoteles in primo de somno et vigilia[1],
quod phantasia in vigilia movetur et in
somno magis. Huius signum est, quod
Gn II, (21) dicitur, cum Dominus vellet
revelare Adae intellectuali revelatione,
qualiter de latere Christi fabricanda esset
ecclesia, ‚immisit soporem in Adam‘, ut
sc. non impedito intellectu limpide per-
ciperet revelanda. Ct V, (2): ‚Ego dor-
mio, et cor meum vigilat.‘ Unde Nm XXIV,
(3 4), ubi commendatur visio Balaam, et
dicitur, quod visiones Omnipotentis Dei
intuitus est, praemittitur: ‚Dixit homo,
cuius obturatus est oculus, qui cadit, et
sic aperiuntur oculi eius.‘ Et inten-
M 17c dit, | quod, quanto magis obturatus est
exterior, tanto limpidius videt interior;
et quanto cadit exteriori destitutus, pro-
fundiori sopore, tanto apertiores habet
oculos interiores ad veritatis contem|pla- T 12a
tionem. Unde Iob XXXIII, (15 16):
‚Per somnium, in visione nocturna, quando
irruit sopor super homines, et dormiunt
in lectulo, tunc aperit aures virorum et
erudiens instruit disciplina.‘ Unde dicit
occupare homines, ut et rationales
intelligantur et occupatos sive ligatos
sensus habere, ne avertere possint intel-
lectum.
**pavor tenuit me et tremor.** Pavor 14
motus cordis est secundum systolem,
tremor autem trepidatio corporis; et
est in magno apparente fuga cordis in
se ipsum. Dum enim intra se ipsum fu-
giens intra se claudit spiritum, calorem
et sanguinem, membra exteriora his tri-
bus destituta tremunt. Virtus enim af-
fixa membro debili[a] movet ad situm unum.
Destitutio autem caloris et spiritus faciunt
recidere in situm oppositum, et sic cau-
satur tremor inter duos situs oppositos.
Unde Damascenus[2] dicit[b]: Admiratio est
tremor in magna phantasia sive appari-
tione. Ps (LIV, 6): ‚Timor et tremor
venerunt super me, et contexerunt me
tenebrae.‘
**et omnia ossa mea perterrita sunt.** In
Topicis dicit | Aristoteles[3], quod fortitudo E 9d
et robur in ossibus et nervis est, in
quibus homo destituitur, quando excedit
in intellectualem visionem. Dn X, (16):
‚Domine, in visione tua solutae sunt
compages meae, et nihil remansit in me
virium.‘ Is XXI (3 4): ‚Horrui, cum au-
direm; turbatus sum, cum viderem. Emar-
cuit cor meum.‘
Et hoc totum | est ex magnitudine vi- B 14b
sionis: **et cum spiritus**, superior sc. pars 15
animae, in qua est intellectus; **me prae-
sente**, ante sc. visionem, **transiret**, hoc est
transitu raptim intellectum visionis ac-
ciperet, eo quod stante | intellectu et forti F 11b
in hac vita divina | accipere non possu- M 17d
mus, quod signatur Gn XXVIII, (12), ubi

[a] debilis *EFM.* [b] quod *add. TFM.*

[1] *Cf. Arist., De somno et vigilia 1 (III 500 sq).*
[2] *Damasc., De fide orthod. 2, 15; Migne 94, 931; κατάπληξις = admiratio, cf. Bonav. ed. Quaracchi III 770.*
[3] *Arist., Top. 3, 2, 13 (I 198).*

Iacob in intinere dormit[a] et angelos descendere et ascendere vidit[a] et non stantes, et Dominum innixum scalae desuper, qui licet staret, tamen a stantibus non contemplabatur. Dn X, (8): ,Ego relictus solus, vidi visionem grandem hanc; et non remansit in me fortitudo, sed et species mea immutata est in me, et emarcui, nec habui quidquam virium.'

Et hoc est, quod sequitur: **inhorruerunt pili carnis meae,** calore et spiritu retractis ad interiora frigus obrepit in pelle sive cute, qua contracta pili eriguntur, et hoc horripilatio vocatur. Dn X, (17): ,Quomodo poterit servus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remansit virium, sed et halitus meus intercluditur.'

Et per haec omnia visionis magnitudo commendatur, et subdit de descriptione
16 reverentiae revelantis. Et hoc est: **Stetit quidam,** Gregorius[1]: ,Quidam consuevimus dicere de eo, quem non agnovimus[b], non enim dicimus quidam, nisi de eo, quem exprimere nolumus vel non possumus.' Et hoc est, quod subditur: **cuius non agnoscebam vultum,** quia in hac vita vultus Dei facie ad faciem non agnoscitur. Unde Io I, (33): ,Ego autem nesciebam eum.' Is LIII, (3): ,Quasi absconditus vultus eius.'

Et ne putetur fuisse secundum rem sensibilis visio, subdit: **imago,** quasi dicat
T 12b non veritas cuiusdam, | sed in imaginaria visione imago repraesentata, **coram oculis meis,** imaginariae sc. visionis. Nm XII, (6): ,Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per visionem apparebo illi, vel per somnium loquar ad illum.' Os XII, (10): ,Ego in manibus prophetarum assimilatus sum.'

**et vocem quasi aurae lenis audivi.** Aura lenis est sibilo tenui et murmure leni movens aures sine tumultu sc. et commotione[c], ubi nec mundus tumultuat nec
M 18a caro immundat, nec daemon | inquietat; sed aura lenis inspirationis instruit et docet de spiritualibus. III. Rg XIX, (11 12): ,Ecce Dominus transit. Et spiritus grandis subvertens montes et conterens petras ante Dominum; non in spiritu Dominus. Et post spiritum commotio; non in commotione Dominus. Et post commotionem ignis; non in igne Dominus. Et post ignem sibilus aurae tenuis'; ibi Dominus. Spiritus conterens petras, hoc est, dura corda, flatum daemonis significat, commotio tumultum saeculi, ignis libidinem carnis, sibilus susurrium spiritus cum Domino, et ibi Dominus est. In aura enim leni inspiratur animae, et ideo ad intima eius transit. Sap XII, (1): ,O quam bonus et suavis est spiritus tuus in omnibus!' Eccli XXIV, (27): ,Spiritus meus super mel dulcis.'

Et subdit de revelatione, quae facta est: **Numquid homo Dei comparatione iusti- 17**
**ficabitur,** hoc est, | homo, qui luteae et B 14c
immundae naturae est; numquid iustificabitur? hoc est, iustus esse poterit? Infra Iob XIV, (4): ,Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?' Ps (L, 7): ,Ecce in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.' Et dicit comparatione Dei, quia, qui immundus est ex se ipso, comparatus Domino penitus immundissimus est, quia etiam ea, quae munda videntur comparatione ipsius, immunda sunt.

Et hoc est, quod sequitur: **aut factore suo purior erit vir?** hoc est: etiamsi vir sit omni virtute perfectus, respectu factoris sui immundus est; de ipso enim | di- F 11c
citur Sap VII, (24 25): ,Propter suam munditiam nihil iniquitatum incurrit in illam.' Hab I, (13): ,Mundi sunt oculi tui, et ad iniquitatem respicere non poteris.' De factura autem Is LXIV, (6): ,Facti sumus ut immundus omnes nos, universae iustitiae nostrae quasi pannus menstruatae.'

Et rationem confirmantem dicta subdit a minori arguens et praemittit primo,

[a] dormiens vidit angelos descendentes et ascendentes *FM.* [b] cognovimus *FM.*
[c] contemptione *FM.*

[1] *Greg., Mor. 5, 34, 61; Migne 75, 712.*

quod minus videtur in esse, et hoc est:
18 **Ecce, qui serviunt ei,** hoc est, ad ser-
M 18b viendum ei puri et spirituales facti sunt |
sicut angeli vel sancti, **non sunt stabiles,**
sed supple in pravum vertibiles. Dicit
enim Damascenus[1], quod omne, quod crea-
bile est, vertibile est. Infra (Iob XIV, 2):
‚Nunquam in eodem statu permanet.‘
Ps (CI, 27): ‚Velut amictum mutabis eos,
et mutabuntur.‘

Et hoc probat subdens: **et,** id est quia,
**in angelis suis reperit pravitatem,** super-
biae sc., qua ceciderunt. Is XIV, (12):
‚Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer, qui
mane oriebaris?‘ Praemisso autem quod
E 10a minus videtur, | infert, quod magis videtur.
Et hoc est:
19 **Quanto magis.**

Et dicit duo, sc. poenae conclusionem et
declarat consequentiae rationem. Et hoc
est: **Quanto magis, qui habitant domos**
T 12c **luteas,** id est terrena cor pora. Is LXIV,
(8): ‚Nunc, Domine, pater noster es tu,
nos vero lutum.‘ Ir XVIII, (6): ‚Sicut
lutum in manu figuli, sic vos in manu Mea‘,
dicit Dominus. Et hoc explanans sub-
dit: **qui terrenum habent fundamentum,**
fundantur enim opera humana in terreno
corpore. I. ad Cor XV, (47): ‚Primus
Adam de terra terrenus.‘ Io III, (31):
‚Qui de terra est, de terra loquitur.‘ **con-**
**sumuntur velut a tinea?** T i n e a de vesti-
mento nascitur et vestimentum consumit,
ita fomes de corpore nascitur et consu-
mit animam, quae in corpore[a] habitat.
Infra (Iob XIII, 28): ‚Qui quasi putredo
consumendus sum, et quasi vestimentum,
quod comeditur a tinea.‘ Is XIV, (11):
‚Subter te sternetur tinea, et operimentum
tuum erunt vermes.‘
20 Et explanat confusionem: **De mane**
**usque ad vesperam consumuntur,** hoc est
continue, deperit enim semper aliquid de
vita. Is XXXVIII, (12): ‚De mane usque
ad vesperam finies me.‘ **et quia nullus**
**intelligit,** sc. quid ipse est, et quid sum-
mum bonum est, cui incomparabilis est.
Ps (XXXI, 8): ‚Intellectum tibi dabo, et in-
struam te.‘ **in aeternum peribunt.** Os IV[b],
(14): ‚Populus non intelligens vapulabit.‘
Ps (XXXV, 4 5): ‚Noluit intelligere, ut
bene ageret. Iniquitatem meditatus est
in cubili suo.‘ Per omnia haec intendit
dicere, quod tam immunda est natura
humana, quod sine peccato esse non pot-
est, et qui dicit, se esse purum, cum a
Déo puniatur, Dominum dicit esse im-
purum[c] eo, quod iniuste puniat, et ita
factori | suo | se praefert et anteponit. B 14d M 18c
Factor enim, ut dicit Gregorius[2], non est
iniquus iudex culpae.

Et subdit: **Qui autem reliqui fuerint,** 21
sc. vitio immunditiae naturae non con-
sumpti, **auferentur ex eis,** ita sc. quod
cum aliis non consumuntur nec damna-
buntur, et ita exponit Gregorius[3], lit-
teralis tamen sensus est, quod, si aliqui
residui fuerint, qui non consumuntur sta-
tim a Domino, et si differantur ad tempus
propter poenitentiam, tamen tandem **mo-**
**rientur** et punientur **et non in sapientia,**
sed in stultitia, supple. Stultus enim in
aeternum peribit. In sapientia enim ra-
dix immortalitatis est. Ps (CXLV, 4):
‚In illa die peribunt omnes cogitationes
eorum.‘ Sap XV, (3): ‚Scire iustitiam tuam
et virtutem tuam, radix est immortalitatis.‘

## CAPITULUM V.

**Voca ergo, si est, qui tibi respondeat.** 1

HIC incipit obicere cum irrisione, et
habet duas partes. Primo ergo spe-
cialiter accipit argumenta a factis Iob;
secundo generaliter; in omnibus | osten- F 11d
dit sic esse, sc. quod conditor naturae non
est iniquus iudex culpae ibi (V, 6): *Nihil*
*in terra sine causa fit.* Prima in duo
dividitur. Primo enim proponit[d] rationem,
secundo tacitam excludit obiectionem ibi:
(V, 3): *Ego vidi stultum.* In prima duo

[a] carne *TFM.* [b] Ys III *CC.* [c] impium *FM.* [d] ponit *TEFM.*

[1] *Damasc., De fide orthod. 2, 27; Migne 94, 959.* [2] *non inveni.*
[3] *Greg., Mor. 5, 41, 73; Migne 75, 721.*

facit[a]: ponit enim irrisionem et[b] irrisionis causam sive rationem ibi (V, 3): *Virum stultum.* Continuatur autem ad hoc, quod dixit, quod leo et tigris et catuli leonis dissipati sunt propter praedae reatum, et quod propter hoc a Deo et a bonis[c] derelictus est. Et si supponatur contrarium, quod non a Deo et sanctis derelictus sit, obicit iste contra Iob:

**Voca ergo**, hoc est, Deum invoca, **si est, qui tibi respondeat**, per exauditionem. Iob XXX, (20 21): ‚Clamabo ad te, et non exaudies me; sto, et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem,
T 12a et in | duritia manus tuae adversaris mihi.‘ Io IX, (31): ‚Scimus quia peccatores Deus non audit, et si quis fecerit voluntatem eius, hunc exaudit.‘ Et est, ac si dicat: et si afflictus clames, Deus non respondet, quia eum in tranquillitate contempsisti. **et ad aliquem sanctorum convertere,** hoc est bonorum, ut intercedat; ac si dicat: sanctos in afflictione coad-
M 18a iutores | non habes, quos in hilaritate[d] socios non habuisti. Is LXIII (16): ‚Abraham nescivit nos, et Israel ignoravit nos.‘ I. Io ultimo (V, 16): ‚Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis.‘

2 Et subdit de irrisionis causa vera: **Virum stultum,** stultus stolidus est, qui ex incuria et ignavia discretionem non habet eligendorum et vitandorum. I. Rg XXV, (17) dicitur de Nabal, qui secundum nomen suum stultus est: ‚Ipse filius est Belial, ita ut nemo possit ei loqui.‘

E 10b Et hoc est: **inter|ficit,** hoc est, interfectione dignum facit, **iracundia,** quia sc. omnia, quae audit, in ira accipit et domesticos et amicos opprimit. Contra quod dicitur Eccli IV, (35): ‚Noli esse quasi[e] leo in domo tua, evertens domesticos tuos‘, **et parvulum,** hoc est eum, qui se ex omnibus bonis minorari reputat, **occi-
B 15a dit,** hoc est, occisione | dignum facit, **invidia,** sicut de Aman Est V, (10 11) dicitur, quod ‚convocavit ad se amicos, et Zares, uxorem suam, et exposuit illis magnitudinem divitiarum suarum, et filiorum turbam, et quanta eum gloria super omnes principes et servos eius rex honorasset‘[f], et paulo post (Est V, 13) subintulit: ‚Et cum haec omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu video Mardochaeum Iudaeum sedere ante fores regias.‘ Sap II, (24 25): ‚Invidia diaboli mors introivit[g] in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex parte ipsius.‘ Et est, ac si dicat, furor irrationabilis ad domesticos et invidia ad concives semimortuum te fecerunt[h] sedere in stercore. Et quia posset obici, quod multi stulti prosperati sunt, respondet, quod hoc non stat diu, sed cito delentur in se, et in successione, et in facultatibus, et secundum haec tria sunt hi tres paragraphi. Et hoc est:

**Ego vidi stultum firma radice,** hoc est 3
firmiter radicatum. Ir XII, (2): ‚Plantasti eos, et radicem miserunt, proficiunt, et
faciunt fructum.‘ **et male|dixi pulchri-** M 19a
**tudini eius statim.** Sic ordinanda est littera: statim maledixi pulchritudini, hoc est, maledicendum praedixi a Deo, quod sc. pulchritudo in foeditatem deducatur Dei maledictione. Dn IV, (10 11): ‚Ecce, vigil et sanctus de caelo descendit et fortiter clamavit, et sic ait: Succidite arborem et praecidite ramos eius et excutite folia eius et dispergatur fructus eius.‘ Ez XVII, (9): ‚Radices eius evellet, et fructus eius distringet, et siccabit omnes palmites germinis eius et arescet.‘ Sap IV, (3 4): ‚Adulterinae plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firma|- F 12a
mentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita a vento commovebuntur, et a nimietate ventorum eradicabuntur.‘

Quod, qualiter fiat in successione, sub-
dit: **Longe fient filii eius a salute,** prae- 4
sente sc. et futura, et loquitur de fi|liis, T 13a
qui non tantum pignora naturae sunt, sed et imitatores paternae malitiae. Sap IV, (6): ‚Ex iniquis omnes filii, qui nascentur,

[a] primo *add. FM.* [b] secundo *add. FM.* [c] angelis *add. FM.*
[d] prosperitate *FM.* [e] sicut *FM.* [f] elevasset eum *FM.*
[g] intravit *EFM.* [h] faciunt *FM.*

testes sunt nequitiae adversus parentes suos in interrogatione sua.‘

Et quod pro malitia publica iustitia condemnandi sunt, subdit: **et conterentur in porta**, in qua publicum iudicium fit de malefactoribus. Dt XVI, (18): ‚Iudices et magistros constitues[a] in omnibus portis tuis‘[b]. Unde Dt XXI, (18—21) praecepit de filio protervo dicens, quod parentes ‚adducent ad seniores civitatis et ad portam iudicii, ut per sententiam lapidetur‘.

Et quia a publica iustitia nullus eripitur, sequitur: **et non erit, qui eripiat.** Ex XXII, (18): ‚Maleficos non patieris vivere.‘ Act. ultimo (XXVIII, 4): ‚Ultio divina non permittit eum vivere.‘

Et subdit de direptione[c] facultatum:
5 **Cuius**, sc. stulti, **messem**, hoc est, bona,
quae quibuscunque lucris messuit et con-
gregavit, **famelicus**, praedo sc. avarus
B 15b vel depopula|tor, qui ex paupertate fa-
melicus est, **comedet**, hoc est, avide de-
M 19b vorabit. Is XVI, (9 10): ‚Super vinde|miam
tuam, et super messem tuam vox calcantium irruit. Et auferetur laetitia tua.‘ Ir XLVIII, (33) idem[d], Eccle V, (12 13): ‚Divitiae congregatae in malum domini sui. Pereunt in afflictione pessima: generabit filium, qui in extrema egestate erit.‘

**et ipsum rapiet armatus**, inimicus sc. vel diabolus, qui armatus est, et confortatus contra eum. Mt XII, (29) et Lc XI, (21): ‚Dum fortis armatus custodit atrium suum.‘ Et loquitur de diabolo.

**et bibent**, hoc est sine difficultate glutient, **sitientes**, hoc est sitibunde desiderantes res eius, **divitias suas**, et luxuriabuntur, supple in eis. Lc XII, (20): ‚Quae praeparasti, cuius erunt?‘ Os VII, (9):
E 10c ‚Comederunt alieni robur eius.‘ |

Quod autem particulariter descripsit et
6 ostendit, universaliter subdit: **Nihil in**
**terra sine causa fit.** Hoc dicit, quia imposuit beato Iob, quod diceret, se sine causa flagellari, et flagella casualiter iuxta naturam elementorum et periodi accidere, et non ex culpa percussi. Plato[1] idem in Timaeo: Nihil est, cuius ortum legitima causa non praecesserit. Ez XVIII, (20): ‚Iustitia iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum.‘

**et**, id est, **de humo non egredietur dolor**; humum vocat terram humidam commixtam et contemperatam[e] in naturam hominis, de qua dolor, hoc est causa doloris, non egreditur, quia, ut dicit Fulgentius[2], illius rei Deus non est ultor, cuius
est auctor. Et hoc subdit probans: **Homo** 7
per hoc, quod ex humo est, **ad laborem nascitur**, sine quo sc. in hac mortali vita non vivitur. Gn III, (19): ‚In sudore vultus tui vesceris pane tuo.‘ **et avis ad volandum**, et vult dicere, quod unaquaeque res nascitur ad suos actus, et non ad hoc, quod Deus affligat eam sine causa. Sap I, (13): ‚Deus mortem non fecit, non laetatur in perditione vivorum.‘ Totum autem hoc dicitur propter hoc, quod quidam philosophorum[3] dixerunt, quod gubernatio hominis ad bonum vel ad malum esset
ex infaustis vel | faustis scintillationibus M 19c
periodi, quia, quamvis creator res faciat, factas tamen mutabiles gubernandas com-
mittit | periodo et casuali mutabilitati natu- F 12b
rae mortalis. Et hanc | opinionem iste Eli- T 13b
phaz Iob attribuebat, cum tamen hoc non fuerit verum, sed, ut dicit Rabbi Moyses[4] Aegyptius in tertia collatione ducis neutrorum, cap. XXIV, haec opinio videtur fuisse Aristotelis[5] et quorundam Peripateticorum[3].

**Quam ob rem.** 8

Tangit hic, qualiter per poenitentiam Iob Deo reconciliatus restitui potuit, eo quod bonus sit recipiendo, et potens re-

[a] constituetis *FM.* [b] vestris *FM.* [c] ereptione *FM.*
[d] *Ir 48, 33. Super messem tuam et vindemiam tuam praedo irruit. Ablata est laetitia.*
[e] temperatam *FM.*

[1] *Plato, Tim. 28 A (ed. Bip. 1786 IX 302).*
[2] *Fulg. ad Monim. 1, 19; Migne 65, 167. Cf. Alb. S. Theol. 2, 4, 18, 2, 1 Sol. (XXXII 231), ubi Augustino ascribitur.* [3] *non inveni.*
[4] *Rabbi Moses Maim. Dux 3, 23 (ed. Basil. p. 403).* [5] *Arist., De Nat. Ausc. 2, 4 sq (II 266).*

stituendo, et haec duo dicit hic; et hoc est: **Quam ob rem**, quia non nisi propter peccatum punit Deus, **ego deprecabor Dominum.** Dominus nomen potestatis est,
B 15c ut dicit Ambrosius[1]. Idt | VIII, (27): ,Reputantes peccatis nostris haec ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quasi servi Domini, qui corripimur, ad emendationem, non ad perditionem nostram evenisse credamus.' Deprecatio enim est oratio pro amovendis malis, ut dicit Augustinus[2], **et ad Deum meum**, cuncta sc. videntem, **ponam eloquium meum**, deprecationis sc. et orationis. Iac V, (16): ,Multum valet deprecatio iusti assidua.' Et ibidem (Iac V, 15): ,Oratio fidei salvabit infirmum, et si in peccatis sit, dimittentur ei.'

Quam potens autem sit ad salvandum, ostendit primo in communi, secundo in speciali ibi (Iob V, 10): *Qui dat pluviam,* tertio concludit intentum ibi (V, 17): *Beatus homo.*

9 Et hoc est: **qui facit magna**, quae non nisi magna virtute fieri possunt. Dt XXXII (3 4): ,Date magnificentiam Deo nostro; Dei perfecta sunt opera.' Unde in magnis magnitudo potentiae eius et virtutis consideratur. Eccli XLIII, (5): ,Magnus Dominus, qui fecit illum', caelum sc. et solem, **et inscrutabilia**, per sapientiam sc. Rom XI, (33): ,O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei!' Eccle I, (8): ,Cunctae res difficiles; non potest eas homo explicare sermone.' **et mirabilia**, mirabilia sunt, quorum causam homo invenire non poterit, licet[a] admirando
M 19d agonizet ad eam. | Eccli XLIII, (26 27): ,Audientes auribus nostris admirabimur illic praeclara opera et mirabilia.' **absque numero.** Sicut enim non finitur potentia sua extensive[b], ita nec numerabiliter et discrete. Non[c] enim facit tot, quin in plura possit.

Et hoc inducit specialiter: primo in promotione boni, secundo in impedimento mali ibi (V, 12): *Qui dissipat,* tertio in liberatione oppressi ibi (V, 15): *Porro salvum faciet.*

Et hoc est: **qui dat pluviam super** 10
**faciem terrae**, ut[d] sc. vim germinandi concipiat. Is LV, (10): ,Quomodo descendit imber et | nix de caelo, et illuc E 10a
ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem comedenti.' **et irrigat aquis universa.** Ps (CIII, 13); ,Rigans montes de superioribus suis; de fructu operum tuorum satiabitur terra.'

Et non in natura tantum, sed etiam in humanis. Et hoc est: **qui ponit humiles** 11
oculos[e] **in sublime.** Lc I, (52): ,Exaltavit humiles.' Mt XX, (16): ,Sic erunt novissimi primi.' **et moerentes**, paupertate vel infirmitate, **erigit sospitate.** Prv XIV, (10): ,Cor quod novit amaritudinem animae suae, in gaudio illius non miscebitur extraneus.' Tob III, (22): ,Non delectaris in perditionibus nostris; et post tempestatem tranquillum facis; | et post lacri- F 12c
mationem et fletum exultationem[f] infundis.' Et subdit de impedimento mali.

Et hoc est:

**Qui dissipat.** | 12

T 13c Et dicit duo: Impedimentum mali in opere et in consilii machinatione. Et hoc est: **Qui dissipat cogitationes malorum**, ab effectu sc. et fine, quem intendunt, ita quod etiam sibi militat, | quod per ma- B 15d
litiam voluntatis obstat et obnititur. Et hoc est: **ne possint implere manus eorum**, hoc est, operationes, **quod ceperant**, hoc est, quod per propositum ceperant. Exemplum huius est Gn XXXVII, (28), ubi fratres vendiderunt Ioseph, ne subicerentur ditioni suae, et Dominus dissipavit, faciens, quod per venditionem ditioni eius subditi sunt. Item Io XI, (47 48): | ,Ubi pontifices collegerunt con- M 20a
cilium', ut interficerent Dominum: ,Ne forte venirent Romani, et tollerent locum et gentem', et eo ipso, quod occiderunt,

[a] quamvis *FM*. [b] extensione *F*. [c] nec *E*. [d] quae *E*.
[e] oculos *om. TEFM*. [f] gaudium *E*.

[1] *Ambros., De fid. 1, 1, 7; Migne 16, 530.* [2] *Aug., Ep. 3, 149, 2, 13; Migne 33, 635.*

Dominus ordinavit, quod perdiderunt. Et subdit de impedimento machinationis:
13 **qui apprehendit**, ne sc. procedere possint, **sapientes**, hoc est astutos et callidos, **in astutia eorum**, quod sc. astutia eorum in caput eorum convertatur. Exemplum huius est II. Rg XVII, (23) in consilio Achitophel, qui ,suspensus a se ipso interiit' a consilio[a], quod dedit contra David. Et in astutia Aman Est VII, (10), ubi suspensus interiit in ligno, ,quod Mardochaeo paraverat.' Et hoc est quod sequitur: **et consilium pravorum dissipat.** II. Rg XV, (34): ,Dissipa, Domine, consilium Achitophel.' Is VIII, (10): ,Inite consilium, et dissipabitur; loquimini verbum, et non fiet, quia nobiscum Deus.'
14 Quomodo autem hoc fiat, subdit: **Per diem incurrent tenebras.** Diem vocant claram lucem sui consilii, per quam malitiam suae voluntatis consequi videntur. Exemplum huius est Gn XIX, (11), ubi Sodomitae percussi sunt acrisia, ne ostium domus Lot[b] invenire possent. Idem exemplum est IV. Rg VI, (18), ubi nuntii regis Syriae percussi sunt acrisia, ne viderent Elisaeum, qui ante oculos eorum stetit.

Et hoc est quod subdit: **et quasi in nocte**, supple contenebrati et obscurati, **sic palpabunt**, hoc est palpando, quo vadant, tentabunt, **in meridie**, hoc est consiliorum suorum plena luce. Sap XVII, (19 20): ,Omnis orbis limpido illuminabitur lumine, et non impeditus operibus custodiebatur[c]. Solis autem illis superposita erat gravis nox, imago tenebrarum, quae superventura illis erat; ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.' Is LIX, (10): ,Palpavimus sicut caeci parietem, et quasi absque oculis attrectavimus; impegimus in meridie, quasi in tenebris, in caliginosis, quasi mortui.' Ir XV, (9): ,Occidit ei sol,
M 20b cum adhuc | esset dies.'

Et subdit, qualis est in[d] liberando op-
15 E 11a pressos: | **Porro salvum faciet egenum.** Egenus dicitur, qui circuit ostia, auxilium quaerens ab alienis[e]. Eccli ult. (LI, 10): ,Respiciens eram in adiutorium hominum, et non erat.' Is LXIII, (3): ,De gentibus non est vir mecum.' **a gladio oris eorum**, sc. pravorum; et dicitur gladius linguae detractationis, maledictionis et improperii. Prv XXX, (14): ,Est generatio, quae pro dentibus habet gladios, et commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes | ex ho|mini- B 16a T 13d
bus', **et**, id est, **de manu**, hoc est potestate **violenti**, hoc est violentiam inferen|tis. F 12d
**pauperem**, supple liberabit. Ps (X, 14): ,Tibi derelictus est pauper; orphano tu eris adiutor.'

Et, supple sic, **erit**, Deus sc., **egeno spes**, 16
hoc est causa spei evasionis sc. Ps (XXI, 5 6): ,In te speraverunt patres nostri: speraverunt, et non sunt confusi.' Eccli II, (11 12): ,Respicite, filii, nationes hominum; et scitote quia nullus speravit in Domino, et confusus est; permansit in mandatis eius, et derelictus est.' Rom V, (5): ,Spes non confundit.' Est enim spes certa expectatio, quae confundere non potest. **iniquitas autem**, pravorum sc., **contrahet**, hoc est, claudet **os suum**, confusa sc. et[f] ab effectu malitiae suae voluntatis impedita[g].

**Beatus homo.** 17

Ex omnibus inductis concludit, quod plagam Domini inflictam sibi pro peccatis suis evenisse reputet, et gaudeat, quia per plagam sanabitur, et restituetur. Et hoc primo dicit in communi, secundo ostendit in speciali ibi (V, 19): *In sex tribulationibus*.

Et hoc est: **Beatus** spe **homo** rationabilis, **qui corripitur a Domino**, per tribulationes sc. I. ad Cor XI, (32): ,Cum iudicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.' II. Mach VI, (13): ,Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii indicium est.'

[a] propter consilium *FM*. [b] Loth *CC*. [c] continebatur *FM*. [d] in *om. FM*.
[e] aliis *FM*. [f] ab operibus et *add. FM*.
[g] Ps (CVI, 42): Omnis iniquitas oppilabit os suum. I. Rg II, (9): Impii in tenebris conticescent. *add. FM*.

**increpationem ergo Domini ne reprobes.** Apc III, (19): ,Ego quos amo, arguo et
M 20c castigo.' Prv III, (11 12): ,Disciplinam | Domini, fili mi, ne abicias, nec deficias, cum ab eo corriperis; quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complacet sibi.'

18 Et subdit causam: **quia ipse vulnerat et medetur,** hoc est vulnerando medetur. Chirurgicus vulnerando eicit pus sive virus, quod causa morbi est. Et hoc est quod sequitur: **percutit**, poena sc., **et manus eius**, percutientes sc., **sanabunt** a culpa. Dt XXXII, (39): ,Ego occidam et ego vivere faciam, percutiam et ego sanabo.' Ideo dicit Ps (XXII, 4): ,Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt.'

Et tangit in speciali, a quibus liberat primo, et in quae restituit secundo ibi (V, 24): *Et scies quod pacem habeat.*

19 Et hoc est: **In sex tribulationibus,** quae sc. hanc vitam circumstant[a], **liberabit te.** Ps (XC, 15): ,Cum ipso sum in tribulatione; eripiam eum', **et in septima,** quae aliquando ab homine suscitatur, **non tanget te malum,** tactu sc. immutationis[b]. Sap III, (1): ,Iustorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.'

20 Sex autem tribulationes enumerat: **In fame**, ex carentia sc. rerum causata et inopia paupertatis, **eruet te de morte,** ne inopia sc. pereas. Ps (XXXVI, 25): ,Iunior fui, etenim senui; et non vidi iustum derelictum, nec semen eius quaerens panem': Et si obicitur I. ad Cor IV, (11): ,Esurimus, et sitimus, et nudi sumus', dicendum, quod hoc est ad probationem virtutis, et non ad mortem.

**et in bello,** quod sc. est, **de manu gladii.** Gregorius[c 1]: Bella ad hostes pertinent, hoc est in invasionem hostium, quod sc. in potestate gladii eorum non eris. Ex XV, (3), ubi nos habemus ,Dominus quasi
B 16b vir pugna|tor', alia translatio[2]: ,Dominus conterens bella.' Dt XXXIII, (29): ,Scutum auxilii tui, et gladium gloriae tuae, Deus tuus. Negabunt te inimici tui, et
tu | eorum colla calcabis.' T 14a
Et subdit tertiam: **A flagello linguae** | 21
**absconderis,** flagellum linguae est, quo ali- M 20d
quis percutitur maledictis vel susurriis vel opprobriis, et Eccli ult. (LI, 3) vocatur: ,Laqueus linguae iniquae.' Dicit enim: ,Liberasti me a laqueo linguae iniquae et | a verbis operantium menda- F 13a
cium.' Qualiter autem quis abscondatur, I. Petr II, (15) docetur: ,Ut benefacientes obmutescere faciatis hominum imprudentiam.'

Haec autem tria dixit, quia fa|mes E 11b
causata est contra Iob, ex rerum defectu, bellum ex hoc, quod Chaldaei contra eum tres turmas fecerunt, flagellum linguae ex improperio uxoris.

**et non timebis calamitatem, cum venerit.** Quarta poena est. Calamitas componitur a calamo et linos, quod est linum[d] sive filum, et significat ligamentum sive impedimentum, quod incurrit homo ex defectu calamorum sive nascentium in calamis, quando sc. esculentum et poculentum in venena convertitur, et ulcerosa et morbida facit corpora, sicut percussum fuit corpus Iob. Quando enim infirmitas causatur ex peccato, ablato peccato per Dei gratiam curatur infirmitas. Unde Mt IX, (2), cum Dominus sanare vellet hydropicum, praemisit: ,Confide, fili; remittuntur tibi peccata tua.' Ps (CII, 3): ,Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.' Gregorius[3]: Nulla nocebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas.

Et subdit quintam: **In vastitate,** hostium 22
sc. destruentium aedificia et labores hominum, sicut Sabaei et Chaldaei tua destruxerunt, **et fame**, hoc est defectu causato ex vastitate, **ridebis**, omnibus enim aliis oppressis vastitate et fame tu iucundaberis de abundantia et victoria

[a] contristant *EFM.* [b] communicationis *F.* [c] dicit quod *add. FM.* [d] lumen *E.*

[1] *Greg., Hom. in Ev. 2, 35, 1; Migne 76, 1259.*
[2] *Orig. secundum Glossam Ordinariam ad Ex 15, 3; Migne 113, 227.*
[3] *Cf. Greg., Mor. 6, 30, 48; Migne 75, 755.*

inimicorum, sicut Ioseph per providentiam iucundabatur de abundantia, et habuit unde pasceret suos, Gn XLI, (57), cum fames premeret Aegyptum. Prv III, (10): ‚Ut impleantur horrea tua saturitate, et vino torcularia redundabunt.‘ Is XXX, (23): ‚Panis terrae tuae erit uberrimus et pinguis.‘ Gn XLIX, (20): ‚Aser pinguis panis, et praebebit delicias regibus.‘

M 21a Et subdit | sextam, quae est a tyrannorum insurrectione: **et bestias terrae non formidabis.** Bestiae quasi vastiae, dicuntur eo, quod unguibus et dentibus lacerant[a]. Et tyrannos intelligit, qui cives lacerant et subiectos, quibus sc. praepotentior erit. Hoc significatum est I. Rg XVII, (36), ubi dicitur: ‚Et ursum et leonem interfeci.‘ Eccli XLVII, (3): ‚Cum leonibus lusit, quasi cum agnis, et cum ursis similiter fecit.‘

Et subdit septimam, in qua malo non potest tangi. Et haec est conservatio socialis boni. Propter hoc enim etiam inimici ad pacem convertuntur, et tunc[b] homini
E 16c nihil | nocere potest, quia undique vallatur.

23 Et[b] hoc est: **Sed cum lapidibus regionum**, hoc est solidis viris continentes terras, qui lapides dicuntur propter soliditatem virtutis et firmitatem. Sicut dicitur Zach III, (9) quod ‚super lapidem unum septem oculi sunt‘. Hi sunt septem circumspectatores spirituum, ‚qui‘, ut dicitur Apc I, (4), ‚in conspectu Dei sunt‘.

**pactum tuum**, supple erit, foederis sc. Prv XII, (20): ‚Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.‘ Hebr XII, (14):
T 14b ‚Pacem sequimini, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.‘ Tale pactum fuit inter Iacob et Laban, Gn XXIX, (18 19), ita quod neuter acervum testimonii transiret malum alteri cogitans. Et quia ex hoc causatur ablatio mali, quod est civilis seditio, subdit: **et bestiae terrae**, hoc est seditiosi tecum in terra habitantes, **erunt tibi pacificae**, sicut Dn VI, (22) et XIV, (30): ‚Cui leones mansuetabantur.‘ Eccli XLV, (2): ‚In verbis suis monstra placavit.‘ Et ibidem (XLIV, 17): ‚In tempore iracundiae facta est reconciliatio.‘

Et subdit de bono, ad quod restituet, 24
tria; dicit sc. pacificam possessionem, bonorum multiplicationem et felicem in morte consummationem.

Et hoc est: **Et scies**, hoc est per experimentum sensus, **quod pacem** | **habeat** F 13b
**tabernaculum tuum**, hoc est, cuncta, quae ad te pertinent, pacifice possidebis. Ps (LXXV, 3): ‚In pace factus est | locus M 21b
eius.‘ Is XXVI, (3): ‚Dabis pacem nobis, quoniam in te Domine speravimus.‘ Et de conservatione pacis subdit: **et visitans speciem tuam, non peccabis.** Visitans dicit in consolatione et amore, sicut dicitur Gn XXI, (1): ‚Quod visitavit Dominus Saram tempore, quo promiserat.‘ Lc I, (78): ‚Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos.‘ Species autem dicitur proximus, ut dicit Gregorius[1], in quo videmus nos ipsos; et visitatur species, quando diligitur proximus, et bene fit ei. I. Io IV, (20): ‚Qui non diligit fratrem suum, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?‘ | et E 11c
intendit dicere, quod non prius commoveat cives et conterat subditos, sed se in eis recognoscat, et[c] diligat et foveat. Eccli XXXI, (18): ‚Intellige, quae sunt proximi tui ex te ipso!‘ Sic enim non facit alii, quae non vult sibi fieri.

Et subdit de multiplicatione et profectu bonorum: **Et scies quoque**, per ex- 25
perimentum sc., **quoniam multiplex erit semen tuum**, tam in filiis sc., quam in possessionibus. Ir XXXI, (27): ‚Seminabo domum Israel et domum Iuda semine hominum et semine iumentorum.‘ **et progenies tua**, in nepotibus sc. et pronepotibus et cognatis, **ut herba terrae**, quae viret, floret, germinat. Viret virtute, floret honestate, et germinat fructu. Ex I, (7): ‚Filii Israel creverunt, et quasi germinantes multiplicati sunt; ac roborati nimis, impleverunt terram.‘ Is ult. (LXVI, 14):

[a] dilacerantur *MF.* [b] tunc . . . Et *om. FM.* [c] eos *add. FM.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 6, 35, 54; Migne 75, 758.*

,Ossa vestra quasi herba germinabunt.' II. Rg XXIII, (5): ,Cuncta salus mea, | B 16d et non est quidquam ex ea, quod non germinet.'

26 Et subdit de felici consummatione: **Ingredieris in abundantia sepulcrum**, tuos sc. omnes abundantes relinquens. Gn XLIX, (28) de Iacob dicitur, quod mortuus est plenus dierum, benedictionem relinquens omnibus filiis. Eccli XLIV, (3): ,Homines magni virtute, prudentia praediti'; et post pauca (XLIV, 6): ,Homines divites in virtute.' Et infra (Eccli XLIV, 11 12): ,Cum semine ipsorum perseverat bona haereditas.' Et ibidem (XLIV, 14): ,Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et vivent nomina eorum in generationes.'

**sicut infertur acervus tritici.** Acervus ex multis colligitur; et triticum pretiosius germen[a] est. Et vult dicere, | M 21c quod in terra[b] cumulabit, et in aeterna erit refectione bonorum pre|T 14c tiosissimorum. Ct VII, (2): ,Venter tuus, sicut acervus tritici, vallatus liliis.' Casta enim et dulcis refectio erit beatis. Ps (XV, 11): ,Adimplebis me laetitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.'

**in tempore suo**, maturitatis sc., et vult dicere, quod ante dies maturae aetatis non morietur. Is LXV, (20): ,Non erit ibi amplius infans dierum, et senex qui non impleat dies suos.' Sicut dicitur de malis Ps (LIV, 24): ,Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies tuos.'

Et quia rhetorice disputat, in fine sermonem suum commendat de duobus, sc. quod probatus sit, et verus; et tertio infert, quod propter hoc memoriae est commendandus.

27 Et hoc est: **Ecce**, hoc est, quasi in evidenti propositum est[c], **ut investigavimus** perspecta[d] sc. ratione probationis. Sap VIII, (18): ,Circuibam quaerens, ut mihi sapientiam assumerem.' **ita est**, hoc est: verum est. II. ad Cor 1, (18 19): ,Non est in illo est, et non, sed est in illo est.' **quod auditum**, auditu sc. interiori susceptum; **mente**, hoc est ratione cuncta mensurante. Mens enim a metior, metiris dicitur. **pertracta**, ut videas, quod Deus sine causa[e] non punit. Mt XV, (10): ,Audite et intelligite.' Prv I, (6): ,Animadverte parabolam et interpretationem, verba | F 13c sapientium et aenigmata eorum.'

## CAPITULUM VI.

**Respondens autem Iob dixit.** 1

PROPTER istas[f] disputationes, quibus unus opponit et alter respondet de providentia, antiqui quatuor habebant opiniones de Iob. Quidam enim dixerunt, quod Iob erat[g] homo gentilis, natus de Esau, qui tunc temporis Iobab dicebatur, sicut dicitur Gn XXXVI, (33), de quo etiam natus est Eliphaz Themanites, et Baldach Suhites, et Sophar Naamathites. Omnes enim isti duces dicuntur fuisse Idumaeae in diversis partibus eius. Et dicitur fuisse pronepos Esau. | M 21a Filius enim Esau Beor, nepos Balach, pronepos Iobab, qui et Iob. Et qui hoc dicunt, in duo dividuntur. Quidam | B 17a enim eorum dicunt, quod Iob ipse scripsit librum istum; alii dicunt, quod Moyses longe post scripsit eum[1]. Ambo isti conveniunt[h], quod fuit rex vel dux Themanorum, quae pars est terrae Hus, | E 11d in qua primum incepit inquiri sapientia, sicut dicitur Bar III, (23). Alii dixerunt, quod fuit unus de sapientibus Babylonis. Et hi dicunt, quod fuit unus de ducibus, qui venerunt ab oriente, et in Babylone habitavit post confusionem linguarum. Gn XI, (7). Alii dicunt, quod non fuit homo, sed hoc, quod scriptum est in libro, in parabolam inventum est ad ostendendum, quod ordine iustitiae humanae per providentiam divi-

[a] granum *EFMT.* [b] merita *ETFM.*
[c] Hieronymus[2]: Veritas non quaerit angulos *add. FM.* [d] perfecta *FM.*
[e] ratione *FM.* [f] enim *add. FM.* [g] fuit *FM.* [h] in hoc *add. FM.*

[1] *Cf. Greg., Praef. in Mor. Iob; Migne 75, 515.* [2] *Hier., Ep. 125, 19; Migne 22, 1084.*

nam non regitur mundus, sed quod regimen providentiae divinae penitus dissimile est regimini et ordini iustitiae humanae. Hoc enim ostenditur in Iob, qui simplex et rectus percussus est et potestati Satanae traditus, quod ordini iustitiae humanae non congruit, et ideo respondet ad Eliphaz, qui sustinebat, quod secundum ordinem iustitiae humanae regeretur mundus.

T 14d Et dividitur responsio in duo. | In prima parte redarguitur opponens, in secunda respondetur obiectis, infra (VII, 1): *Militia est vita hominis super terram.*

Prima pars dividitur in quatuor secundum quatuor redargutiones opponentis.

Prima est, quod male verba interpretabantur; quae enim dicta sunt in ostensionem doloris, in blasphemiam dicta esse interpretabantur.

Secunda est, quod, cum venerunt ad consolandum, ad improperia prolapsi sunt, ibi (VI, 13): *Ecce non est auxilium mihi.*

Tertia est, quod veritati dictorum nihil valentes obicere ad increpandum sermonem componebant, ibi (VI, 24): *Docete me, et ego tacebo.*

Quarta est, quod morem disputantium non servabant, sed[a] contentione vincere cupiebant[a] ibi (VI, 29): *Respondete, obsecro, absque contentione.*

In prima duo sunt: Suppositio sc. Iob, sc. quod verba dolori imputari debebant, et suppositionis probatio ibi (VI, 5): *Numquid rugiet onager.* | M 22a

In prima duo sunt: sc. magnitudo doloris et conclusio ex hoc, quod verba sua dolori imputari debebant ibi (VI, 3): *Unde et verba mea.*

Et hoc est: **Respondens autem Iob dixit.** Respondit enim[b] et opponenti et obiectioni. Prv XXVI, (5): ,Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.'

2 **Utinam appenderentur peccata mea**, mortalia sc., **quibus iram merui**, aeternam sc. poenam. Prv XVI, (11): ,Pondus et statera iudicia Domini.' Ibidem autem (XVI, 2): ,Spirituum ponderator est Dominus.' **et calamitas**, hoc est tribulatio, **quam patior**, intus sc. et extra, **in statera**, hoc est libra ordinis iustitiae humanae, ut sc., sicut tu dicis, poena culpae responderet. Prv XI, (1): ,Pondus aequum voluntas Domini.' | Iob XXXI, (5 6): ,Si ambulavi in vanitate, et festinavit in dolo pes meus, appendat[c] me in statera iusta, et sciet Deus simplicitatem meam.' F 13d B 17b

3 **Quasi arena maris**, hoc est incomparabiliter, sicut arena maris, **haec**, sc. calamitas, **gravior appareret.** Prv XXVII, (3): ,Grave est saxum, et onerosa est arena, sed ira stulti utroque gravior.' Et hoc non est secundum ordinem iustitiae humanae, quia de illa dicitur Dt XXV, (2): ,Si eum, qui peccaverit, dignum viderint iudices plagis; prosternent et coram se facient verberari, et pro mensura peccati erit et plagarum modus.' Is XXVII, (8): ,In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis[d] eam.'

Ex hoc infert: **Unde et verba mea**, quando sc. dixi (III, 3): *Pereat dies, in qua natus sum;* **dolore sunt plena**, hoc est plenum dolorem significantia, et[e] dolori attribui et non impatientiae blasphemantis[f] debebant. Thr I, (12): ,O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus.'

Et subdit rationem:
4 **quia sagittae Domini in me sunt**, hoc est poenae profundissime infixae. Ps (CXIX, 4): ,Sagittae potentis acutae.' **quarum indignatio**, signum enim indignationis divinae sunt, **ebibit**, | hoc est sine difficultate glutit, M 22b **spiritum meum**, qui vector virtutis et vitae est, et sic nec virtutem habeo in potestate nec vitam. Thr II, (4): ,Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis, et occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculis filiae Sion; effudit | quasi | ignem indignationem suam.' E 12a T 15a

**et terrores Domini**, de peioribus sc.

[a] sed . . . cupiebant *om. FM.* [b] autem *FM.* [c] apprehendat *FM.*
[d] indicabis *EFM,* iudicabit *T.* [e] ideo *add. F.* [f] dicentis *FM.*

futuris, **militant**, continue supple, **contra me.** Ps (LIV, 6): ‚Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebrae.'

Hanc suppositionem probat subdens:

5 **Numquid rugiet.**

Et habet duas partes: Primo enim probat, secundo ad probationem[a] revertitur, sicut prius dixerat ibi (VI, 8): *Quis det.* In probatione duo sunt: Absentiam enim omnis delectabilis per duas similitudines probat primo et praesentiam contristantis continui et intolerabilis per alias duas ibi (VI, 6): *Aut poterit comedi.*

Et hoc est: **Numquid rugiet onager,** hoc est agrestis asinus, ab onos, quod est asinus, et ager, **cum habuerit herbam?** pascualem sc., et ostendit propositum in opposito, ac si dicat: In praesentia delectabilis non rugiet, sed in absentia. Ir XIV, (6): ‚Onagri steterunt in rupibus, et traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.'

Et inducit secundam similitudinem, sicut prius propositum probans in opposito: **aut mugiet bos,** necessitate sc. famis, **cum ante plenum praesepe steterit?** quasi dicat: non. Is[b] I, (3): ‚Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesaepe domini sui'[b]. Ioel I, (18): ‚Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis.' Ac si dicat: si animalia irrationabilia, quae poenas suas ponderare nesciunt, rugiunt amisso delectabili, quid mirum, si ego rationabilis, qui culpas et poenas pondero, in amissione tantorum rugio bonorum.

B 17c Et subdit similitudinem | probantem
praesentiam contristabilis sine interpola-
6 tione affligentis, et hoc est: **Aut poterit**
**comedi,** incorporando sc., **insulsum,** hoc
M 22c est, nullo sapore | quietis interpolatum.
Quod exponens subdit: **quod non est sale,**
condimento sc. alicuius consolationis, **conditum,**
quasi dicat: non. Mt V, (13):
‚Quod si sal evanuerit, in quo salietur?
Ad | nihil valet ultra, nisi ut mittatur F 14a
foras et conculcetur ab hominibus.'

Et secundam inducit similitudinem de acerbitate contristantis: **aut poterit aliquis gustare,** incorporando sc., **quod gustatum affert mortem?** Unde IV. Rg IV, (40) filii prophetarum clamaverunt, cum coloquintidas[c] collegissent, quae amarissimae sunt: ‚Mors in olla, vir Dei! Et non potuerunt comedere de illo.'

Quia autem hoc in communi dictum est, adaptat[d] subdens: **Animae**[e] **enim esurienti,** esurie sc. causata ex absentia omnis delectabilis, **etiam amara,** dummodo non sint mortifera, **dulcia esse videntur**[e]. Prv XXVII, (7): ‚Anima saturata calcabit favum, anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.'

Et hoc sibi appropriat subdens: **Quae** 7
**prius nolebat tangere anima mea,** hoc
est animalitas mea, **nunc** in omnium
bonorum absentia **prae angustia** infirmi-
tatis sc. praesentis et paupertatis **cibi mei sunt.** Iob XXX, (3 4): ‚Squalentes calamitate et miseria, mandebant herbas et arborum cortices, et radix iuniperorum erat cibus eorum.' Sic Lc XV, (16) prodigus filius fame laborans ‚cupiebat implere ventrem suum de siliquis' porcorum[f].

Sic probato proposito, quod sc. vox
querula dolori impu|tanda est, quasi ex T 15b
conclusione redit ad eam[g], mortem appetens, quae vitam privat, quae data est in potestatem Satanae. Et hoc est:

**Quis det.** 8

Et dicit duo: conclusionem sc. intentam et conclusionis necessitatem ibi (VI, 11): *Quae est enim fortitudo.*

---

[a] probata *EFM.* [b] Is . . . sui *om. FM.*

[c] *Sic Alb., Autograph. anim. l. 22, c. de luci; l. 26, c. de Pulice. Cf. Alb., De veget. 6, 1, 16, 81 (ed. Meyer et Jessen, Berol. 1867, p. 378), Cucumis colocynthis Lin.* colloquintidas *Alberti Opera X 177 (ed. Borgnet) et CC,* colocynthidas *Vulgata.*

[d] ad propositum *add. FM.*

[e] **Animae . . . videntur** *non est in textu bibliae, nec Gregorius, nec Glossa, nec S. Thomas in expositione Iob habent hoc loco, attamen invenitur Prv 27, 7 sec. LXX. Migne 16, 1461.*

[f] quas porci manducabant *TEFM.* [g] probata *F.*

Et hoc est: **Quis det**, supple ergo, **ut veniat petitio mea**, quam sc. feci dicens (III, 3): *Pereat dies, in qua natus sum.* III. Rg XIX, (4) Elias exagitatus a Iezabel dixit petens animae suae, ut moreretur: ‚Sufficit mihi, Domine; tolle animam meam,
M 22d neque enim melior sum quam patres mei.‘
9 **et**, id est, **quod expecto**, id est mortem, **tribuat mihi Deus?** Tob III, (1): ‚Tobias ingemuit et coepit orare lacrimis dicens.‘ Et post pauca (III, 6): ‚Fac mecum misericordiam, et praecipe in pace recipi spiritum meum; expedit enim mihi mori magis quam vivere.‘

**et**, hoc est, **qui coepit**, supple conterere per infirmitates, **ipse me conterat**, per mortem, ut tantis sc. malis subducar, sicut et Moyses petivit eo, quod intolera-
E 12b bilis esset sibi | labor regiminis populi Nm XI, (10 11).

B 17d Qualiter autem | hoc fiat, subdit: **solvat manum suam**, quam quasi ligatam tenet misericordia[a]. Is IX, (12): ‚Adhuc manus eius extenta.‘ **et succidat me**, quasi arborem. Lc III, (9): ‚Securis ad radicem arboris posita est.‘ Dn IV, (11): ‚Succidite arborem.‘

10 **Et haec sit mihi consolatio**, quod finem habeam desolationis, **ut affligens**, id est per affligens, **me dolore non parcat**[b], supple, quin mortem inducat. Iob III, (21 22): ‚Quasi effodientes thesaurum, gaudent vehementer, cum invenerint sepulchrum?‘ **Nec contradicam**, murmurando sc. vel impatienter blasphemando, **sermonibus**, iudiciorum sc. et sententiarum, **Sancti**, id est Dei, apud quem non potest esse iniquitas. Vasi enim fictili, quando inutile est, nihil debetur, nisi contritio. Rom IX, (21): ‚An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa aliud quidem vas facere in honorem, aliud in contumeliam?‘

Et hoc confirmat per rationem subdens:
11 **Quae est enim fortitudo mea**, humana sc., **ut sustineam**, hoc est sustinere possim tot et tanta, | quasi dicat: nulla. Is XL, F 14b
(30): ‚Deficient pueri, et laborabunt, et iuvenes in infirmitate sua cadent.‘ **aut quis finis meus**, quem sc. ex tantis tribulationibus consequi possim, **ut**, supple spe illius finis, **patienter agam?** Probat enim Aristoteles[1] in III. Ethicorum, quia fortis fortiter et patienter non sustinet magna mala, nisi spe magni boni, quod per magna | mala sperat adipisci. Spem M 23a
autem magni boni non habet, qui in potestatem Satanae traditus est. Unde Apostolus II. ad Cor IV, (17) spe magni boni dixit: ‚Id, quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis.‘ Quando autem hoc non speraret, tunc dixit II. ad Cor I, (8): ‚Supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere.‘

Quod explanans dixit: **Nec fortitudo** 12
**lapidum fortitudo mea**, | ut sc. sim T 15c
insensibilis. II. Mach VI, (30): ‚Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste Tu scis, quia, cum a morte possem liberari, diros[c] corporis sustineo dolores‘[d]. **nec caro mea aenea**, ut sc. contrita iterum possit refundi in eandem formam[e] et speciem. Iob XIV, (14): ‚Putasne mortuus homo rursum vivat?‘ hac sc. mortali vita, quasi dicat: non.

**Ecce non est auxilium.** 13

Hic incipit secunda redargutio, quod, cum venerint ad consolandum, ad improperia prolapsi sunt.

Hoc autem tripliciter ostendit:

Primo enim generaliter ostendit hoc esse malum, secundo specialiter ostendit in ipso esse factum, ibi (VI, 15): *Fratres mei,* tertio specialiter ab amicis esse factum, ibi (VI, 21): *Nunc venistis.*

In primo duo sunt, sc. suppositio et mali ostensio.

[a] misericordiam *FM.* [b] pereat *FM*, pereat *corrigatum in* parcat *E.*
[c] duros *FM.* [d] labores *FMT.* [e] figuram *FMT.*

[1] *Cf. Arist., Eth. Nic. 3, 8, 15 (II 35); cf. Alb., Ethic. 3, 2, 2, 34 (VII 237), et 3, 2, 5, 43 (VII 242).*

Et hoc est: **Ecce**, quasi in evidenti est, **non est auxilium mihi in me**, rebus amissis et filiis, et corpore percusso. Iob XIX, (9 10): ‚Spoliavit me gloria mea, et abstulit coronam de capite meo. Destruxit me undique, et pereo.‘
B 18a **necessarii quoque mei,** | hoc est amici, qui in necessitate subvenire debeant, **recesserunt** subtractione amoris **a me.** Ps (XXXVII, 12): ‚Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt; et qui iuxta me erant, de longe steterunt.‘ Iob XIX, (14): ‚Derelinquerunt me proximi mei, et qui me noverant, obliti sunt mei.‘

Hoc autem generaliter ostendit esse
14 malum: **Qui tollit ab amico suo misericordiam,** M 23b | supple tempore necessitatis, **timorem Domini dereliquit.** Deus enim praecipit hoc non fieri. Eccli VI, (16): ‚Amicus fidelis medicamentum vitae, et immortalitatis; et qui metuunt Dominum, inveniunt illum‘, sc. amicum consolando. Item ibidem (Eccli VI, 17): ‚Qui timet[a] Dominum, aeque habebit[a] amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus eius.‘ Timorem autem Domini derelinquere malum est, ab amico ergo tollere misericordiam malum est.

Hoc autem probat in se esse factum tribus modis, sc. per recessum, per astutiae involutionem[b], et per operum evidentiam. In primo duo facit iuxta duo, quae praemisit. Ostendit enim esse *factum* et esse malum.

15 Et hoc est: **Fratres mei**, gratiae sc.
E 12c et professione amicitiae **praeterierunt me**, ita quod etiam respectum ad me denegabant mihi. Contra quod dicitur Tob IV, (7): ‚Ne avertas faciem tuam ab ullo paupere.‘ Ps (XXIV, 16): ‚Respice in me, et miserere; quia unicus et pauper
F 14c sum ego.‘ | Act III, (4 5): ‚Petrus intuens in claudum et mendicum cum Iohanne dixit: „Respice[c] in nos.“ At ille intendebat in eos, sperans se aliquid recepturum ab eis.‘

**sicut torrens.** Torrens dicitur aqua liquefacta torrore[d] solis in montibus ex nivibus et glacie[e] praecipitanter decurrens in ima. Et hoc est: **qui raptim transit in convallibus**, hoc est qui subito transit in imis. Et vult dicere, quod amici, alti divitiis et dignitate, primo liquefacti pietate ad veniendum, raptim et cito transeuntes videntes infirmitatem ipsius, subito retraxerunt pietatis affectum. Contra quod dicitur Eccli | IV, (8): ‚Declina pau- T 15d
peri sine tristitia aurem tuam, et redde illi debitum tuum, et responde illi pacifice in mansuetudine.‘

Hoc autem ostendit esse malum generaliter primo: **Qui timent pruinam**, hoc est, 16
parvum damnum impendendum necessitatibus proximi, **irruet super eos nix**, hoc est, magnum gelicidium damnationis aeternae. Dicit enim Aristoteles[1] in II. Meteorologicorum, quod pruina est nix parva, et nix pruina | multa. Tribulatio M 23c
autem pauperis ex gelicidio amici non compatientis pruina vocatur. Ps (CXVIII, 83): ‚Factus sum sicut uter in pruina.‘ Qui ergo timet necessitatem pauperis, operietur nive aeternae tribulationis et compassionem non inveniet. Ps (X, 7 et CXLVIII, 8): ‚Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum.‘ Iob XXXVIII, (22 23): ‚Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quae praeparavi in tempus | hostis, in diem pugnae et belli?‘ B 18b

Et qualiter hoc fiat, subdit servans metaphoram torrentis, et hoc est: **Tem-** 17
**pore, quo fuerint dissipati**, sicut glacies et nives de montibus, dissipantur autem per tribulationes; **peribunt**, aeterno sc. interitu. Ps (LXVII, 31): ‚Dissipa gentes, quae bella volunt.‘

Et hoc exponens subdit: **et ut incaluerint**, per tribulationes sc. sicut glacies et nives in montibus torrore solis, **solventur de loco suo**, et supple fluent in baratrum damnationis. Iob XXI, (13):

[a] metuunt . . . habebunt *FM.* [b] per recessum astutiae, per angustiae involutionem *FM.*
[c] Aspice *FM.* [d] calore *FM.* [e] nive et glaciebus *FM.*

[1] *Cf. Arist., Meteor. 1, 10, 1 (III 564).*

‚Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.‘ Apc XII, (8): ‚Non est inventus locus eorum amplius in caelo.‘ Ps (XXXVI, 36): ‚Quaesivi, et non est inventus locus eius.‘ Item Ps (CII, 16): ‚Non cognoscet amplius locum suum.‘

Et subdit de involutione astutiae, quod sc. non recte ad regulam amicitiae, sed astutiae secundum fictam amicitiam processerunt.

18 Et hoc est: **Involutae sunt.** Involutum est, cuius fines occulti sunt, et sic
dicitur amicus involutus, qui ostendit
amicitiam et involvit finem amicitiae sub
velamine hypocrisis. Eccli VI, (9): ‚Est
amicus, qui convertitur ad amicitiam, et
est amicus, qui odium et rixam denudabit.‘
**semitae gressuum eorum,** quibus sc. gradiuntur apparenter ad amicum. Eccli VI,
(10): ‚Est amicus socius mensae, et non
permanet in tempore necessitatis.‘ Haec
est amicitia Achitophel ad David. II. Rg
XVII, (1). Et ideo supple: **ambulabunt in
vacuum,** hoc est sine fructu. Rom VI, (21):
M 23d ‚Quem fructum habuistis | tunc, in quibus
nunc erubescitis?‘ **et peribunt,** merito sc.
talis simulationis. Ps (CXLV, 4): ‚In illa
die peribunt omnes cogitationes eorum.‘

Haec autem in se factum probat per
19 evidentiam facti subdens: **Considerate
semitas Theman,** hoc est Eliphaz Thema-
nites per metonymiam, **itinera Saba,**
supple considerate. Theman enim falsus
amicus, Saba[a] apertus inimicus, qui tulit
F 14d oves et | boves et pueros percussit gladio.
Et intendit, quod similia sunt itinera
illius et istius. Prv XXVII, (6): ‚Meliora
sunt vulnera amici, quam fraudulentia
odientis oscula.‘ **et expectate paulisper,**
modicum enim est usque ad iudicium.
T 16a Iac V, (9): ‚Ecce iudex | ante ianuam
assistit.‘

20 **Confusi sunt,** hoc est in proximo con-
E 12d fundentur. | Ps (CVIII, 29): ‚Induantur
sicut diploide confusione sua.‘ **quia speravi,** hoc est, quia spem de iustitia iudicis habui. Ir XVII, (18): ‚Confundantur, qui me persequuntur, et non confundar ego.‘

Et subdit facti evidentiam: **venerunt quoque usque ad me,** quasi pietate amicitiae, **et pudore,** plagae meae sc. **cooperti sunt,** ita quod amicitiam in inimicitias convertunt. Et hoc non est amici, qui laetus accipit occasionem, ut subveniat
amico. Unde de vero amico dicitur | B 18c
Eccli VI, (14): ‚Amicus fidelis, protectio fortis; qui autem invenit illum, thesaurum invenit.‘

Et ut ostendat se de suis amicis hoc
intelligere, apostrophat ad eos subdens:
**Nunc,** supple tempore necessitatis meae, 21
**venistis** visitandum, **et modo,** supple cum
indigerem, **videntes plagam meam,** in
rebus sc. et persona, **timetis,** id est ex
timore, ne vestra communicetis, vos
retrahitis. Contra quod dicitur II. ad
Tim I, (16): ‚Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia saepe me
refrigeravit, et catenam meam non erubuit.‘

Quod quam irrationabile sit, ostendit:
**Numquid dixi: Afferte mihi,** aliquid supple, 22
**et,** id est, **de substantia** | **vestra,** hoc est M 24a
de facultatibus vestris **donate mihi?** quasi
dicat: non. II. ad Cor XI, (9): ‚In omnibus me sine onere vobis servavi, et ser-
vabo.‘ **vel: Liberate me de manu hostis,** 23
quod, et si non esset sumptuosum, tamen
onerosum[b]. **et,** id est, **de manu robustorum
eruite me?** Hoc est: Nec dona nec auxilium petivi a vobis, propter quod me fugere debeatis. Cum tamen Gn XIV, (14) legatur, quod Abraham, expeditis vernaculis trecentis decem et octo, irruit super hostes et reduxit Lot amicum et innocenter oppressum. Et David I. Rg XXX, (18 19) persecutus est Amalecitas et reduxit viros et mulieres de Siceleg, et praedam, quam abegerant. Prv XXIV, (11): ‚Erue eos, qui ducunter ad mortem, et eos, qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.‘

**Docete me.** 24

Hic tertiam ponit redargutionem, sc. quod veritati dictorum nihil valentes obicere ad increpandum sermones com-

[a] vero *add. FM.* [b] laboriosum *FM.*

ponebant, et tria dicit: sc. quod veritati nihil obiecerunt, quod increpationes composuerunt, quod illas contra pupillum defensorem non habentem impie proposuerunt. Et hoc est: **Docete me.** Docere est causam et rationem dicti ostendere. Ioel II, (23): ‚Exultate in Domino, Deo vestro, qui dedit vobis doctorem iustitiae.‘ **et ego tacebo,** hoc est sine contradictione doctrinam accipiam. Iob VI, (10): ‚Non contradicam sermonibus Sancti.‘ **et si quid forte ignoravi,** hoc est ignoranter dixi, **instruite me.** Sapientis enim est semper velle instrui. Gal VI, (1): ‚Vos, qui spirituales estis, instruite illum in spiritu lenitatis.‘

25 Et cum hoc non possitis, supple: **Quare detraxistis sermonibus veritatis,** quod sc. me dixi sine causa mali meriti esse flagellatum. II. ad Tim III, (8): ‚Quemadmodum Iannes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti veritati.‘ Io VIII, (44): ‚Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater eius.‘

T 16b **cum e vobis nullus** | **sit, qui possit ar-**
M 24b **guere** | **me?** de peccato | sc., propter quod
B 18d flagellatus sum. Io VIII, (46): ‚Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi?‘

Ex hoc infert, quod increpationes sunt,
26 quae dicunt; et hoc est: **Ad increpandum tantum eloquia concinnatis.** Male enim
F 15a disputantium est et sophistarum arguere | socium, cum non habent quid dicere ad orationem. Contra quod dicitur I. ad Tim V, (1): ‚Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem.‘ **et in ventum,** hoc est inanum, **verba profertis,** non ad orationem, sed ad hominem disputantes. Os XII, (1): ‚Ephraim pascit ventum, et sequitur aestum; tota die mendacium et vastitatem multiplicat.‘ Gregorius[1] inducit Prv XVII, (14): ‚Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum, et antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit‘; et hoc est veritatem, quod ita exponit: Qui dimittit aquam, hoc est linguam in fluxum laxat loquendi, caput est iurgiorum. Increpatio
enim | iurgium est, quia, qui linguam non E 13a
refrenat, concordiam dissipat. Et illud[2] Prv XXV, (28): ‚Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.‘

Et quod impium est: **Super pupillum** 27
**irruitis,** qui defensorem non habet, sed solus stat et certat pro veritate. Eccli IV, (33): ‚Pro iustitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem decerta pro iustitia.‘ III. Rg XIX, (10): ‚Ego relictus sum solus, et quaerunt animam meam.‘ **et subvertere nitimini,** hoc est sophistice a veritate vertere, **amicum vestrum.** Amicus est, qui in eadem disputatione nobiscum concordat ad veritatis indagationem. Econtra, ut dicit Aristoteles[3] in VIII Topicorum, pravus socius, qui impedit commune opus in veritatis inquisitione. Eccli XX, (1): ‚Quam bonum est arguere, quam irasci, et confitentem in oratione non prohibere!‘ Confitens in
oratione professor | veritatis est. M 24c

Ne autem de positione sua desperare
videatur, subdit: **Verumtamen, quod** 28
**coepistis,** disputare sc. de providentia et regimine Dei, **explete,** quia, licet falsum dicatis, tamen disputando occasio est inquirendae veritatis. Aristoteles[4] in II. Primae Philosophiae: Non solum his dicere gratiam iustum est, quorum aliquis opinionibus communicatus est, sed et huic superficialiter enuntiantibus; etenim hi confecerunt aliquid, nam habitum nostrum praeinstruxerunt. Sensus est, quod non solum debemus gratias agere vera dicentibus in inquisitione veritatis, sed etiam falsa dicentibus; falsa enim dicendo excitant et instruunt habitum nostrum ad veritatis inquisitionem. Rom I, (14): ‚Sapientibus et insipientibus debitor sum.‘

Sed quia omnia neganti, ut dicit philosophus[5], non fit syllogismus, ideo rogat,

[1] *Cf. Greg., Mor. 7, 37, 57; Migne 75, 800.* [2] *Greg., Mor. 7, 37, 59; Migne 75, 800.*
[3] *Arist., Top. 8, 9, 4 (I 271).* [4] *Arist., Metaph. 1, 1, 3 (II 486).*
[5] *Arist., Anal. Prior. 2, 22, 3 (I 112).*

ut sine protervitate audiant et respondeant. Et hoc est: **praebete aurem**, ad
B 19a au|ditum supple. Iob XXXIV, (3): ,Auris verba probat', **et videte**, hoc est, intelligite, **an mentiar.** Mt XV, (10): ,Audite et intelligite.' Eccli IV, (30): ,Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuae confundere.'

T 16c Hic ponit quartam | redargutionem, sc. quod morem disputantium non servabant, sed contentione vincere cupiebant.

**29** Et hoc est: **Respondete, obsecro**, hoc est ob sacramentum veritatis peto, **absque contentione.** Ambrosius[1], et est in glossa Rom I: ,Contentio impugnatio veritatis est cum confidentia clamoris.' II. Tim II, (14): ,Haec autem commoneo testificans coram Domino. Noli verbis contendere: ad nihilum enim utile est, nisi ad subversionem audientium.' **et loquentes**, hoc est respondentes, **id, quod iustum est, iudicate.** Sicut enim dicit Sapiens (Prv XVIII, 13): ,Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat.'

**30** **Et**, supple si sic facitis, **non invenietis**
M 24d **in lingua mea iniquitatem.** Hoc | est iniustum aliquid dictum. Is LIII, (9): ,Non est inventus dolus in ore eius.' Mal II, (6): ,Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inventa in labiis eius.'

**nec in faucibus meis,** quae intrinsecus positae cor significant. Ex corde enim non dixit stultitiam, cum tamen omnia ex corde locutus sit. Is XXXII, (6): ,Stultus fatua loquetur, et cor eius faciet
F 15b iniquitatem, | ut perficiat simulationem.' Prv V, (23): ,Impius morietur, quia non habuit disciplinam, et in multitudine stultitiae suae decipietur.' Dicit enim Gregorius[2], quod stultus est, qui ignorat facienda et non facienda, et dicenda et non dicenda. Et ideo subdit: **stultitia personabit.**

## CAPITULUM VII.

**Militia est vita hominis super terram.** **1**

REDARGUTIS sociis pravis impedientibus commune opus proterve respondendo redit hic | ad assertionem suae E 13b
positionis et dividitur in tria.

In primo ex taedio vitae ostendit optandum esse interitum. In secundo confirmatus iam in positione asserit hoc et confirmat et concludit ibi[a] (VII, 11): *Quapropter et ego non parcam.* In tertio, quia non est remedium, nisi a solo Deo, ad orationem se convertit ibi (VII, 16): *Parce mihi, Domine.*

In prima duo sunt; ostendit enim hoc primo generaliter, secundo specialiter in omnibus quae vitam circumstant ibi (VII, 4): *Si dormiero.* In primo tria facit. Primo enim ponit conclusionem intentam, secundo probat duplici similitudine, tertio probatam adaptat sibi sive humanae vitae.

Et hoc est: **Militia est vita hominis super terram.** Convertenda est locutio, ut sc. de supposito fiat appositum, et e contrario[b], ut sit sensus: vita hominis super terram est militia. Et dicit v i t a h o m i n i s s u p e r t e r r a m est m i l i t i a[c], quia vita hominis in caelo pugnam non habet. Unde Apc XII, (7—9): ,Draco, qui pugnabat[d] cum Michaele, proiectus est de caelo, et angeli eius', et subditur ,et non est inventus | locus eius amplius in B 19b
caelo.' De terra econtra dicitur, Iob IX, (24): ,Terra tradita est in manus impii.' Et ideo Satan, qui potestatem | in facul- M 25a
tates et corpora bonorum accepit[e], continue bellum movet. Sicut enim dicit Glossa[3] Exod. XIV., quod Pharao iunxit currus et sequebatur filios Israel. Pharao contemptus surgit in scandala, contra quem sancti pugnantes continuo militant.

[a] confirmatus ex sua probatione concludit ibi *FM.*
[b] et de apposito fiat suppositum *ET.* [c] est militia *om. ETF.*
[d] pugnavit *FM.* [e] sanctorum accipit *FM.*

[1] *Glossa ord. in Rom 1, 29; Migne 114, 474.* [2] *non inveni.*
[3] *Cf. Glossa ad Ex 14, 15—17; Migne 113, 226.*

Eph VI, (12): ‚Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem tantum, sed adversus principes et potestates, ad-
T 16d versus mundi rectores | tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus.‘ Ista ergo malitia in vita est eo, quod data[a] est in potestate Satanae. Unde alia translatio[1] habet tentatio. Tentatio enim est, ut dicit Hugo de St. Victore[2], impulsus ad illicitum. Mt IV, (1): ‚Ductus Iesus in desertum, ut tentaretur a diabolo‘, non in se tantum, sed etiam in membris, **et**, supple ideo, **sicut dies mercennarii**, mercede sc. ad laborem conducti, supple sunt laboriosi et taediosi **dies eius.** Mercede enim panis, quo vescitur, ad continuum laborem obligatur[b]. Gn III, (19): ‚In sudore vultus tui vesceris pane tuo.‘ Unde de tali vita nihil optandum est, nisi ut pereat.

De hoc autem duplicem inducit simili-
2 tudinem: **Sicut servus**, glebae sc. addictus, **desiderat umbram**, hoc est requiem, quasi nunquam requies finis sit sui laboris. Ps (LIV, 7): ‚Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam?‘ Ut sc. iugum servitutis excutiam: Gn XXVII, (40): ‚Erit quando excuties iugum eius de collo tuo.‘ **et sicut mercennarius** mercede panis conductus **praestolatur**, supple cum taedio **finem operis sui**, ad quod sc. conductus est. Et expectat cum desiderio finem, ut finis sit taedii et laboris. Apc XIV, (13): ‚Amodo iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis.‘

3 Et adaptat hoc sibi dicens: **sic et ego habui menses vacuos**, hoc est illuminationes vitae sine fructu. Os V, (7): ‚Nunc devorabit eos mensis, cum partibus suis.‘ Hieronymus[3]: hoc est, per singulos menses devorabuntur. **et noctes laboriosas**, id
F 15c est tenebras adversitatum, | **enumeravi**
M 25b **mihi.** Iob XXX, (17): ‚Nocte os | meum perforatur doloribus‘, hoc est ex taedio vitae tota die numerando fui optans, quod finirentur. Illuminatio enim prosperitatis sine fructu est, nox autem adversitatis labores ingerit. Et est, ac si concludat propositum et dicat III, (3): ‚Pereat ergo dies, in qua natus sum, et nox, in qua dictum est: conceptus est homo!‘ Hoc autem ex quinque particularibus, quae vitam circumstant, quae sunt taedium laboris, afflictio doloris, brevitas vitae, inutilitas, et ad vitam revertendi impossibilitas.

Et hoc est: **Si dormiero** per somnum 4
quietem accipiens, ut membra lassa recreentur. Ps (IV, 9): ‚Dormiam et requiescam.‘ **dicam**, taedio falsae quietis affectus: **Quando consurgam?** Somnus enim mihi taedio est eo, quod falsa quies est, et nihil somno nisi terrores, et ideo B 19c
somnus non recreat, sed affligit. Sap XVII, (4): ‚Sonitus descendens perturbabat illos, et personae tristes illis apparentes pavorem illis praestabant.‘ | Unde Is XXI, E 13c
(11): ‚Custos, quid de nocte? custos, quid de nocte?‘ **et rursus**, supple consurgens in die ex taedio, **expectabo vesperam.** Unde infra XVII, (11 12): ‚Cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem.‘

Et hoc est, quod sequitur: **et**, quia, **replebor doloribus usque ad tenebras**, hoc est usque ad noctem. Ps (LXXXVII, 16): ‚Pauper sum ego, et in laboribus a iuventute mea.‘ Et ostendit hoc a continuitate doloris in corpore subdens: **In-** 5
**duta est**, hoc est undique vestita, **caro mea putredine.** Is I, (6): ‚A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.‘ **et sordibus pulveris**, alterum sub|stanti- T 17a
vum in adiectivum resolvendum est. Unde sordibus pulveris est sordibus pulverulentis. Sanies enim indurata scabiem facit, quae indurata et arefacta per pulverem recidit. Iob XXV, (6): ‚Homo

[a] tradita *FM.* [b] obligatus est *FM.*

[1] *Cf. Orig., In Exod. 5, 3; Migne 12, 329.*
[2] *Cf. Hugo de S. Vict., De sacram. 1, 7, 9; Migne 176, 290.*
[3] *Hieron., In Os. 1, 5 7; Migne 25, 860.*

putredo, et filius hominis vermis.‘ Is XIII,
(8): ‚Facies combustae vultus eorum.‘
**Cutis mea aruit**, humore sc. bono non
M 25c infusa, | **et contracta est**, hoc est, rugosa
facta est ex siccitate. Thr IV, (8):
‚Denigrata est super carbones facies
eorum, et non sunt cogniti in plateis;
adhaesit cutis eorum ossibus, et facta
est quasi lignum.‘

Hoc etiam probat brevitate vitae sub-
6 dens: **Dies mei velocius**, hoc est citius,
**transierunt**, terminum sc. vitae humanae
non attingendo ex malis sc., quae ingerit
Satanas. **quam a texente tela succiditur.**
Tela enim non succiditur, nisi ultimum filum sub tegiminis instantiam inducatur. Istius autem vita praecisa est, antequam veniret ad terminum. Is XXXVIII, (12): ‚Praecisa est velut a texente vita mea; dum adhuc ordirer, succidit me.‘ Gn XLVII, (9): ‚Dies peregrinationis vitae meae centum triginta annorum sunt, parvi et mali, et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum.‘ **et consumpti sunt**, supple ante terminum, doloribus et laboribus, **absque ulla spe**, supple recuperationis, ex inferioribus enim causis spes non erat recuperationis. Is XXXVIII, (13 14): ‚De mane usque ad vesperam finies me. Sicut pullus hirundinis, sic clamabo.‘ Iob IV, (19): ‚Qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea!‘
7 Et subdit de vitae vanitate: **Memento,**
**quia ventus est vita mea**, hoc est, vento
exsufflabili comparabilis ad breve tempus.
Iac IV, (15): ‚Quae enim vita vestra?
Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.‘ Is XL, (7): ‚Ex-
F 15d siccatum est foenum, et ceci|dit flos, quia
spiritus Domini sufflavit in eum.‘ **et non**
B 19d **revertetur oculus meus, ut videat** | **bona,**
praesentia sc., ad fructum enim praesentium bonorum nullus revertitur. Sap II,
(1): ‚Non est agnitus, qui reversus sit,
8 ab inferis.‘ **Nec aspiciet me visus hominis**, ut sc. delectari possim in amicis
in mutua visitatione. Is XXXVIII, (11):
‚Non aspiciam hominem ultra, et habitatorem quietis.‘ **sed oculi Tui**, qui iudex
es vivorum et mortuorum, **in me**, supple
sunt discutiendi, **et non subsistam**, amplius supple in vita praesenti. II. Mach VI,
(26): ‚Manum Omnipotentis neque vivus
neque defunctus effugiam.‘ Ps (CXXXVIII,
7): ‚Quo ibo | a spiritu Tuo? et quo a M 25d
facie Tua fugiam?‘

Et subdit de impossibilitate revertendi:
**Sicut consumitur nubes**, dissolutione sc. 9
solis resolventis, **et pertransit**, ita supple,
quod non sit, hoc est[a], evanescit. Ps (XVII,
13): ‚In conspectu eius nubes transierunt.‘
**sic, qui descenderit ad inferos**, hoc est
ad loca sepulchrorum, **non ascendet**, ut
iterum sc. in hac vita appareat. Is LV,
(10): ‚Descendit imber et nix de caelo,
et illuc ultra non revertitur.‘ **Nec rever-** 10
**tetur ultra in domum suam.** II. Rg XIV,
(14): ‚Omnes morimur, et quasi aquae dilabimur in terram, quae non revertuntur.‘ **neque cognoscet eum amplius locus eius**, vitae sc. praesentis. Sap II, (3): ‚Extinctus cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tamquam mollis aer; et transiet vita nostra tamquam vestigium nubis.‘

Ex omni|bus his probato, quod de die T 17b
nativitatis nihil dicendum est, nisi quod
pereat, infert subdens: **Quapropter et ego** 11
**non parcam ori meo.** Confisus enim fortitudine veritatis non contracto ore asseram[b] sententiam meam, quod sc. pereat dies huius nativitatis. III. Esdrae III, (12): ‚Super omnia vincit veritas.‘ Et ibidem (IV,
38): ‚Veritas manet et invalescit in aeter-
num et | vivit et obtinet in saecula sae- E 13a
culorum.‘ **in tribulatione spiritus mei**, hoc est, sumens argumentum de tribulatione spiritus mei, **confabulabor** disputando **cum amaritudine animae meae**, hoc est, vitae animalis, ostendens ex ea sc., quod vita humana secundum ordinem iustitiae humanae non regitur vel gubernatur. Is XXXVIII, (15): ‚Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae.‘

[a] sed *F*. [b] proferam *FM*.

12 **Numquid mare.**

Confirmatio est[a] assertionis inductae, quod sc. ordo regiminis divini in humana vita non sit secundum ordinem iustitiae[b], quae est retributio pro meritis,
M 26a sicut dixit | Eliphaz.

Hoc enim primo in se ostendit, secundo ostensum concludit propositum ibi (VII, 15): *Quam ob rem.*

In prima autem duo sunt: primo enim demonstrat se innocentem a culpa, secundo percussum in poena, et hoc est (VII, 12): *Numquid mare sum ego.* Duo imponebantur beato Iob, sc. quod inquietudine avaritiae terminos suos semper dilataret, sicut mare, quod effluens operit, et refluens trahit. Is LVII, (20): ‚Cor impii quasi mare fervens, quod quiescere
B 20a non potest.' Eccli XXIV, (43): ‚Factus | est mihi trames abundans, et fluvius meus ad mare appropinquavit.' Is V, (8): ‚Vae, qui coniungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis usque ad terminum loci! Numquid vos habitabitis soli in medio terrae?'

Hoc ergo vitium excusat dicens: **Numquid mare sum ego**, quasi dicat: non secundum quod imponebatur ei fuit, quod subiectos devoraret et opprimeret. Ir LI, (34): ‚Absorbuit me quasi draco, replevit ventrem suum teneritudine mea.' Unde Is XXVII, (1): ‚Visitabit Dominus in gladio suo grandi, et duro, et forti super Leviathan, serpentem tortuosum,
F 16a et interficiet coetum, qui in mari est.'

Et hoc excusat per hoc, quod dicit: **aut coetus**, quasi dicat: non, et tamen sum percussus et verberibus cinctus. Et hoc est: **quia circumdedisti me carcere?** ut sc. nusquam habeam libertatem exeundi. III. Rg ult. (XXII, 27): ‚Mittite virum istum in carcerem, et cibate eum pane tribulationis et aqua angustiae.' Ps (CXLI, 8): ‚Educ de carcere animam meam.' Et quod sit in carcere, sic ostendit subdens: **Si dixero.** Sic ordina lit- 13
teram: **Si loquens mecum in stratu meo dixero**, spem sc. alicuius consolationis concipiens, **consolabitur me lectus meus**, ut sc. quiete lectuli doloris obliviscar. Et hoc est: **et relevabor**[c]. A doloribus sc. infirmitatis enim alleviatur per somnum. Io XI, (12): ‚Si dormit, | salvus erit', M 26b
supple, spe frustratum **me terrebis per** 14
**somnia.** Infirmitas enim, quae per causam intus est, non sinit somniare nisi terribilia, sicut etiam in medicina dicitur, quod, in quo collectio apostematis generatur calidi somniat se flammis succendi, | et quod colligitur hydrops, frigi- T 17c
dus somniat se glacie gelari, et famelicus comedere, sitibundus[d] bibere. Is XXIX, (8): ‚Sicut somniat esuriens, et comedit, et, cum expergefactus fuerit, vacua est anima eius; et sicut somniat sitiens, et bibit, et, cum expergefactus fuerit, lassus adhuc sitit', sic facti sumus. Am III, (12 13): ‚Qui habitant in Samaria in plaga lectuli, et in Damasci grabato. Audite et contristamini.' Plaga lectuli[1] lectulus est cum plagis vel plagans; Damasci grabatum est grabatum corrupti sanguinis; et tales per somnia nihil audiunt, nisi quo contristentur.

Et hoc est, quod sequitur: **et**, id est, **per visiones**, nocturnas sc., **horrore concuties.** Ps (VI, 7): ‚Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo.'

Hoc[e] probato redit ad conclusionem, quod sc. pereat dies, in qua[f] talem potestatem super innocentes accipit Satanas. Et hoc est: **Quam ob rem elegit sus-** 15
**pendium anima mea**, ab actu et officio suspenditur anima mea, quando corpori non influit vitam. Narrat Augustinus[2] in libro de civitate Dei, quod Prothimus[g] philosophus, cum a Platone audivisset et probatum de necessitate comperisset, quod anima | post mortem viveret, praecipi- B 20b

[a] Hic ponitur confirmatio *FM.* [b] humanae *add. FM.* [c] Revelabor *E.*
[d] sitiens *FM.* [e] autem *add. FM.* [f] natus *add. ET.*
[g] *sic CC; Augustinus:* Porphyrius.

[1] *Cf. Alb., In Am. 3, 12 (XIX 218).* [2] *Cf. Aug., De Civ. Dei 22, 27; Migne 41, 795.*

E 14a tavit se dicens: Si anima post mortem | vivit, hac misera vita nolo vivere. II. Mach VI, (28): ‚Prompto animo ac fortiter pro gravissimis ac sanctissimis Dei legibus honesta morte perfungar!‘

Et hoc exponens subdit: **et mortem ossa mea**, supple elegerunt, hoc est, dissolutionem. Phil I, (23): ‚Cupio dissolvi,
M 26c et | esse cum Christo, multo magis melius.‘ Nm XI, (15): ‚Obsecro, ut interficias me, et inveniam gratiam in oculis Tuis, ne tantis afficiar malis.‘

Et huius causam subiungit, et suppletur
16 quia: **Desperavi.** Ex causis enim inferioribus spem sanitatis non habeo. **Nequaquam ultra iam vivam.** Is XXXVIII, (1): ‚Dispone domui tuae, quia non vives.‘ Eccli XLI, (3 4): ‚O mors, bonum est iudicium tuum animae indigenti, et qui minoratur viribus, defecto aetate, et cui de omnibus cura est.‘

Probato iam, quod intendit, per orationem petit, ut hoc sibi contingat.

Et hoc est: **Parce mihi, Domine!**

In oratione ista duo sunt: Petitur enim finis vitae miserrimae et quod per poenitentiam purgetur delictum ibi (VII, 20): *O custos hominum.*

F 16b In primo tria sunt: petitio sc. et | ratio petitionis ex vilitate naturae et ratio eiusdem ex amaritudine poenae. Et hoc est:

**Parce mihi, Domine!** In hoc enim parces[a], quod vitam finies[a]. Tob III, (6): ‚Fac mecum misericordiam et praecipe in pace recipi spiritum meum!‘ **nihil enim,** hoc est, nihilo comparandi, **sunt dies mei.** Ez XXVIII, (19): ‚Nihil es, et nihil eris in perpetuum.‘ Ps (LXXII, 22): ‚Ego ad nihilum redactus sum et nescivi.‘

Et subdit rationem ex vilitate naturae:
17 **Quid est homo?** Cum despectu legi debet, hoc est, quam vilis est: materia lutum, condicione servus, fortuna instabilis, actu pravus, conceptu immundus, ortu infirmus, vita miserrimus, morte doloribus plenus. **Quia magnificas eum?** hoc est, quare magnificare debeas eum; quasi dicat: nihil. | Ps (CXLIII, 3): ‚Quid est homo, T 17d
quia innotuisti ei?[b] aut filius hominis, quia reputas eum?‘

Et hoc est: **aut quid apponis,** hoc est apponere debeas, **erga eum cor Tuum,** tam vilem sc. permittendo vivere. Ps (CXLIII, 4): ‚Homo vanitati similis factus est; dies eius sicut umbra praetereunt.‘ Is LXIV, (8): ‚Pater noster | es Tu, nos M 26d
vero lutum.‘ Ir XVIII, (6): ‚Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu Mea, dicit Dominus.‘

**Visitas eum diluculo,** hoc est beneficiis 18
Tuis extollis parum illuscente bonitate Tua super eum. Os VI, (3): ‚Quasi diluculum praeparatus est egressus eius.‘ **et subito**, hoc est, post modicum, **probas illum**, hoc est, probatum ostendis, quod vilis est et nullo honore dignus. Os VI, (4): ‚Misericordia vestra, quasi nubes matutina et quasi ros mane pertransiens.‘

Et ponit rationem de amaritudine
miseriae: **Usquequo,** hoc est quamdiu, 19
**non parcis mihi?** Ps (XII, 2): ‚Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem
in corde meo per diem?‘ **nec di|mittis** B 20c
**me,** vita sc. frui sic, **ut glutiam,** hoc est, glutire possim, **salivam meam?** supple vitae interceptione. Humidum salivale secundum naturam est, quo omnis sapor et sapidis nervis gustativis, qui sunt in lingua resparsi, infunditur et quo ad incorporationem glutitur, et est sensus: non dimittit, ut aliquid sapidum vitae gustem vel glutiam. Iob VI, (6): ‚Numquid potest aliquis comedere insulsum, quod non est sale conditum, aut gustare, quod gustatum affert mortem?‘

Et quia posset dici, quod peccatum obstat exauditioni, confitetur peccatum
subdens: **Peccavi.** Simile II. Rg XII, 20
(13) dixit David: ‚Peccavi‘, et subintulit Nathan: ‚Transtulit Dominus peccatum tuum a te.‘ Ps (XXXI, 5): ‚Dixi: Confitebor adversum me iniustitiam meam Domino; et Tu remisisti iniquitatem peccati mei.‘ **quid faciam Tibi?** ut veniam sc. consequar[c]. Mich VI, (6): ‚Quid dignum

[a] parcas . . . finias *EFM*. [b] magnificas eum *E*. [c] merear *FM*.

offeram Domino?‘ **o custos hominum?** Ps (CXXVI, 2): ‚Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.‘ Item Ps (CXX, 4): ‚Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.‘ **Quare me posuisti contrarium Tibi,** posuisti dicit, non fecisti, quia percussione posuit eum ut contrarium, quamvis actu contrarius non esset. Simile II. ad Cor V, (21): ‚Eum, qui non
M 27a noverat peccatum, | peccatum pro nobis fecit Deus.‘ Ps (XLIII, 14): ‚Posuisti nos opprobrium vicinis nostris.‘ **et factus sum mihimetipsi gravis?** percussionibus
E 14b sc. Tuis. II. ad Cor I, (8) | : ‚Supra modum gravati sumus et supra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere.‘

Et subdit de emendatione[a] peccati per
**21** poenam: **Cur,** supple per poenas saltem, **non tollis peccatum meum?** indulgendo sc., ut saltem percusso parcas. Ir XXXI, (19): ‚Postquam convertisti me, egi poenitentiam.‘ Et parum ante (XXXI, 18): ‚Castigasti me, et eruditus sum, sicut iuvenculus indomitus.‘ Ps (CXVII, 18): ‚Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me.‘

**et quare non aufers iniquitatem meam?** Quam sc. commisi in proximum, cum de Te sc. scriptum sit Is XXVII, (9): ‚Quod iste est omnis fructus tribulationis, ut auferatur peccatum eius.‘ Is XL, (2):
F 16c ‚Dimissa est in iquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.‘

Et ostendit se percussum subdens:
T 18a **ecce nunc in pulvere dormio**, hoc est, carne induta putredine et sordibus pulveris somnium mortis accipio. Is XLVII, (1): ‚Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylon!‘ **et,** tam cito supple moriar, **si mane me quaesieris**, in vita hac sc., **non subsistam.** Is XXIV, (20): ‚Auferetur sicut tabernaculum unius noctis‘, unde significatur per hederam, Ion IV, (10): ‚Sub una nocte nata est, et sub una nocte periit.‘

## CAPITULUM VIII. B 20d

**Respondens autem Baldach Suhites dixit.** 1

REPETATUR positio Baldach. Convenit enim cum Eliphaz in hoc, quod mundus regitur secundum ordinem[b] iustitiae, quod est retributio pro meritis. Sed addit duo, sc. quod peccans per poenitentiam resurgere potest et effugere iudicium, et quod, si aliquando punit Deus in damnis[c] vel corpore, dummodo punitus poeniteat et patienter agat, multipliciter poeniteat, et recompensat in remuneratione poenitentis.

His ita notatis dicimus, quod responsio ista dividitur in duas partes.

In prima | ponitur redargutio condis- M 27b
putantis, in secunda probatio suae positionis, quae est solutio quaestionis sive orationis ibi (VIII, 3): *Numquid Deus.*

Et hoc est: **Respondens autem Baldach Suhites.** A nomine et a loco describitur. Ex utroque enim habuit nomen sapientiae; Baldach enim vetustas sola interpretatur, eo quod solus quasi antiquorum obtinuerit sapientiam; antiquorum enim est sapientes esse, unde Graecias[d] reprehendens Solonem, sicut dicitur in Timaeo Platonis [1], dixit: Graeci pueri estis, et non est in vobis ulla cana sapientia. Sap IV, (9): ‚Cani sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata.‘ Iob XII, (12): ‚In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia.‘ Suhites vero loquens sui eo, quod in rhetoricis studuerat et eloquens fuit ad proponendum. Sap X, (21): ‚Sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas.‘

**dixit,** contra Iob sc. proponendo et ponit redargutionem, quae impatienti et protervo debetur. **Usquequo loqueris talia,** 2
quae sc. tui iustificationem et Dei sonant iniustitiam. Ps (CXLII, 2): ‚Non iustificabitur in conspectu Tuo omnis vivens.‘ Dan IX, (15 16): ‚Peccavimus in omnem

[a] mundatione *FM.* [b] humanae *add. FM.* [c] rebus *FM.* [d] sic *CC.* *Plato: Κριτίας.*

[1] *Plato, Tim. 22 B (ed. Bip. 1789 IX 290).*

iustitiam Tuam.' **et spiritus**, irae sc. indignationis et impatientiae. Et hoc est: **multiplex.** Is II, (22): ,Quiescite ab homine, cuius spiritus est in naribus eius.' Et in III. Ethicorum Aristoteles[1] inducit Homerum dicentem, quod fortes efflabant spiritum per nares et ebullivit sanguis.

Et quia talem spiritum ostendit, sermone dicitur: **sermonis oris tui?** Unde Iob XV, (5): ,Docuit iniquitas tua os tuum, et imitaris linguam blasphemantium.' Et tangit, quod ante dictum est in verbis Iob VI, (2): ,Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas, quam patior, in statera!' Hoc enim sonare videtur, quod aliquid iniquitatis sit apud regentem humanam vitam, et spiritum indignationis et iram. Unde et sequitur (VI, 3): ,Verba mea
E 14c M 27c dolore sunt plena.'
Et ponit responsionem ad orationem sive quaestionem, et dividitur in partes duas:

Primo enim ponit eam, secundo probat ibi (VIII, 8): *Interroga.*

T 18b Ponendo tria facit: ponit enim primo apud iudicem non esse iniquitatem, secundo poenitentem posse resurgere per
B 21a poenitentiam, tertio multiplicem damnorum recompensationem.

3 Et hoc est: **Numquid Deus supplantat,** hoc est praecipitat[a] **iudicium?** sc. rectum supple, quasi dicat: non. Praecipitando enim iustitiam praecipitaret se ipsum, quia ipse iustitia sua est, a qua suum informatur iudicium. Ps (VII, 12): ,Deus iustus iudex, fortis et patiens.' **et Omnipotens,** a quo appellari non licet, nec potest, **subvertit, quod iustum est?** Quasi dicat: non. Et accipit iustum secundum determinationem Platonis[2], quod iustum est retribuere pro meritis. Ez XVIII, (28): ,Nonne viae Meae aequae sunt?' Et subdit (Ez XVIII, 20): ,Iustitia
F 16d iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum.'

4 Et subiungit de poenitentia: **Etiam si,** hoc est, quamvis **filii tui peccaverunt ei,** hoc est, contra Deum. Ps (L, 6): ,Tibi soli peccavi'; **et,** supple ideo, **dimisit eos,** hoc est, abiecit per sententiam condemnationis; **in manu,** hoc est, in operatione, **iniquitatis suae,** supple quam fecerunt. Ez XVIII, (26): ,In iniustitia sua, quam operatus est, morietur.' Ir XV, (1 2): ,Eice illos a facie Mea, et egrediantur, qui ad mortem, ad mortem; qui ad gladium, ad gladium.'

**Tu tamen** non obstante iniquitate filio- 5
rum. Ez XVIII, (20): ,Pater non portabit iniquitatem filii.' **si diluculo,** hoc est cito, Eccli V, (8): ,Non tardes converti ad Dominum', **consurrexeris,** hoc est, toto corde surrexeris, **ad Deum,** per poenitentiam sc. Thr II, (19): ,Consurge, et lauda in principio vigiliarum.' Eph V, (14): ,Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis.' **et Omnipotentem fueris deprecatus,** in oratione sc. devota. Eccli XXXIX, (6): Iustus ,cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur'.

Et quia opus pravum aliquando contra-
dicit orationi, ideo subdit: **si mundus,** in 6
passionibus sc. impatientiae et irae et M 27d
concupiscentiae, **et rectus** in opere iustitiae **incesseris** proficiendo sic in tota conversatione[b]. **statim evigilabit ad te,** illuminando te sc. et influendo tibi bona, quod ante sc. quasi dormiens dissimulavit. Ir XXXI, (28): ,Sicut vigilavi super eos, ut evellerem, et demolirer, et dissiparem, et disperderem, et affligerem, sic vigilabo super eos, ut aedificem et plantem.'

**et pacatum reddet habitaculum iustitiae tuae,** hoc est, quod meritum iustitiae tibi aedificat. Ex I, (21): ,Timuerunt obstetrices Deum, et aedificavit illis domos.' Ps (LIV, 23): ,Non dabit in aeternum fluctuationem iusto.'

Et hoc est, quod sequitur: **in tantum,** 7
recompensando sc. damna et poenas, **ut si priora tua,** in possessionibus sc. et familia, **fuerint parva,** respective, sc., quamvis in se magna fuerint, et **novissima tua,**

[a] subvertit *FM.* [b] Ps LXXXIII, 8: ,Transiliunt a virtute in virtutem' *add FM.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 3, 11, 10 (II 34).* [2] *non inveni. Cf. Alb., Summ. Th. 2, 16, 104, 1 (XXXIII 264).*

quae post poenitentiam restituet, **multi-
plicentur nimis**, hoc est, incomparabiliter.
Ioel II, (24 25): ‚Replebuntur areae[a]
frumento, et redundabunt torcularia vino
et oleo. Et reddam vobis annos, quos
B 21b comedit | locusta, bruchus et eruca[b] et
rubigo.‘ Est X, (6): ‚Fons parvus crevit
in fluvium, et in lucem solemque con-
versus est, et in aquas plurimas redun-
davit.‘

Hanc probationem probat subdens:
8 **Interroga.**

Et duas habet partes. In prima probat,
in secunda probata iam utitur ad pro-
positum ibi (VIII, 20): *Deus non proiciet.*
T 18r In prima duo sunt. Probat enim primo |
per auctoritatem, secundo per similitudi-
nem metaphorae ibi (VIII, 11): *Numquid
vivere potest?*

In prima tria facit: Excitat auditorem,
et attentum facit ad probationem, ne-
cessitatem probationis ostendit et[c] utili-
tatem.

Et hoc est: **Interroga enim generatio-
nem pristinam**, hoc est, successionem pa-
trum antiquorum. Dt XXXII, (7): ‚Inter-
roga patrem tuum, et annuntiabit tibi,
maiores tuos, et dicent tibi.‘

**et diligenter**, hoc est cum studio, **in-
vestiga patrum memoriam**, hoc et memo-
M 28a rabilia facta. Ps (LXXVI, 6): | ‚Cogitavi
dies antiquos; et annos aeternos in mente
E 14d habui.‘ Ir VI, (16): ‚State super | vias
vestras, et interrogate de semitis antiquis.‘
Ps (LXXVI, 12): ‚Memor ero ab initio
mirabilium Tuorum.‘

Et necessitatem huius ostendit dicens:
9 **hesterni quippe sumus**, hoc est, iuvenes,
**et**, supple ideo, **ignoramus**, tamquam in-
experti. Aristoteles in I. Ethicorum[1]:
Non differt aetate vel moribus puerilis.
Ps (XXIV, 7): ‚Delicta[d] iuventutis meae
et ignorantias meas ne memineris.‘ **quon-
iam sicut umbra**, Ps[d] (CVIII, 23): ‚Sicut
umbra, cum declinat, ablatus sum.‘ **dies
nostri sunt super terram**, in quibus sc.
umbra paulatim crescit, parum stat, subito
declinat. Sap V, (9): ‚Transierunt omnia
illa tamquam umbra, et tamquam nun-
tius praecurrens.‘ Ps (CI, 12): ‚Dies mei
sicut umbra declinaverunt, et ego sicut
foenum arui.‘

Et subdit utilitatem: **Ipsi**, sc. patres 10
factis memorabilibus **docebunt te**, ea sc.,
quae | dixi, **et de corde suo** meditata et F 17a
perscrutata **proferent eloquia**, hoc sc. quod
Deus non supplantat iudicium et Omni-
potens non subvertit, quod iustum est.
In omnibus enim generationibus antiquis
invenitur, quod super bonis bona, et malis
mala fecit. Sapientes enim de corde lo-
quuntur, stulti autem non nisi de ore.
Eccli XXI, (28)[e]: ‚Os fatuorum ebullit
stultitiam.‘ Ibidem (Eccli XXI, 29): ‚In
ore fatuorum cor eorum, et in corde sa-
pientium os eorum.‘

**Numquid vivere**[f].

Secunda probatio est, in quo tria facit[g]:
Ponit similitudinem[h], adaptat eam ibi
(VIII, 13): *Sic viae,* tertio pertractat, ut
videatur esse ad propositum ibi (VIII, 13):
*Humectus videtur.*

Et hoc est: **Numquid vivere potest** 11
**scirpus absque humore?** Scirpus[2] est
iuncus magnus, quia absque omni nodo
est, nihil habet, in quo stet nutrimentum,
et ideo non viret, nisi continue trahat hu-
morem. Nodus enim in calamo vel planta
ad hoc est, ad quod est stomachus vel
intestinum, quod dicitur involutum in
homine vel animali, sc. ut stet et dige-
ratur nutrimentum et non cogatur con-
tinue sollicitari | pro cibo. Continue enim M 28b
sollicitaretur pro | cibo, si acceptum nutri- B 21c
mentum directe et statim transiret. Et
intendit dicere, quod Iob fuit sicut scirpus
extra virens, intus vanus, et continue
sumens humorem et nutrimentum per

[a] horreae *FM.* [b] tinea *F.* [c] eius *add. FM.* [d] Delicta . . . Ps *om. E.*
[e] Eccli XXI: Os stultorum obtulit stultitiam. Ibi: In ore. *Sic F.* . . . stultorum ebulit . . . *M.* *Vide Prv 15, 2; in lib. Ecclesiastico c. 21: verbotenus non invenitur.*
[f] *sic CC,* virere *Vulgata.* [g] Primo *add. FM.* [h] secundo *add. FM.*

[1] *Cf. Arist., Mor. Eud. 7, 2, 15 (II 221).*
[2] *Cf. Alb., De veget. 6, 2, 4, § 320 (X 230); 1, 2, 1, § 113 (X 28); 2, 1, 3, § 38 (X 54).*

avaritiam. Eccle V, (9): ‚Avarus non implebitur pecunia.‘ Prv XXX, (15): ‚Sanguisugae duae sunt filiae dicentes: Affer! affer!‘

**aut crescere carectum sine aqua?** Carectum[1] gladiolus est, qui etiam nodum nullum habet in foliis, et viret extra, et est intus vanum; et per eandem causam qua scirpus non potest esse sine continuo tractu aquae et humoris, sed in hoc differt, quod dilatatur in foliis, quod non T 18a facit scirpus, omnia tamen | folia proicit ex radice, nullum ex stipite, quia stipitem non habet, propter quod in scientia de plantis inter herbas et non inter olera computatur. Herba enim est, ut dicit philosophus[a] [2], quae ex una radice multa proicit folia sine stipite.

Et per carectum intendit filios et familiam, qui propter continuum tractum rapinae consumpti sunt. Quod sub alia metaphora dicitur Prv XXX, (16): ‚Terra non satiatur aqua.‘

12 Et hoc ostendit subdens: **Cum adhuc sit in flore,** sc. scirpus. Et[b] attende, quod verum florem non habet scirpus, sed loco floris in summitate sui quasdam emittit virgulas parvas[c] et breves, in quarum summitate formantur quaedam grana vana, quae sunt loco fructus. Et intendit[d], quod honestas, qua videbatur florere Iob, non fuit vera, sed apparens. Ir XLVIII, (9): ‚Date florem Moab, florens egreditur.‘

**nec carpatur manu,** supple carectum, et attende, quod duplex est carectum: maius et minus. Maius in extremis folii planum est et lene, minus in extremis foliorum dentatum est et asperum et valde incisivum, sicut falx metentis; et hoc non carpitur manu, quia secaret manum carpentis. M 28c Et intendit | dicere, quod ita odivit[e] correptionem, quod tangi manu corripientis non potuit. Unde Iob IV, (5): ‚Nunc autem tetigit te, et conturbatus es.‘ Ad tactum enim | E 15a conturbatur, qui correptionem non sustinet. Eccli XXI, (7): ‚Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris.‘

**ante omnes herbas arescit;** destituta sc. scirpus et carectum humore sc. influente. Ps (CXXVIII, 6): ‚Fiant tamquam[f] foenum tectorum, quod, priusquam evellatur, exaruit.‘ Is XVIII, (5): ‚Ante messem totus effloruit et immatura perfectio germinavit.‘

Metaphoram autem inductam adaptat dicens: 13 **sic viae omnium, qui obliviscuntur Deum.** Oblivisci dicitur Dei, qui Deum prae oculis non habet. Ps (IX, 18): ‚Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quae obliviscuntur Deum.‘ Et iterum (Ps X, 5): ‚Non est Deus in conspectu eius, inquinatae sunt viae eius in omni tempore.‘ Is LVII, (11): ‚Mentita es, et Mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia Ego tacens et quasi non videns, et Mei oblita es.‘ Ir II, (32): ‚Populus Meus oblitus est Mei diebus innumeris.‘ | F 17b B 21d **et spes hypocritae** | **peribit.** Hypocrita proprie vocatur homo larvatus, aliam faciem extra exhibens, et aliam intus habens. Mt VII, (15): ‚Attendite a falsis prophetis‘[g]. Sap V, (15): ‚Spes impii quasi lanugo, quae a vento tollitur.‘

Et huius subiungit rationem: 14 **Non ei,** hoc est Deo, **placebit vecordia sua,** hoc est hypocritae. Vecors enim est, qui recto corde facit oppositum. Unde Gregorius[3] vecordem esse asserit, qui hortis sitientibus aquas in flumine fundit. Prv XII, (8): ‚Qui vanus et vecors est, patebit contemptui.‘ Ir IV, (22): ‚Stultus populus Meus Me non cognovit. Filii insipientes et vecordes; sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.‘

**et sicut tela aranearum,** facile sc. dissipabilis | M 28d **fiducia eius,** hoc est divitiae eius, in quibus | T 19a habet fiduciam. Is LIX,

[a] Aristoteles *EFM.* [b] sed *FM.* [c] paucas *FM.* [d] per hoc *add. FM.*
[e] odio habuit *FM.* [f] sicut *EFM.*
[g] qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces *add. FM.*

[1] *Cf. Alb., De veget. 6, 2, 8, § 355 (X 239).* [2] *Arist., De plantis 1, 12 (IV 25).*
[3] *Cf. Greg., Mor. 8, 43, 70; Migne 75, 844.*

(5): ,Telas araneae texuerunt.' Et post pauca (Is LIX, 6): ,Telae eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis. Opera eorum, opera inutilia, et opus iniquitatis in manibus eorum.' Ps (XXXVIII, 12): ,Tabescere fecisti, sicut araneam, animam eius.'

15 Quod qualiter sit, subdit: **Innitetur,** hoc est appodiabit se, **super domum suam,** hoc est confidet de divitiis et gloria, **et non stabit,** id est cadet. Is XXXVI, (6): ,Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, cui, si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, et perforabit eam.'

**fulciet eam**, undique se muniens augmento divitiarum, **et non consurget**; quod enim in Deo fundatum non est, consurgere non potest. Mt VII, (27): ,Venerunt flumina, flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit et facta est ruina eius magna.' Iob XX, (28): ,Apertum erit germen domus illius; detrahetur in die furoris Domini.'

16 **Humectus videtur.**

Hic pertractat metaphoram, ut ostendat, eam esse ad propositum in tribus, in germine, in plantatione, in evulsione.

Et hoc est: **Humectus videtur.** Scirpus in palustribus enim est et multo humore infusus, et tunc viret, **antequam veniat sol**, ardore, sc. exsiccans paludes. Per solem enim intelligitur iudicium Dei, quod impietatem manifestat et exsiccat. Iac I, (11): ,Exortus est sol cum ardore, et arefecit foenum, et flos eius decidit, et decor vultus eius deperiit.'

**et in ortu suo**, supple antequam veniat sol, hoc est, in summitate sua, **germen eius**, vanum sc., **egredietur.** Secundum naturam enim est, quod humidum aqueum insipidum facile epotabile et exsiccabile a sole, ut dicit Aristoteles[1]. Is XV, (6 7): ,Aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit. Secundum magnitudinem operis, et visitationem eorum.'

Et subdit de plantatione, quantum ad
locum generationis: **Super acervum pe-** 17
**trarum,** durarum sc. et frigidarum, | quae, M 29a
sc. sicut in III. Meteorologicorum[2], dicuntur, frigidas retinent aquas. **radices**
**eius densabuntur,** | hoc est multiplica- B 22a
buntur. Et intendit, quod ministri et filii Iob, in quibus radicatus fuit, duri fuerunt ad subiectos et impii. Iob XLI, (15): ,Cor eius indurabitur, quasi lapis.'

**et inter lapides commorabitur,** scirpus sc., et intendit, quod Iob noluit habere conversationem, nisi cum duris, qui ad virtutem insensibiliter se habebant, ut[a] lapides. I. Rg XXV, (37): ,Emortuum est cor eius intrinsecus, et factum est quasi lapis.'

Et subdit de amissione: **Si,** supple ali- 18
quis, **absorbuerit**, hoc est separaverit **eum,** sc. scirpum, **de loco suo,** supple per
evulsionem, | **dicet**, opere sc.: **Non novi** E 15b
**te.** In alio enim loco nescit crescere nec morari, nisi inter lapidosos et petrosos.
Iob XIX, (10): ,Quasi evulsae | arbori F 17c
abstulit spem meam.' Ir XII, (14): ,Evellam eos de terra sua.'

Et huius subiungit causam: **Haec est** 19
**enim laetitia viae eius,** hoc est profectus eius, quod sc. sit[b] in tali loco. Prv II, (14): ,Laetantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.'

**ut rursum,** sc. per successionem filiorum, **de terra,** humecta sc. et petrosa, **alii,** sc.
scir|pi, **germinentur,** hoc est generentur. T 19b
Sap IV, (6): ,Ex iniquis somnis filii, qui nascentur, testes sunt nequitiae, adversus parentes eorum.'

Sic probata sua prima positione, sc. quod Deus non supplantat iudicium, utitur
ea ad propositum subdens: **Deus non** 20
**proiciet simplicem,** simplicitate sc. virtutis. Prv X, (29): ,Fortitudo simplicis via Domini.' **nec porriget manum**, hoc est adiutorium gratiae, **malignis.** Ps (XIV, 4): ,Ad nihilum deductus est in conspectu
eius malignus.' **donec,** supple si poenitueris, 21
**impleatur risu**, hoc est pleno[c] risu, qui nihil habet fletus, **os tuum.** Prv ult. (XXXI,

[a] sicut *FM.* [b] fit *E.* [c] gaudio et *add. FM.*

[1] *Arist., Meteor. 2, 4, 4 (III 583).* [2] *Cf. ib. 1, 13, 13 (III 569).*

25): ‚Ridebit in die novissimo.‘ Luc VI, (21): ‚Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis.‘
M 29b **et labia tua,** | supple impleantur, **iubilo.**
Gregorius[1]: ‚Cum tanta laetitia corde
concipitur, quam sermo non explicit, et
tamen os sonat.‘ Ps (LXXXVIII, 16):
‚Beatus populus, qui scit iubilationem.‘
Quia autem inimicos habuit Chaldaeos
22 et Sabaeos, ideo subdit: **Qui oderunt te,**
**induentur confusione,** ut undique sc.
operti sint[a] confusione. Mich VII, (10): ‚Aspiciet me inimica mea, et operietur confusione.‘ Ps (CVIII, 29): ‚Induantur sicut diploide confusione sua.‘ **et tabernaculum impiorum.** Gregorius[2]: hoc est, aedificatio terrenae felicitatis. **non subsistet.** Is XXIV, (20): ‚Auferetur quasi tabernaculum unius noctis; et gravabit eam iniquitas sua et corruet.‘

## CAPITULUM IX.

1 **Et respondens Iob ait.**

HAEC responsio Iob contra Baldach
in duas partes dividitur, in quarum
prima, sicut bonus respondens et bonus
socius promovens commune opus ostendit,
semper concedenda esse vera; in secunda
B 22b ad suam positionem rever|titur et ponit[b]
humanam vitam ordine humanae iustitiae
non gubernari, infra (X, 1) ibi: *Taedet animam meam vitae meae.*

Prima harum dividitur in duas: In prima id, quod concedendum est, multis rationibus probat verum esse. In secunda dicit, quod hoc non negavit, sed aliud quiddam dixit, contra quod nec Eliphaz nec Baldach disputavit ibi (IX, 22): *Unum est, quod locutus sum.*

Prima adhuc duo habet. Dicit enim[c] id, quod ab omnibus concedendum est primo[d], secundo probat ibi (IX, 4): *Sapiens corde est.*

In primo duo sunt: Confessio veritatis et ratio confessionis.

Et hoc est: **Et respondens Iob ait.**
I. Petr III, (15): ‚Parati[e] omni poscenti
vos reddere rationem de ea, quae in vobis
est, spe‘[f]. **Vere scio,** hoc est vera revela- 2
tione et vera ratione. Io XIV, 26: ‚Ille
vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia.‘ Eccli XVII, (6): ‚Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit corda eorum et mala et bona ostendit illis.‘ **quod ita sit,** sicut dixisti sc., quod Deus
non subvertit iudicium et Omnipotens non
supplantat, | quod iustum est. **et,** etiam M 29c
supple s c i o v e r e, q u o d i t a s i t, sicut
dixit Eliphaz, **quod non iustificetur homo comparatus Deo.** Omnis enim rectitudo humana iniustitia est iustitiae divinae comparata. Is LXIV, (5 6): ‚Peccavimus et in ipsis fuimus semper. Et facti sumus ut immundus omnes nos, quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae.‘ Ps (XIII, 3) et Rom III, (12): ‚Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.
Non est, qui facit bonum, non est usque
ad unum.‘ | F 17d T 19c
Et dat rationem huius confessionis: **Si** 3
**voluerit contendere cum eo,** in iudicio
supple, **non poterit respondere unum** perfectum in iustitia vel opus **pro mille,** hoc est pro infinitis illis[g], quae ille proponit contra eum errata et imperfecta. Unde in Ps (CXLII, 2) dicitur: ‚Non intres in iudicio cum servo Tuo, quia non iustificabitur in conspectu Tuo omnis vivens.‘ Ir II, (9): ‚Adhuc contendam iudicio vo-
biscum, ait Dominus, et cum | filiis vestris E 15c
disceptabo.‘ Mich VI, (1): ‚Surge, et contende iudicio adversum montes, et audiant colles vocem tuam.‘ Omnes enim convincit. Unde Is LXIV, (6) iustitiam Dei intuens dixit: ‚Cecidimus quasi folium universi, et iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos.‘

Et huius subiungit probationem, et

[a] operiantur *FM.* comperti sint *E.* [b] probat *TEFM.* [c] primo *add. FM.*
[d] primo *deest in FM.* [e] semper ad satisfactionem *add. FM.* [f] et fide *add. FM.*
[g] illis *deest in EFM.*

[1] *Greg., Mor. 8, 52, 88; Migne 75, 856.* [2] *Greg., Mor. 8, 54, 91; Migne 75, 857.*

habet partes duas, sc. iustitiae divinae probationem et probationis ad propositum adaptationem ibi (IX, 14): *Quantus ergo ego sum?*

Probatio duo habet: sc. probationem et conclusionem ibi (IX, 13): *Deus, cuius resistere irae.*

In probatione primo procedit particulariter, secundo universaliter ibi (IX, 10): *Qui facit magna.* Particulariter procedit ex duobus: Ex virtute sc., quae est causa incomparabilis iustitiae, et ex opere, quod est signum iustitiae ibi (IX, 8): *Qui extendit caelos.*

4 Et hoc est: **Sapiens corde est**, et ideo perfectus ad ordinandum iusta, unde Aristoteles[1] in primo Primae Philosophiae: B 22c Sa|pientis est ordinare, non ordinari. Ps (CIII, 24): ‚Omnia in sapientia fecisti.‘

**et fortis robore**, ad exsequendum sc. in opere, quidquid ordinaverit. Nm XXIII, (22) et XXIV, (8): ‚Fortitudo eius sicut rhinocerontis,‘ cui sc. nihil resistit. Is IX, (6): M 29d ‚Vocabitur: | Admirabilis, Deus, Fortis.‘

Et huius signum ponit primo in generali, secundo in particulari.

Et hoc est: **quis restitit ei**, in iudicio supple, volens se iustificare, **et pacem habuit?** ita sc. quod fortitudine iustitiae, in qua confidebat, in pace remanserit, non punitus, quasi dicat: nullus. Hebr II, M 60a l. 17 F 33a l. 16 (2): ‚Omnis inoboedientia et praevaricatio iustam | accepit[a] mercedis retributionem.‘ II. Petr II, (4—6): ‚Angelis peccantibus non pepercit, originali mundo non pepercit, civitates Sodomorum et Gomorrhaeorum in cinerem redigens eversione damnavit.‘ Iob VII, (20): ‚Posuisti me contrarium Tibi, et factus sum mihimetipsi gravis.‘ Is LVII, (21): ‚Non est pax impiis, dicit Dominus.‘

5 Et hoc subdit in particulari: **qui transtulit montes**, magnos sc. a saeculo, Nabuchodonosor[2], Holofernem[3], Sisaram[b][4] et alios. Eccli X, (8): ‚Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias et iniurias.‘ Zach IV, (7): ‚Quis[c] tu, mons magne, adversus Zorobabel in planum?‘ Ps (XLV, 3): ‚Transferuntur montes in cor maris.‘

**et nescierunt**, hoc est praescire non potuerunt, ut caverent. Ps (LXXII, 22): ‚Ad nihilum redactus sum, et nescivi.‘ Ct VI, (11): ‚Nescivi: anima mea conturbavit me.‘ **hi**, sc. montes, **quos subvertit in furore suo.** Iob XXVIII, (9): ‚Ad silicem extendit manum suam, subvertit a radicibus montes.‘

6 Et subdit aliud signum: **qui commovet terram**, hoc est terram inhabitantes[d], **de loco suo**, eiciendo sc. Eccli X, (17): ‚Sedes ducum superborum destruxit Deus.‘ Et post pauca (X, 19): ‚Terras gigan|tium[e] | T 19d M 60b evertit Dominus, et perdidit eos usque ad fundamentum.‘

**et columnae eius**, hoc est principes sustentantes eam, **concutientur**, cadentes sc. Hoc significatur Idc XVI, (29 30), ubi Samson, qui sol fortis interpretatur, concussis columnis, quibus domus innitebatur, domum praecipitavit super Philistheos.

7 Et subdit aliud signum: **qui praecipit soli, et non oritur**, hoc est per circulum suum non movetur, sicut Ios X, (12): | M 30a ‚Sol contra Gabaon, ne movearis, et luna contra vallem Aialon‘[f]. Hab III, (11): ‚Sol et luna steterunt in habitaculo suo.‘

**et stellas claudit**, ne sc. scintillent in consolationem, **quasi sub signaculo** impediente, sc. ne lumen vivificum illustret | F 18a peccatores. Is XIII, (10 11): ‚Stellae caeli, et splendor earum, non expandent lumen

[a] *A verbo* accepit *usque ad* ulterius addit *col. 142/27 F et M dupliciter scripserunt F f. 17d—19a et f. 33a, l. 16—f. 34a, l. 39; M f. 29d—32a et f. 60a, l. 17—f. 62c, l. 26.*

[b] sysuram *E*, syzaram *B*, Sysaram *TFM.*

[c] Numquis *FM*; *totum citatum Zach IV, 7 deest in F 33a, M 60a.*

[d] Ps (LIX, 4): ‚Commovisti terram, et conturbasti eam‘ *add. F 33a, M 60a.*

[e] gentium *TFM.* [f] haylon *TBFM*, Babylon *E.*

[1] *Arist., Metaph. 1, 2, 3 (II 470).* [2] *Cf. Dn 4, 28 29.* [3] *Cf. Idt 13, 28.*

[4] *Cf Idc 4, 2 25.*

suum; obtenebratus est sol in ortu suo,
et luna non splendebit in lumine suo. Et
visitabo super orbis mala.'
Et subdit fortitudinem in opere crea-
8 ti|onis et gubernationis: **Qui extendit**
B 22d **caelos solus**, hoc est sine adiutorio. Dt
XXXII, (12): ‚Non erat cum eo deus
alienus.' Extendit autem a polo in polum,
et ab oriente in occidentem. Ps (CIII, 2):
‚Extendens caelum, sicut pellem.' Dicit
autem caelos, quia multi sunt caeli.
**et graditur super fluctus maris**, cal-
E 15d cans sc. et comprimens eos, | ne sc. suos
excedant terminos. Iob XXXVIII, (8):
‚Conclusit ostiis mare, quando erumpebat
quasi de vulva[a] procedens.'
9 **Qui facit: Arcturum**[1], polum sc. arcticum,
ut principium frigoris. Ps (LXXXVIII, 13):
‚Aquilonem et mare Tu creasti.'
**et Orionas**[b]. Orion constellatio est
versus meridiem, lucens sub sagittario,
et sole existente in sagittario cum sole
oritur ortu cosmico sive mundano, et
F 33b principium | est hiemalis tempestatis,
quando frigidum movet ad elementorum
commixtionem, ut inspissentur elementa
ad generationem.
M 60c **et Hyadas.** Hyades dicuntur a Graeco |
hydor, quod est aqua; et sunt stellae,
quae dicuntur caput tauri; et oriuntur
ortu cosmico in maio[2], qui etiam maius
quasi madius dicitur propter eas; et
movent humidum generationis ad nativi-
tatem et germen.
**et interiora Austri.** Interiora Au-
stri dicuntur, quia sub axe sphaerae in
polo antarctico nobis in quarta aquilonari
terrae habitantibus deprimuntur, unde
Lucanus[3]:

‚Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Occultum Styx atra[c] tegit.'

Et stellae ibi positae principium sunt
M 30b caloris. Iob XXXVII, (17): | ‚Nonne vesti-
menta tua calida sunt, cum perflata fuerit
terra Austro?' Et sensus est, quod caelum
generationis principium est. In quadam
parte sui facit principium frigoris, et in
quadam parte principium caloris, et in
quadam parte principium commixtionis
elementorum, et in quadam principium
nativi humidi. Bar III, (33 35): ‚Qui
emittit lumen, et vadit; et vocavit illud,
et oboedit illi in tremore. Stellae autem
dederunt lucem in custodiis suis, et
laetatae sunt; vocatae sunt et dixerunt:
Assumus. Et luxerunt ei cum iucunditate,
qui fecit illas.'
Et quae in particulari dixit, in univer-
sali subdit: **qui facit magna**, mole | sc. 10
et virtute. Ir X, (6): ‚Magnus es Tu, et T 20a
magnum nomen Tuum in fortitudine.' **et**
**inscrutabilia**, quorum causa sc. ab homine
non invenitur. Eccle I, (8): ‚Cunctae res
difficiles; non potest homo explicare eas
sermone.' **et mirabilia**, quorum causa alta
est. Ps (XCII, 4): ‚Mirabilis in altis Domi-
nus.' **quorum non est numerus**, ad minus
quantum ad potestatem facientis, non enim
aliquo numero finitur. Ps (CXLVI, 5):
‚Sapientiae eius non est numerus.'
Et subdit de incomprehensibilitate: **Si** 11
**venerit ad me**, in aliquo sc. effectu ap-
parens gratiae vel naturae, **non**, | supple B 23a
perfecte, **videbo eum**, quia effectum in
lumine in infinitum excedit. Ir XXXII,
(19): ‚Incomprehensibilis cogitatu.' Ps
(LXXVI, 20): ‚Vestigia Tua non cogno-
scibilia.'
**si abierit**, effectum sc. subducendo **non**
**intelligam**, supple, ubi sit. Io III, (8):
‚Nescis unde veniat, aut | quo vadat.' M 60d
**Si repente interroget**, discussione sc. iu- 12
dicii, **quis respondebit ei?** hoc est: quis
confidens de iustitia propria respondere
audebit. Rom IX, (20): ‚O homo, tu quis
es, qui respondeas Deo?' Mt XXII, (12):
‚At ille obmutuit.' **vel quis dicere potest:**
**Cur ita facis?** Rom IX, (20): ‚Numquid

[a] vulvam *F 18a*, *M 30a*; de vulva *F 33a*, *M 60b*.
[b] orionas *F 18a*, *M 30a*; originas *F 33a*, *M 60b*. [c] a terra *E*.

[1] **Arcturus** *constellatio in minori Ursa cf. Alb., In Am. 5, 8 (XIX 234).*
[2] *Cf. Alb., De vegetabilibus l. 6, tr. 1, c. 8, § 34 (X 166).*
[3] *Cf. Lucani Pharsalia (ed. Bipont 1783), ubi verbotenus non invenitur, vide attamen Vergil., Georg. 1, 242.*

dicit figmentum ei, qui se finxit[a]: cur
fecisti me sic?'
Ex omnibus his universaliter concludit
13 subdens: **Deus, cuius resistere irae nemo
potest**, eo quod iusta et rationabilis est
ira eius. Ir XLIX, (19): ‚Quis resistere
M 30c potest | vultui Meo?' Mal III, (2): ‚Quis
stabit ad videndum eum?'
**sub quo**, hoc est: quia sub illo **cur-
vantur** fracti, sc. principes, **qui portant**
sapientia et virtute **orbem?** Illi enim
primi deficient. Sap VI, (7): ‚Potentes
F 18b potenter tormenta | patientur.' Eccli XXIV,
(11): ‚Superborum et sublimium colla
propria virtute calcavi.'
14 **Quantus ergo sum ego?**
Adaptat sibi, quod probavit, quasi a
maiori arguens, ac si dicat: Si tales et
tanti respondere non possunt, non ero
tam praesumptuosus, quod ego iustitiae
meae confidens respondeam. Et hoc est:
**Quantus ergo**, hoc est, quam exiguus,
**sum ego, qui respondeam ei**, I. Rg IX,
(21): ‚Numquid non filius Iemini ego sum
de minima tribu Israel? et cognatio mea
novissima inter omnes familias de tribu
Beniamin?'
**et loquar verbis meis**, humanis sc., **cum
eo?** Gn XVIII, (27): ‚Loquar ad Dominum
meum, cum sim pulvis et cinis.' Ex IV,
(10): ‚Non sum eloquens ab heri, et
E 16a nudius|tertius; ex quo locutus es ad ser-
vum Tuum.'
Et hoc ostendit sua pravitate sub-
15 dens: **Qui etiam, si habuero quippiam
iustum**, in factis sc. vel in verbis, quod[b]
humana ratione iustum videtur, **non re-
spondebo**, quasi confidens de illo, ut de
F 33c iudiciis | eius disputem. Tit III, (5): ‚Non
M 61a ex operibus iustitiae, quae fecimus | nos,
sed secundum suam misericordiam salvos
nos fecit.'
**sed meum iudicem deprecabor**, plus sc.
in clementia et pietate iudicis confidens,
quam in mea iustitia. Dn IX, (18): ‚Non
enim in iustificationibus nostris proster-
nimus preces ante faciem Tuam, sed in
miserationibus Tuis multis.'
Et humiliando se subdit: **Et cum in-** 16
**vocantem me exaudierit**, ad effectum sc.
petitionis, **non credo, quod exaudierit
vocem meam** discretive, sed supple potius | T 20b
benignitate et misericordia sua. Ioel II,
(13): ‚Convertimini ad Dominum, quoniam
benignus et misericors est, et praestabilis
super malitia.' Rom II, (4): ‚An ignoras, | M 30d
quoniam benignitas Dei ad poenitentiam
te adducit?'
Et quare non credit, se esse exauditum,
subdit: **In turbine enim conteret me.** 17
Per turbinem ostendit me, quasi | pecca- B 23b
torem. Is LIII, (4): ‚Nos reputavimus
eum[c] a Deo humiliatum.' Ir XXIII, (19):
‚Ecce turbo Dominicae[d] indignationis egre-
ditur.' Is XXV, (4): ‚Spiritus robustorum,
quasi turbo impellens parietem.'
**et multiplicat vulnera mea sine causa.**
Iob XVI, (15): ‚Concidit me vulnere super
vulnus.' Et quod dicit sine causa,
intelligit sine causa culpae, sine causa
tamen simpliciter non est. Iob II, (3):
‚Tu commovisti me adversus eum, ut
affligerem eum frustra.'
**Non concedit quiescere spiritum meum,** 18
sed supple nimio dolore intercipit. II. ad
Cor II, (13): ‚Non habui requiem spiritui
meo.' Spiritus enim, sicut iam in prae-
cedentibus[1] dictum est, vector est vir-
tutis, et intercepto spiritu necesse est,
ut virtus deficiat. Iob XVII, (1): ‚Spiritus
meus attenuabitur, dies mei breviabuntur.'
**et implet me amaritudinibus.** Thr I,
(20): ‚Subversum est cor meum in memet-
ipsa, quoniam amaritudine plena sum.'
Et ideo, supple pro peccato[e], videor esse
percussus, et respondere non possum.
| Ut autem hoc iustius videatur, repetit M 61b
de fortitudine Dei et iustitia. Et hoc est:
**Si fortitudo quaeritur**, virtutis sc., **ro-** 19
**bustissimus** est nulla virtute destitutus.
Ex XV, (11): ‚Quis similis Tui in fortibus[f];
Domine?' **si aequitas iudicii**, qua sc. iudi-

[a] fixit *F 18*[a], *M 30*[b]; fixerit *F 33*[b], *M 60*[d]. [b] ex *add. F 18*[b], *M 30*[c]. [c] quasi leprosum et *add. E.*
[d] monte *add. F 18*[b], mente *M 30*[d]. [e] peccatore *F 18*[b]. [f] fortitudine *EFM.*

[1] *col. 98/39.*

cat homines, **nemo audet testimonium pro
me reddere**, ut sc. innocens sim, quando
sum iudicatus et condemnatus. Ir XXXIII,
(16): ‚Hoc est, quod vocabunt eum:
Dominus, Iustus noster.‘ Testimonium
autem nemo dicit, quia ipse est iudex et
testis.
20 **Si iustificare me voluero**, contra sen-
tentiam eius supple, **os meum condemnabit
me**, hoc est condemnandum ostendit. Ps
(CXL, 4): ‚Non declines cor meum in
verba malitiae, ad excusandas excusatio-
M 31a nes | in peccatis.‘
**si innocentem ostendere**, supple me
voluero, quod omnino non peccaverim,
**pravum me condemnabit**, quia hoc ipsum
F 18c mentiar, et mentiens | pravus est. Sap I,
(11): ‚Os, quod mentitur, occidit animam.‘
I. Io I, (8): ‚Si dixerimus, quia pec-
catum non habemus, nosmetipsos seduci-
mus, et veritas in nobis non est.‘
21 **Etiam si simplex fuero** simplicitate
virtutis. Iob I, (1): ‚Homo simplex et
rectus.‘ **hoc ipsum ignorabit anima mea**,
utrum sc. tanta sit simplicitas, ut in ea
spes possit poni. Eccle IX, (1): ‚Nemo
scit, utrum odio vel amore dignus sit.‘
**et**, supple ideo, **taedebit me vitae meae**,
quae sc. tam dubia est in bonis, et ex
potestate Satanae tam respersa est vanis.
Iob X, (1): ‚Taedet animam meam vitae
meae.‘ Gn XXVII, (46): ‚Taedet me vitae
meae propter filias Heth.‘
22 **Unum est, quod locutus sum.**
Ostenso eo, quod ex veritate conceden-
T 20c dum est, ponit | hoc, quod dixit, contra
quod nihil disputatum est. Illud autem pro-
M 61c positum est ad inquirendum, | quod est de
B 23c providentia gubernante | humanam vitam.
Dividitur autem pars ista in partes
duas. In quarum prima ostendit, quod
innocens consumitur, et ideo secundum
ordinem iustitiae humanae vita non guber-
natur. In secunda ostendit, quod plagatio
innocentis et non defectus rationis im-
pedit huius positionis responsionem et
affectionem ibi (IX, 32): *Neque enim viro.*
Prima in duas: primo ostendit hoc
generaliter, quod secundum ordi|nem iu- E 16b
stitiae humanae vita hominis non guber-
natur; secundo specialiter dans exemplum
in se ipso (IX, 25): *Dies mei velociores
fuerunt.*
In primo tria facit: ponit positionem,
afflicti electionem, et ex his generalem
infert conclusionem.
Et hoc est unum[a], | cum dicit: **Unum** F 33d
**est**, reprehensio condisputantis est, qui
secum ad unum non refert intentionem,
sed ad aliud quiddam disputavit, et est
de illis, de quibus dicitur Topicorum VIII.[1],
quod iuvenatur[b], et non habet syllogismum.
(**Locutus**[c] **sum**, id est mendicatus sum,
vel etiam locutus sum. Quia supra Eli-
phaz dixerat, quod poenae non nisi pro
peccatis infliguntur, et Baldach sententiam
eius asserere conatus fuerat, ideo Iob,
sicut contra Eliphaz supra locutus est
contrarium asserens, sic tantum loquitur
contra Baldach, ostendens, quod poenae
sine peccatis infliguntur, quia innocens
esset[c].)
**et innocentem et impium ipse consumit.**
| Ex hoc enim aperte ostenditur, quod se- M 31b
cundum ordinem iustitiae humanae vita
hominis non gubernatur, et haec est
positio beati Iob. Nullus enim apud Deum
comparatus examini divino innocens in-
venitur, quamvis apud homines aliquis
inveniatur innocens, unde dicitur illud,
quod Gregorius[2] inducit hic, quod nullus
est apud Deum innocens neque infans,
cuius vita unius diei est super terram,
ad minus enim originale imputandum est
ei. Eph II, (3): ‚Omnes nascimur filii
irae.‘ Ex XXXIV, (7): ‚Nullusque apud
Te per se innocens est.‘
Et subdit electionem miserorum, quae
ex hoc sequitur: **Si flagellat**, cotidiana 23
sc. afflictione, **occidat semel**, perimendo

[a] vñ *BEFM*, unde *non abbreviatum T.*
[b] hic venatur *F 18c, M 31a*; quod inveniatur *EF 33d, M 61c.*
[c] **Locutus** . . . esset *solum F habet in margine f. 18c.*

[1] *Cf. Arist, Top. 8, 9, 4 (I 271). Alb., Top. 8, 1, 5 (II 501).* [2] *Cf. Greg., Mor. 9, 21, 32; Migne 75, 876.*

sc. Iob III, (21 22): ‚Expectant mortem,
et non venit, quasi effodientes gaudent
vehementer, cum invenerint sepulchrum.‘
**et non de poenis innocentis rideat,** hoc
M 61d est ad | modum ridentis se habeat; hoc
modo enim crudelis est, quoniam gratu-
latur[a] in poenis hominum. Prv I, (26):
‚Ego in interitu vestro ridebo, et sub-
sannabo, cum vobis, quod timebatis, ad-
venerit.‘
Ex his concludit generaliter propositum,
24 et suppletur igitur: **Terra,** supple tota,
quantum ad humanam vitam, **tradita est
in manus impii,** hoc est Satanae. Hab I,
(4): ‚Lacerata est lex, et non pervenit
usque ad finem iudicium; quia impius
praevalet iustum, ideo egreditur iudicium
perversum.‘ Apc XII, (12): ‚Vae terrae
et mari, quia descendit diabolus ad vos,
habens iram magnam, sciens, quia modicum
tempus habet.‘
Et probata intentione corripit adver-
sarium: **vultum iudicum eius,** hoc est
terrae, **operit,** impius sc. Iudices terrae
sapientes et philosophi sunt, quales fuerunt
amici Iob, quorum vultum dicit esse
opertum, quia tam saepe consideratam
B 23d veritatem ab ipso non considerant. | Dn
XIII, (48): ‚Sic fatui, filii Israel, non
iudicantes, neque quod verum est, co-
gnoscentes.‘ II. ad Cor IV, (3 4): ‚Quod
apertum est evangelium nostrum, in his
F 18d qui pereunt, | est opertum; in quibus
M 31c Deus | huius saeculi excaecavit mentes
infidelium.‘
**quod si ille non est,** supple Deus guber-
nator vitae, qui sic tradidit terram in
manus impii, **quis ergo est?** qui sc. im-
T 20d pium | et innocentem sic condemnat; quasi
dicat: nullus alius est. Am III, (6):
‚Si[b] est malum in civitate, quod Dominus
non fecit?‘[c] Is XLV, (6 7): ‚Ego Domi-
nus, et non est alter Deus; formans lucem
et creans tenebras, faciens pacem et
creans malum: ego Dominus faciens om-
nia haec.‘

Et hoc probat particulari subdens exem-
plum de se ipso.
Et dividitur in partes tres: primo enim
probat[d] ex consideratione vitae, quae vana
est, secundo ex consideratione operum[d],
quae imperfecta sunt, ibi (IX, 27): *Cum
dixero,* tertio ex imperfectione iusti-
ficationis, | ibi (IX, 30): *Si lotus fuero.* M 62a
In primo tres inducit similitudines:
cursoris, navis, et aquilae volantis.
Et hoc est: **Dies mei,** dati sc. ad vitam, 25
**velociores fuerunt cursore,** transeundo
sc.; cursor enim in cursu figens[e] pedem,
cursum quietibus intercipit eo, quod inter
duos motus semper quies media est, ut
dicit Aristoteles[1]. Sed dies mei inter-
polationem in transeundo non acceperunt.
Ir II, (23): ‚Cursor levis explicans vias
suas.‘
**fugerunt,** sicut umbra. Iob VIII, (9):
‚Dies mei sicut umbra transierunt.‘ **et
non viderunt** visione fruitionis **bonum.**
Iob VII, (7): ‚Non revertetur oculus
meus, ut videat bona.‘
Et subdit de similitudine navis: **Trans-** 26
**ierunt quasi naves poma portantes,** quae
sc. odorem relinquunt post se, et fructum
deferunt. Sap V, (9 10): ‚Transierunt
omnia tamquam umbra et tamquam | E 16c
nuntius percurrens, et tamquam navis,
quae pertransit fluctuantem aquam.‘
Et subdit tertiam similitudinem: **sicut
aquila volans ad escam,** quae, supple avidi-
tate escae, subito volat. Mt XXIV, (28):
‚Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur
et aquilae.‘ Sap V, (11): ‚Commotis alis
transvolavit, et post hoc nullum signum
invenitur itineris illius.‘ Iob XXXIX,
(29 30): ‚Aquila contemplatur escam et
de longe | oculi eius prospiciunt. Pulli M 31d
eius lambunt sanguinem; et ubicumque
fuerit cadaver, statim adest.‘ Ex his
autem vult inferri, quod ante dixit III,
(3): ‚Pereat dies, in qua natus sum‘ ad
terram, sc. | taediosam vitam. F 34a
Et subdit de consideratione operum:

[a] qui grassatur *TEFM.* [b] Non *F 18*[d]. [c] faciat *F18*[d].
[d] probat ex vanitate vitae, secundo ex consideratione operum *FM.* [e] praefigens *FM.*

[1] *Cf. Arist., Physic. 8, 8, 8 (II 361).*

27 **Cum dixero: Nequaquam ita loquar,** vani-
tatem sc. vitae considerando, quia, sicut
dicit Cato[1]:
‚Qui mortem metuit, quod vivit, perdit et ipsum.'
Sap II, (1): ‚Exiguum et cum taedio
est tempus vitae nostrae.'
**commuto faciem meam,** considerando
B 24a sc. opera conversationis humanae | vitae.
Eccle II, (12): ‚Transivi ad contem-
plandam sapientiam, erroresque et stul-
M 62b titiam.' | **et dolore torqueor,** eo sc., quod
nihil inveniam, nisi unde doleam.
28 Et hoc est: **Verebar omnia opera mea,**
mala sc., quia verenda sunt bona, quia
torpore, negligentia, imperfectione re-
spersa, et ideo spes in eis non est ponenda.
Ir X, (15): ‚Opera eorum inutilia et risu
digna.'
**sciens** ex ordine iustitiae tuae, **quod**
**non parceres delinquenti,** et multo minus
committenti. Unde Mt XXV, (30) pigrum
servum praecipit: ‚Proicite in tenebras
exteriores.' Prv VI, (34 35): ‚Zelus et
furor viri non parcet in die vindictae;
nec acquiescet cuiusquam precibus, nec
recipiet pro redemptione dona plurima.'
29 **Si autem et sic impius | sum,** hoc est
T 21a pro impio condemnatus, **quare frustra**
**laboravi?** Eccle II, (18): ‚Detestatus
sum omnem industriam meam, qua sub
sole studiosissime laboravi.' Et causa
est, quia nec impunitatem nec mercedem
ex talibus laborare[a] possum operibus.
Is XLIX, (4): ‚Ego dixi: in vacuum
laboravi, sine causa et vane fortitudinem
meam consumpsi.'
Et subdit de imperfectione iustificationis:
30 **Si lotus fuero,** iustificatione sc. poeni-
tentiae, **quasi aquis nivis,** ut ad albedinem
nivis videar reduci. Ps (L, 9): ‚Lavabis
me, et super nivem dealbabor.' Is I,
(18): ‚Si fuerint peccata vestra ut coc-
F 19a cinum, quasi nix de|albabuntur.' **et,** supple
M 32a sic lotae **ful|serint velut mundissimae ma-**
**nus meae,** hoc est opera manuum mearum.
Ps (XXV, 6): ‚Lavabo inter innocentes
manus meas.'

**tamen sordibus intinges me,** hoc est 31
ostendens me in tinctu, eo quod in ipsa
expiatione torpore et tepore et negligentia
et passionibus libidinis sordibus inveniar.
Is LXIV, (6): ‚Facti sumus ut immundus | M 62c
omnes nos.' **et abominabuntur,** hoc est
abominabilem ostendunt **me vestimenta**
**mea,** hoc est vestiens conversatio sic
sordidata. Hoc significatur: Zach III,
(3): ‚Iesus indutus erat vestibus sordidis,
et stabat ante faciem angeli.'
Et quae sit causa omnium horum, sub-
dit quasi concludens: **Neque enim viro** 32
virili sc., **qui similis mei est,** humana
sc. patiens et cui simile obici potest, **re-**
**spondebo,** contendens sc. in iudicio. Ir
II, (29): ‚Quid vultis Mecum iudicio con-
tendere? Omnes dereliquistis Me, dicit
Dominus.'
Et hoc explanans subdit: **nec qui mecum**
**in iudicio,** coram sc. iudice tertio, **ex**
**aequo possit audiri.** Non enim exceptio
in eum, sicut in me. Iob XL, (3): ‚Num-
quid irritum iudicium Meum facies, et con-
demnabis Me, ut tu iustificeris?' quasi
dicat: non.
Et hoc exaggerans ulterius addit[b]: **Non** 33
**est, qui utrumque valeat arguere,** et me
sc. et illum, quia in eum non cadit red-
argutio. Ioel III, (4): ‚Numquid ultionem
vos reddetis mihi?' quasi dicat: non.
Quod explanans subdit: **et ponere ma-**
**num,** supple correptionis, **in ambobus.** In
oculis enim nostris trabem videntes nec
festucam in oculis eius invenimus[2]. | Hab B 24b
I, (13): ‚Mundi sunt oculi Tui, ne videas
malum, et respicere ad iniquitatem non
poteris.'
Et quia percussus a tam iusto iudice
et gubernatore semper ex causa | culpae E 16d
percussus videtur, subdit: **Auferat a me** 34
**virgam suam,** qua sc. percussit me. Thr
III, (1): ‚Ego vir videns paupertatem
meam in virga indigna|tionis eius.' Is M 32b
XXVII, (7): ‚Numquid iuxta plagam per-
cutientis se percussit eum?' **et pavor**
**eius,** de futura sc. percussione, **non me**

a sperare *TEFM*. b *vide col. 131, ann. a.*

1 *Catonis Disticha 1, 22 (ed. Budapest 1895 p. 20).* 2 *Cf. Mt 7, 3 et Lc 6, 41.*

**terreat.** Ps (LIV, 6): ‚Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebrae.' Hebr ult. (XII, 21): ‚Ita quod terribile erat, quod videbatur, quod primus Moyses dixit: exterritus sum, et tremebundus.'

35 **Loquar,** asserens sc. positionem meam, quod ordine sc. iustitiae humanae vita
T 21b humana | non regitur, **et non timebo eum,** adversarium sc. contradicentem. Is LVIII, (1): ‚Clama, ne cesses!' Eccli IV, (33): ‚Pro iustitia agonizare pro anima tua et usque ad mortem decerta pro iustitia.'

**neque enim possum metuens respondere,** ipsa enim plaga contrariatur verbis meis. Iob XVI, (9): ‚Rugae meae testimonium dicunt contra me, et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam, contradicens mihi.'

## CAPITULUM X.

1 **Taedet animam meam vitae meae.**

POSTQUAM ostendit beatus Iob, quod ad propositum suum non est disputatum, hic manifestat propositum. Et dividitur capitulum istud in duas partes. In quarum prima ostendit, quod rectitudine indeclinabilis iustitiae secundum ordinem iustitiae humanae humana vita regi non potest, in secunda ostendit, quod, licet occultum sit, tamen providentiam Dei nihil humanorum evadit, ibi (X, 13): *Licet haec celes.* In prima duo sunt: Primo enim ostendit ex dissimilitudine iudicii Dei ad iudicium humanum, quod humana vita rectitudinem indeclinabilis iustitiae non servat. Secundo ex fragilitate naturae ostendit, quod servare[a] non potest, ibi (X, 8): *Manus tuae fecerunt me.*

In prima duo sunt: Primo enim istius[b] disputationis quoddam exordium ponit[b], secundo disputationis istius ponit processum[c], ibi (X, 2): *Dicam Deo.*

Et quia disputationes istae rhetoricae sunt, ideo exordium competit fini praecedentis et initio sequentis.

Et hoc est: **Taedet** | **animam meam,** M 32c
hoc est intima mea propter omnia sc. praedicta, **vitae meae.** | II. ad Cor I, F 19b
(8 9): ‚Ita ut etiam taederet nos vivere. Sed ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habuimus.' Mc XIV, (33) de Domino: ‚Coepit pavere et taedere.'

Et supple ideo: **Dimittam adversum me eloquium meum,** hoc est eloquium, quod in hoc[d] est adversum me, quod est de taedio humanae vitae, dimittam, ita quod plus ex illo non argumentabor. Ps (XXXVIII, 2 3): ‚Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me. Obmutui et silui a bonis.'

**loquar,** ex aliis sc. argumenta quaerens, **in amaritudine,** hoc est in causa amaritudinis, **animae meae.** Is XXXVIII, (15): ‚Recogitabo Tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae.'

Et orditur disputationem subdens: **Di-** 2
**cam Deo,** audacter sc. confidens de innocentia. Ir XII, (1): ‚Iustus quidem Tu es, Domine, si dispu|tem Tecum, verumtamen B 24c
iusta loquar[e] ad Te.'

Unde dividitur pars ista in duas: Primo enim innuit positionem, quod sc. iudicium Dei dissimile est iudicio hominis[f]; secundo ad hoc tres inducit rationes ibi (X, 3): *Numquid bonum.*

Et hoc est: **Noli me condemnare,** hoc est: Velis me non condemnare, quia causam condemnationis secundum ordinem humanae iustitiae in me non invenis. Ps (LXXXV, 2): ‚Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.' Gn XVIII, (23): ‚Numquid condemnabis iustum cum impio?'

**indica mihi,** servando ordinem iudiciarium, **cur me ita,** hoc est tot poenis, **iudices!** utrum sc. pro culpa vel virtute probanda vel ad exemplum aliis. Multis enim modis immittuntur flagella. | Is T 21c
XXXVIII, (14): ‚Domine, vim patior, responde pro me!'

Et inducit rationem, quod iudicium Dei

[a] observare *F.* [b] ponit istius disputationis exordium *FM.*
[c] progressum *E.* [d] in hoc *om. EFM.* [e] loquor *T.*
[f] humano *FM.*

iudicio hominum penitus dissimile est et E 17a ex parte iudicantis et ex | parte ordinis iudiciarii.

3 Et hoc est: **Numquid bonum Tibi videtur,** M 32d qui supple Deus | es, et quem nihil latet, et qui iudex es et testis, **si calumnieris,** hoc est calumniose causam condemnationis[a] contra me quaeras, sicut in humanis fit apud iniquum iudicem.

**et,** supple sic, **opprimas me,** iniuste, **opus manuum Tuarum,** hoc est, cum sim opus manuum Tuarum; quasi dicat: non. Os V, (11): ‚Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio.' Is LII, (4): ‚Assur absque ulla causa calumniatus est eum.' Sine causa enim consumere opus, quod aliquis fecit, praevaricatoris est. Gal II, (18): ‚Si ea, quae destruxi, haec iterum reaedifico, praevaricatorem me constituo.'

**et,** supple in hoc calumnioso iudicio, **consilium impiorum,** sc. iudicum, **adiuves?** Si enim Tu calumniam faceres et ipsi confortarentur ad calumnias faciendas, quod nefas est cogitare. Lv XIX, (13): ‚Non facias calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum.' Intendit enim, quod ad destructionem consequentis arguatur, quod, si sc. nec calumniam facit nec vi opprimit, iudicium suum iudicio iniquo iudicis dissimile est.

Et quia posset aliquis dicere, quod esset simile iudicio iusti iudicis, inducit secundam rationem quod non.

4 Et hoc est: **Numquid oculi carnei Tibi sunt,** qui sc. multa non vident et falli possunt, et nequaquam sunt, quasi dicat: non. Eccli XXIII, (28): ‚Oculi Domini multo lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum.'

Et hoc ulterius explanat subdens: **aut sicut videt homo,** iudex supple inquirendo sc. per visitationem, connitendo[b] per praesumptiones[b], et credendo per testes; supple ita **et Tu videbis?** quasi dicat: non. I. Rg XVI, (7): ‚Non iuxta intuitum hominis Ego iudico; homo enim videt, quae parent[c], Dominus autem intuetur M 33a cor.' Et vult, quod inferatur, | quod iudicium Dei etiam iudicio iusti iudicis dissimile est.

Et quia iterum posset | aliquis dicere, | F 19c B 24d
quod ordo iudicii divini similis est ordini iudicii humani, quamvis iudex Deus dissimilis sit iudici homini, ideo contra hoc inducit tertiam rationem subdens:
5 **Numquid sicut dies hominis dies Tui,** dies dicitur illustratio eorum, quae iudicanda sunt, et est sensus: Numquid tali illustratione quaeris diiudicanda, ut Tibi innotescant, sicut homo, quasi dicat: non. I. ad Cor IV, (5): ‚Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.'

Hoc explanans ultra addit: **et anni Tui sicut humana sunt tempora,** quasi dicat: non. Ps (CI, 28): ‚Tu idem ipse es, et anni Tui non deficient.' Unde Mich V, (2) dicitur: ‚Egressus eius ab initio, a diebus aeternitatis.' Et si distinguuntur anni Dei, ut pluraliter dicantur anni ad extra, se distinguuntur ad tempus sc., cuius aeternitas est mensura excellens, et sic annis multis vivit, | qui in nullis T 21d annis deficit.

6 **ut,** supple ordine humano, **quaeras iniquitatem meam,** quam commisi in proximum, **et peccatum meum,** quod in me vel in Te commisi, **scruteris?** ordine iudicii humani.
7 **Et,** supple sic, **scias, quia nihil impium fecerim,** ut me sic ab iudicio absolvas[d], quasi dicat: non. Dicitur enim Dn VII, (10), quod ‚Antiquus dierum iudicium sedit, et libri aperti sunt.' Libri autem sunt luces Tuae praescientiae, et ideo nihil Te latet. Nec humano modo oportet Te inquirere, **cum sit nemo** humanae industriae vel potentiae, **qui de manu Tua,** hoc est de potestate Tua iudiciaria, **possit eruere,** vel fallendo vel vincendo Te. Dt XXXII, (39): ‚Non est, qui de manu Mea possit eruere.' Io X, (28): ‚Non rapiet eas quisquam de manu Mea.' (X, 30): ‚Ego et Pater unum sumus.' II. Mach VI, (26): ‚Manum Omnipotentis neque vivus neque defunctus | M 33b

[a] dampnationis *FM.* [b] mulcendo propter suppositiones *FM, om. E.*
[c] patent *E.* [d] salvas *FM.*

effugiam.‘ Hebr IV, (13): ‚Omnia nuda sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.‘ Sic ergo iudicium Dei dissimile est iudiciis hominum.

8 **Manus Tuae.**

Hic probat, quod rectitudinem inde- E 17b flexibilis iustitiae humana infirmitas non sustinet. Et hoc probat dupliciter: sc. a materia, quae subiacet factori, et a modo operis, ibi[a] (X, 10): *Nonne sicut lac.*

In primo primo inducit opus[a] factoris secundum materiam. Et hoc est: **Manus Tuae**, discretive non alterius. Ps (CXVIII, 73): ‚Manus Tuae fecerunt me et plasmaverunt me.‘ Et ideo sequitur: **fecerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu.** Plasmare[b] formare est. Is XLI, (25): ‚Quasi plastes conculcans humum.‘ Quod autem dicit, totum in circuitu[b] notat aptitudinem membrorum, quae non nisi sapientia Dei fieri possunt. Commensuratio enim membrorum indicat habilitatem ad iustitiam, complexio humanorum habilitatem ad temperantiam, robur corporis habilitatem ad fortitudinem, vigor et claritas sensuum habilitatem ad prudentiam. Eccli XVII, (1 2): ‚Deus creavit de terra hominem, et secundum imaginem suam fecit illum, et secundum se vestivit illum virtute.‘

**et sic repente praecipitas me?** Hoc est in praemeditate, quasi dicat: non. B 25a Non enim repente praecipitas, in quem tantam diligentiam posuisti, sed causam habes iustitiae, quae ignota est nobis. Ps (XXXII, 15): ‚Qui finxit sigillatim corda eorum, et qui intelligit omnia opera eorum.‘ Eccli XXXIII, (13 14): ‚Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare et disponere illud. Et omnes viae eius secundum dispositionem eius, sicut homo in manu illius, qui se fecit, et reddet illi secundum iudicium suum.‘

9 Et subinfert materiae vilitatem: **Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me**, hoc est ex terra humido comparata[c]. Gn II, (7): ‚Formavit igitur Deus hominem de limo terrae.‘ **et in pulverem reduces me**, per mortem sc. et putrefactionem. Gn F 19d III, (19): ‚Pulvis es, et in pulverem reverteris.‘[d] Eccli XVII, (1 2): ‚Deus de terra creavit hominem et iterum convertit eum in ipsam.‘

10 Et subdit de modo facturae: **Nonne sicut lac mulsisti me,** semen enim, cum M 33c sit superfluum quartae digestionis, primum est, sicut lac, et mulgetur per vim generativae potentiae[e] de omnibus T 22a membris.

**et sicut caseum me coagulasti?** gutta enim viri coniuncta guttae feminae vaporaliter ingreditur in eam, sicut spiritus in corpus, et virtute formativa comprehendit eam, et coagulat, sicut coagulum vaporaliter ingreditur in lac et coagulat ipsum, sicut in XVI. animalium dicit Aristoteles[1]. Unde Thr IV, (7), ubi littera nostra habet: ‚Candidiores Nazaraei eius nive, nitidiores lacte‘. LXX[2] habent: ‚Sicut lac coagulati sunt.‘

11 **Pelle**, tertium vero opus seminis in gutta feminae est pellem circumducere, ne spiritus evaporet, sed lustrans universa per circuitum operator spiritus pulsat ad vitam. Eccle I, (6): ‚Lustrans universa per circuitum pergit spiritus, et in circulos suos revertitur.‘

**et carnibus vestisti me.** In carne quartum opus est, quamvis formativa circumducit, ut sensus in ipsa diffundatur. Sap VII, (1 2): ‚In ventre matris figuratus sum caro, decem mensuum tempore coagulatus sum in sanguinem[f], ex semine hominis.‘

**ossibus et nervis compegisti me.** Quintum opus est distinctio sc. membrorum dissimilium robur corporis continentium. II. Mach VII, (22 23): ‚Singulorum

[a] ibi . . . opus *om. E.* [b] plasmare . . . circuitu *om. E.* [c] contemperata *EFTM.*
[d] ibis *TFM.* [e] *om. EFM.* [f] sanguine *EFM.*

[1] *Arist., De animalium generatione 1, 20 (III 340). Cf. Alb., De animalibus 16, 1, 13 (XII 163).*
[2] *Cf. Orig., Thr. 4, 7 (Migne 16, 2294 2296) et Breviarium Romanum Responsorium ad VIII. lectionem in Comm. Martyr. temp. pasch.*

membra non ego ipsa compegi, sed mundi Creator, qui formavit hominis nativitatem.‘

Et quod dixit in corpore, subdit in
12 anima: **vitam**, hoc est animam, quae principium vitae est. Gn II, (7): ‚Inspiravit in faciem eius spiraculum vitae.‘ **et misericordiam**, hoc est ex[a] misericordia conservationem sc., ne periret, quod fecisti[a], **tribuisti mihi.** Thr III, (22): ‚Misericordiae Domini, quod non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.‘ **et visitatio Tua**, hoc est frequens visio per influxum bonitatum et gratiarum Tuarum in emolumentis vitae, **custodivit spiritum meum**, supple ne ex-
M 33d spiraret. Sap VII, (4): ‚In emolumentis | nutritus sum, et curis magnis.‘ Ps (CV, 4 5): ‚Visita nos salutari Tuo, ad videndum in bonitate electorum Tuorum.‘
B 25b Per omnia | haec intendit, quod fragile vas homo regulam indeclinabilis iustitiae non sustinet, sed, sicut dicit Aristoteles in V. Ethicorum[1] ad humana regentem, oportet uti regula aedificationis Lesbiae[b]; Lesbia[c] enim est, in qua nullus lapis dolabilis est ad regulam rectam et incolae, ne careant aedificiis, faciunt regulam plumbeam, ut, ubi lapis non dolatur ad regulam, regula curvetur ad lapidem,
E 17c et, ubi non est enormis curvitas, | sustineatur. Ita est in humanis, quod oportet leges regiminis humanae vitae remitti ad infirmitatem hominis, et tolerare, quod non enormiter distortum est. Ps (II, 9): ‚Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos.‘ Et hoc est: Si ad ferream et districtam inflexibilis iustitiae rediges humana, sicut vas luteum confringetur.

13 **Licet haec celes.**

Hic ostendit, quod, licet hoc occultum sit, tamen providentiam Dei nihil humanorum evadit, et hoc ostendit primo, secundo quasi rediens[d] ad propositum, taediosam ostendit esse vitam et nihil optandum in ea ibi (X, 18): *Quare de vulva.*

In prima duo | sunt, sc. quod nihil T 22b
humanorum providentiam Dei evadit, et quod tamen poenitens et impius et iustus mala Satanae patiuntur in hac vita, et ideo ordine iustitiae humanae non regitur ibi (X, 14): *Si peccavi.*

Et hoc est: **Licet haec celes in corde Tuo**, dissimulando enim videtur celare, quasi non curet. In hoc enim videtur, quod facta humana non consideret. Propter quod dicitur in Ps (XCIII, 7): ‚Dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.‘ | Et iterum (Ps X, 13): ‚Propter F 20a
quod irritavit impius Deum[e]? dixit enim in corde suo: non requiret.‘

**tamen scio**, per fidei sc. illuminationem, **quia universorum**, sc. humanorum **memineris.** Iob ultimo (XLII, 2): ‚Scio, | quia M 34a
omnia potes, et quia Te nulla latet cogitatio.‘ Iob XXIII, (10): ‚Ipse scit viam meam, et probabit me quasi aurum, quod per ignem transit.‘ Quod autem dicit meminisse Dominum, anthropopathos[f] est. Et propter hoc dicitur, quod praeteritorum nihil effugit notitiam eius. Et subdit, quod, si ad iustitiam humanam regeretur vita, poenitenti parcendum esset, etiam si peccaret.

Et hoc est: **Si peccavi**, quia nemo 14
sine peccato est. III. Rg VIII, (46): ‚Non est homo, qui non peccet.‘ **et ad horam pepercisti mihi**, dissimulans sc. peccata, ne flagellares. Sap XI, (24): ‚Dissimulans peccata hominum propter poenitentiam.‘ **cur**, supple nunc flagellatum et emendatum, **ab iniquitate mea mundum**, hoc est mundatum **me esse non pateris?** ut sc. tolleres flagella, quae non debentur emendato secundum ordinem iustitiae humanae. Dt XXV, (2): ‚Secundum mensuram delicti erit et plagarum modus.‘ Ps (LXXXVIII, 33 34): ‚Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus pec-

[a] ex . . . fecisti *om. E.* [b] Lasbie *E*, Lesbye *FB*, Lelbie *M.* [c] Lesbya *E.*
[d] redarguens *E*, redigens *FM.* [e] Dominum *EFM.*
[f] anthropospathos *BTE*, antrophospatos *FM; cf. col. 42/25.*

[1] *Arist, Eth. Nic. 5, 10, 7 (II 65). Cf. Alb. VII 386.*

cata eorum. Misericordiam autem Meam
B 25c non dispergam ab eo.' | Cum ergo etiam
emendatum percutias, patet, quod in re-
gimine Tuo ordinem humanae iustitiae
non intendas.

Et hoc ostendit etiam in impio sub-
15 dens: **Et si impius fuero, vae mihi est,**
poenas Satanae non evadens[a]. Is III,
(11): ,Vae impio in malum! retributio
manuum eius fiet ei.'

Et hoc subdit etiam in iusto: **et si
iustus,** supple fuero, **non levabo caput,** sed
suspendam propter mala, quae patior. Is I,
(5): ,Omne caput languidum, et omne cor
moerens.' **saturatus afflictione** corporis
**et miseria** in defectu rerum. Thr III, (30):
,Dabit percutienti se maxillam, satura-
bitur opprobriis.'

16 Et, sic supple, si impius fuero, **propter
superbiam,** qua sc. Te condemno et man-
data tua, **quasi leaenam me capies.**
Beatus Gregorius[1] hic narrat modum ca-
piendi leaenas, dicens, quod fovea fit
profunda, de qua leaena exilire non potest,
in cuius latere ponitur arca vectibus for-
M 34b tissimis circumposita et ligata. | Leaena
autem propter praedam foveae super-
positam cadens in foveam, et venatore
desuper ictibus et lanceis eam vexante
cogitur comprimere se in arcam, et sic
conclusa vectibus elevatur. Et vult di-
cere, quod squalore infirmitatis et ictibus
plagarum vexatus sit et conclusus. Iob XV,
(20 21): ,Cunctis diebus impius superbit,
et numerus annorum incertus est tyran-
nidis eius. Sonitus terroris semper in
T 22c aur|ibus illius.'

**reversusque,** supple si poenitens fuero,
**mirabiliter me crucias.** Mirabilia enim
sunt flagella, quae inferuntur emendato.
Quia autem dicit r e v e r s u s notat ite-
rationem flagelli saepius factam. Thr III,
(3): ,Tantum in me vertit et convertit
manum suam tota die.' Is XIV, (23):
E 17d ,Scopabo eam in scopa te|rens, dicit
Dominus exercituum.' Et supple, si iustus
17 fuero, **instauras testes contra me,** hoc
est confortas. Ex poenis enim Tuis con-
fortantur, ut dicant me pro peccato esse
plagatum. Simile Actus ultimo, (XXVIII,
4), ubi bestia adhaesit manui[b] Pauli, cum
exivisset de mari, dixerunt barbari: ,Utique
homicida est homo hic, qui cum evaserit
de mari, ultio divina non permittit eum
vivere.'

Et hoc est, quod sequitur: **et multi-
plicas iram Tuam,** hoc est multipliciter
ostendis infligendo poenam. Thr II, (5):
,Factus est Dominus inimicus.' Et ex-
planat hoc subdens: **et poenae militant
in me,** hoc est contra me. Iob VI, (4):
,Poenae eius militant contra me, quarum
indignatio ebibit spiritum meum.'

**Quare de vulva.** 18

Secunda pars hoc est, in qua revertitur
ad propositum, quod primo dixit (III, 3):
*Pereat dies, in qua | natus sum.* F 20b

Et hoc ostendit ex miseria vitae et
miserabilissima sorte mortuorum. Ex
miseria vitae dupliciter, poenalitate sc. et
brevitate.

Et hoc est: **Quare de vulva eduxisti
me?** Iob III, (11): ,Quare non in vulva
mortuus | sum?' **qui utinam consumptus** | B 25d M 34c
**essem,** in istius vitae sc. initio, **ne ocu-
lus,** amicorum sc., qui in me turbatur,
**me videret.** Ir XX, (17): ,Ut fieret mihi
mater mea sepulchrum, et vulva eius
conceptus aeternus!'

**Fuissem, quasi non essem.** Sap V, (13): 19
,Nos nati continuo desivimus esse.' **de
utero translatus ad tumulum.** Ir XX, (18):
,Quare de vulva egressus sum, ut viderem
laborem et dolorem.'

Et subdit de brevitate vitae: **Numquid** 20
**non paucitas dierum meorum,** p a u c i
enim d i e s sunt, in quibus homo vivit.
Gn XLVII, (9): ,Dies peregrinationis
vitae meae parvi et mali.' **finietur brevi?**
Iob XIV, (1): ,Homo, natus de muliere,
brevi vivens tempore.' Ex his concludit,
quia ex quo misera et brevis est vita.

**dimitte me ergo,** concedens paululum
quiescere, **ut plangam paululum dolorem**

[a] amittens *E.* [b] manibus *FM.*

[1] *Greg., Mor. 9, 57, 86; Migne 75, 906.*

meum, ne sc. de poena ad poenam transferar. Ir VI, (26): ,Luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum.' Mt V, (5): ,Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.'

21 **antequam vadam**, transitu mortis sc., **et non revertar**; ad hanc vitam enim non erit reversio post mortem. Unde in Ps (LXXVII, 39) dicitur: ,Homo, spiritus[a] vadens et non rediens.' Iob XVI, (23): ,Ecce breves anni sunt, et semitam, per quam non revertar, ambulo.'

**ad terram tenebrosam**, inferni sc., ad quam tunc omnes descenderunt, quae tenebrosa dicitur ex utriusque lucis carentia: et corporalis et spiritualis. Iob XVII, (16): ,In profundissimum infernum descendent omnia mea.' Ps (CXLII, 3 4): ,Collocavit me in obscuris, sicut mortuos saeculi. Et anxietas est in me spiritus meus.'

**et opertam mortis caligine**, hoc est
T 22d caligine, quam induxit mors. Is XIII, | (8): ,Facies combustae vultus eorum.' Thr IV, (8): ,Denigrata est super carbones facies eorum.'

22 **terram miseriae**, in omnis boni defectu, ubi dives ille guttam aquae petiit et non invenit, Lc XVI, (24), **et tenebrarum** carentia utriusque lucis. Ir XIII, (16): ,Date
M 34d gloriam Domino, | antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.' **ubi umbra mortis**, umbras vocat imagines occurrentes timidis in tenebris. Sap XVII, (4): ,Personae tristes illis apparentes pavorem illis praestabant.'

Et subdit de causa: ,Semper enim praesumit saeva perturbata conscientia'[1]: **et nullus ordo**, quia etiam qualitates elementales ibi ordinem suum non servant. Unde Gregorius[2]: ,Flamma, quae hic urit et illuminat, ibi urit et obscurat.' Ps (XXVIII, 7): ,Vox Domini intercidentis flammam ignis.' Basilius[3] dicit super illud: Quia ustivum ignis mittitur ad inferos, illuminativum autem ad superos.

**sed sempiternus horror inhabitat.** Gregorius[4]: Timor est futuri mali, quod, cum iam patitur aliquis, timor abiit; ibi autem et in ipsis tormentis timor cruciat. Is XXI, (3 4): ,Horrui, cum audi rem; tur- B 26a
batus sum, cum viderem. Emarcuit cor meum; tenebrae stupefecerunt me.'

## CAPITULUM XI. E 18a

### **Respondens autem Sophar** 1
### **Naamathites.**

POSITIO Sophar reducetur[b] ad memoriam, fuit enim haec, quod providentia esset regimen totius humanae vitae secundum profundum sapientiae voluntatis divinae, cuius nullam oportet quaerere causam, quia tamen profundae sapientiae est. Multiplex est lex, ad quam | obli- F 20c
gatur homo, et contra quam frequenter peccat, et super hoc totam suam fundat intentionem, quia Iob non possit esse innocens. Dividitur autem capitulum istud in duas partes.

In prima extollit multum sapientiam et multiplices leges Dei; in secunda ostendit, quod beatus Iob contra illas peccavit ibi (XI, 12): *Vir vanus in superbiam erigitur.*

Prima pars in duas:

In prima corripit condisputantem; in secunda ponit positionem, et disputat ad eam ibi (XI, 4): *Dixisti enim.*

Et hoc est: **Respondens autem Sophar Naamathites.** Sophar dissipatio speculae vel dissipans speculatorem interpretatur, | M 35a
eo quod tantae fuerit perspicitatis, quod omnem speculatorem studiorum et scientiae dissipare posset. Naamathites decor, eo quod in eloquentia decorus fuit. Tit I, (9): ,Amplectentem eum, qui secundum doctrinam, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana et contra-
dicentes revincere'[c]. **dixit: Numquid, qui** 2
**multa loquitur.** Multa loquitur in dis-

[a] spiritus *om. EFM.* [b] revocetur *EFM.* [c] arguere *FM.*

[1] *Sap 17, 10.* [2] *Greg., Mor. 9, 66, 100; Migne 75, 914.*
[3] *Basilius, Hexaemeron 6, 3; Migne 29, 121.* [4] *Greg., Mor. 9, 66, 100; Migne 75, 914.*

putando, qui impertinentia loquitur et ad unam formam syllogisticam propositiones suas non constringit, nec ad unam conclusionem ordinat; hoc enim[a] peccatum in problematibus, ut dicit Aristoteles[1] in secundo Topicorum, et transferre positam locutionem. Iac I, (19): ‚Sit omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum.' Prv XIV, (23): ‚Ubi plurima sunt verba, ibi frequenter egestas' in opere est. **non**, hoc est nonne, **et audiet?**
T 23a quasi dicat, sic debet. | Eccli XIII, (14): ‚Ne credas multis verbis illius; et ne retineas ex aequo loqui cum illo.' Disputantis enim est audire condisputantem et suscipere et dare verba.

**aut vir verbosus iustificabitur?** quasi dicat: non. Iac III, (2): ‚In multis offendimus omnes; qui autem in lingua non offendit, hic perfectus est vir.'

3 Et ponit aliam exprobrationem: **Tibi soli tacebunt homines**, quasi dicat: non. I. ad Cor XIV, (30 31): ‚Quod, si alii fuerit revelatum sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare.'

**et cum ceteris irriseris?** Disputationes enim rhetoricae cum irrisione fiunt adversarii. Prv III, (34): ‚Illusores ipse deludet.'

**a nullo confutaberis?** quasi dicat: immo confutaberis a me, sc. qui hoc possum. Is XXXIII, (1): ‚Vae, qui sper-
B 26b nis, nonne et ipse | sperneris?' Et post pauca (XXXIII, 1): ‚Cum fatigatus desieris contemnere, contemneris.'

Et subdit positionem Iob, ut ad illam
4 disputet; et hoc est: **Dixisti enim**[b]: **Purus est sermo meus**, hoc est sine fictione et falsitate. Hoc autem dixit supra VI, (30) sic: ‚Non invenietis in lingua mea
M 35b iniquitatem, | nec in faucibus meis stultitia personabit.'

**et**, id est, **mundus sum in conspectu Tuo**, Domine, supple. Hoc autem interpretatus est eum dixisse, ubi supra dixit VI, (2): ‚Utinam appenderentur peccata mea etc.' Is LIII[c], (9): ‚Peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius.'

Et ostendit affectum, quem habet ad
honorem divinum, et ad iustitiam. **Atque** 5
**utinam Deus loqueretur tecum**, disceptando sc. et convincendo te, quia illi resistere non posses. Ex XX, (19): ‚Loquere tu nobis, et non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.' **et aperiret labia sua tibi**, ut sc. aperte loqueretur, non per aenigmata vel figuras. Hebr I, (1): ‚Multifariam multisque modis olim Deus loquens
patribus in prophetis.' **ut ostenderet tibi** 6
**secreta sapientiae**, hoc[d] est sapientiam, qua novit omnia secreta[d]. Ps (L, 8): ‚Incerta et occulta sapientiae Tuae manifestasti mihi.' **et**, supple aperiret tibi
**quod multiplex sit lex eius**, | quibus sc. E 18b
regit et regulat actus hominum. Os VIII, (12): ‚Scribam eis multiplices leges Meas, quae velut alienae computatae sunt.' Quasi dicat: Multiplices sunt leges, sed ab eis proiectae.

Et supple sic ostensa tibi | transgres- F 20a
sione legum suarum, **intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo**, in poenis supple, **quam meretur iniquitas tua.** Simile quid dicit Eliu. Iob XXXIV, (36 37): ‚Pater mi, probetur Iob usque ad finem; ne desinas ab homine iniquitatis, quia addidit super peccata sua blasphemiam', et Iob XXXIII, (27): ‚Respiciet homines, et dicet: Peccavi; et vere deliqui, et ut eram dignus, non recepi.' Propter hoc dicitur in Ps (CII, 10): ‚Domine, non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitatem nostram retribuas nobis.'

Et subdit de Dei et omnium divinorum
incomprehensibilitate: **Forsitan vestigia** 7
**Dei comprehendes**, quasi dicat: non. Comprehenditur enim, ut dicit Augustinus[2] in libro de videndo Deo, quod totum in

[a] est *F.* [b] **Dixisti enim** *om. E.* [c] *sic CC, verbotenus I. Petr II, 22.*
[d] hoc . . . secreta *om FM.*

[1] *Arist., Top. 2, 1, 5 (I 186).*
[2] *Aug., De videndo Deum; Epist. 3, 147 ad Paulinam c. 9; Migne 33, 606.*

T 23b cognoscente clauditur et cuius nihil | latet; et hoc modo Deus a nullo cognoscitur. Ps (LXXVI, 20): ,Vestigia Tua non cognoscentur.'

Unde subdens exponit, quod dixit: **et,** id est, **usque ad perfectum Omnipotentem reperies?** quasi dicat: non. Sic enim
M 35c nemo potest eum | reperire, quia infinitus est, et infinite potentiae et infinite sapientiae. Iob IX, (11): ,Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam.'

8 **Excelsior caelo est.** III. Rg VIII, (27): ,Caelum et caeli caelorum non Te capiunt.' Gregorius[1]: ,Excelsior caelo est, quia in
B 26c circum|scriptione sui spiritus cuncta transcendit.' **et quid facies?** debilis sc. et mortalis? Sap IX, (15): ,Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.' **profundior inferno.** Eccli I, (2): ,Profundum abyssi, quis investigabit?' Gregorius[2]: ,Inferno profundior, quia transcendendo infima omnia subvehit.' Hebr I, (3): ,Portans omnia verbo virtutis suae.' **et unde cognosces?** quasi dicat: non poteris. Sap IX, (14): ,Cogitationes mortalium timidae, et incertae providentiae nostrae.'

9 **Longior terra mensura eius.** Gregorius[3]: ,Terra longior, quia modum creaturae perennitate aeternitatis excedit.' Is XL, (15): ,Ecce gentes quasi stilla situlae, et quasi momentum staterae reputatae sunt.' Unde paulo ante (Is XL, 12) dicit: ,Quis appendit[a] tribus digitis molem terrae?' **et latior mari.** Gregorius[4]: ,Quia temporalia fluida sic possidet, ut sub potentiae suae praesentia coangustet.' Is XL, (12): ,Quis mensus est pugillo aquas?' Altitudo ergo est in circumscriptione, profunditas in cunctorum subvectione, longitudo in aeternitatis immensitate, latitudo in transitoriorum ambitu et constrictione.

10 Et ideo quia talis est: **Si subverterit omnia,** hoc est in nihilum redegerit, **vel in unum coarctaverit,** sicut primo fuerunt in uno chaos sive mixto. **quis contradicet ei?** Sap XII, (12): ,Quis Tibi imputabit, si perierint nationes, quas Tu fecisti?' **vel quis ei dicere poterit, cur ita facis?** Rom IX, (20): ,O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?'

Quod tamen non iniuste iudicet, sub-
dit: **Ipse enim novit hominum qualitatem**[b], 11
sicut in praecedentibus habitum est. Vanum | est, quod ad nihil utile est, et ad M 35d nullum finem est. Sap IV, (5): ,Fructus illorum inutiles, et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti.' Ps (XCIII, 11): ,Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt.' **et videns iniquitatem,** hominum sc. quae eum latere non potest, **nonne considerat?** supple ad iudicium et vindictam, quasi dicat: sic. Sap XII, (15 16): ,Cum sis iustus, iuste omnia disponis. Ipsum quoque, o Pater, qui non debet puniri, condemnare, et exterum aestimas a Tua virtute. Virtus enim Tua iustitiae initium est.'

**Vir vanus.** 12

Tangit hic, quod Iob non iniuste iudicatus est, et habet duas partes. In prima ostendit peccatum, in secunda suadet poenitentiam, et quia per illam possit resurgere ibi (XI, 14): *Si iniquitatem.*

In primo duo sunt: | generalis sc. T 23c propositio et adaptatio, et hoc est: **Vir vanus,** utilibus sc. non deditus studiis vel operibus, **in superbiam erigitur,** vanitate enim sui oblitus et infirmitatis suae sibi non con|scius | gradum suum excedens E 18c F 21a super alios extollitur. Sap XIII, (1): ,Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei.' Ps (IV, 3): ,Ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium?'

**et tamquam pullum onagri,** qui est asinus agrestis vel silvestris, qui sc. quo vult discurrit, nullo domino eum constringente. | **se liberum natum putat,** hoc B 26d est natum ad libertatem, ut nullo loro[c] legis vel iustitiae constringatur. Ir II,

[a] apprehendit *FM.* [b] **veritatem** *M,* **vanitatem** *in margine F.* [c] labore *FM.*

[1] *Greg., Mor. 10, 9, 14; Migne 75, 929; cf. Migne 113, 788.* [2] *Greg. l. c.*
[3] *Greg., Mor. 10, 9, 14; Migne 75, 929.* [4] *Greg. l. c.*

(24): ,Onager assuetus in solitudine, in desiderio animae suae attraxit ventum amoris sui.'

13 Et hoc adaptat ad Iob dicens: **Tu autem firmasti**[a], hoc est indurasti, **cor tuum.** Ir VII, (26): ,Induraverunt cervicem, et peius operati sunt, quam patres eorum.'

**et**, cum hoc supple, quod sic indurasti cor tuum, **expandisti ad Deum manus tuas**, tamquam esses innocens. Is I, (15): ,Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos Meos, manus enim vestrae sanguine plenae | M 36a | sunt.'

14 **Si iniquitatem.**

Docet verum modum poenitendi et redeundi ad Deum, et dicit duo: sc. veram poenitentiam et verae poenitentiae fructum, ibi (XI, 15): *Tunc levare poteris.*

Et hoc est: **Si iniquitatem, quae est in manu tua**, hoc est in operibus tuis, et dicitur iniquitas inaequalitas[b], qua se habuit ad proximum. **abstuleris a te**, per poenitentiam sc. Os. ultimo (XIV, 3): ,Omnem aufer iniquitatem, et accipe bonum.' Ir XV, (19): ,Si separaveris pretiosum a vili, quasi os Meum eris.'

**et non permanserit in tabernaculo tuo iniustitia**, hoc est iniuste acquisitum, quin reddas. Supple Tob II, (21): ,Videte, ne forte furtivus sit; sed reddite eum dominis suis, quia non licet nobis de furto aut edere aliquid, aut contingere.' Is I, (16 17): ,Quiescite agere perverse, discite benefacere.'

Et subdit fructum poenitentiae, primo enim in communi, et secundo in speciali.

15 Et hoc est: **tunc levare poteris faciem tuam**, hoc est animae tuae mentem, **absque macula**, peccati sc. Eph V, (27): ,Non habentem maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi.' Ct IV, (7): ,Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.' Levatio autem faciei elevatio est mentis in oratione. Is LVIII, (9): ,Tunc invocabis, et Dominus exaudiet; clamabis, et dicet: Ecce adsum.'

**et eris stabilis**, hoc est in bono firmus, **et non timebis**, malum sc. Ex XIV, (25): ,Tantummodo confidenter state, et Dominus pugnabit pro vobis contra eos.' II. Par XX, (17): ,Nolite timere, neque paveatis eos; cras egrediemini contra eos, et Dominus erit vobiscum.' Ps (CXVII, 6): ,Dominus mihi adiutor; non timebo, quid faciat mihi homo.'

Et subdit effectus in speciali, tres ante mortem, et tres post mortem.

Et hoc est: **Miseriae quoque** praesentis 16
supple **obliivisceris**, ut sc. non recorderis ita, ut te afficiat. Ps (XCIII, 19): ,Secundum multitudinem | T 23a | dolorum meorum in corde meo, consolationes Tuae laetificaverunt animam meam.'

Et subdit | M 36b | modum: **et quasi aquarum**, supple expiantium, **quae praeterierunt**, hoc est, cum praeterierint non **recordaberis**, hoc est, ex tribulationibus praesentibus expiationem habebit, et non afflictionem. Ps (LXV, 12): ,Eduxisti nos per ignem et aquam; et induxisti nos in refrigerium.' Gregorius[1] inducit illud Prv XII, (21): ,Non con | B 27a | tristabit iustum, quidquid ei acciderit.' Et illud Prv XXVIII, (1): ,Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit.' Et subdit fructum secundum
in adeptione lucis: **Et quasi meridianus** 17
**fulgor**, qui supple in virtute sua lucet et totum implet, **consurget tibi**, hoc est ad utilitatem tuam, **ad vesperam**, declinanti tibi sc., hoc est in senectute. Is LVIII, (11): ,Implebit splendoribus animam tuam et ossa tua liberabit.'

Et subdit tertium: **et cum te consumptum putaveris**, hoc est omni virtute deficientem, **orieris ut Lucifer**, qui, licet in se luceat, tamen nuntius est perfectae lucis. Prv IV, (18): ,Semita iusti quasi lux splendens et crescens in perfectum diem.' Is LVIII, (10): ,Orietur lux tua, et tenebrae tuae erunt sicut meridies.' | F 21b |

Et subdit quartum: **Et habebis fidu-** 18
**ciam**, cordis sc. certitudinem, **proposita tibi spe** misericordiae et libertatis divinae.

[a] **formasti** *EF.* [b] *om. FM.*

[1] *Greg., Mor. 10, 21, 39; Migne 75, 942.*

Hebr VI, (18): ‚Firmissimum habemus so-
E 18d latium, | qui confugimus ad tenendam propositam nobis spem.'

Et subdit de fructu poenitentiae post mortem: **et effossus**, supple de sepulchro, **securus dormies**, requie sc. sanctorum. Act VII, (60): ‚Obdormivit in Domino.' Ps (IV, 9): ‚In pace in idipsum dormiam, et requiescam.' Io XI, (12): ‚Si dormit, salvus erit.'

19 **Requiesces**, in bonis sc. Dei. Apc XIV, (13): ‚Ammodo iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis.' Is LVIII, (11): ‚Requiem dabit tibi Dominus, Deus tuus, semper.' **et non erit, qui exterreat.** Apc XXI, (4): ‚Iam non erit amplius neque
M 36c luctus, neque clamor.' **et deprecabuntur | faciem tuam**, sicut sc. intercessoris pro aliis, **plurimi.** Ps (XLIV, 13): ‚Vultum Tuum deprecabuntur, omnes divites plebis.' Sic fratres Ioseph deprecati sunt vultum eius Gn XLV.

Et hoc ostendit in contrario, subdens:
20 **Oculi autem impiorum deficient**, quia nunquam exaudientur. Is XXXVIII, (14): ‚Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum.' **et effugium**, hoc est, quo effugere possint, **peribit ab eis.** II. Mach VI, (26): ‚Manum Omnipotentis neque vivus[a] neque defunctus effugiam.' **et spes illorum**, hoc est ea, quae speraverant, **abominatio animae**, hoc est abominabilem facit animam. Sap V, (15): ‚Spes impiorum quasi lanugo, quae a vento tollitur.'

## CAPITULUM XII.

1 **Respondens autem Iob dixit.**

HAEC responsio beati Iob in duas partes dividitur. In quarum prima obiurgatio ponitur male disputantis, in secunda reditur ad probationem propositae intentionis, sc. circa medium XIII. capituli ibi (XIII, 17): *Audite sermonem meum, et aenigmata percipite.*

Prima in duas: Primo enim arguit, quod indisciplinate disputant, in secundo monet, ut correctionem accipiant, post
principium XIII. ibi (XIII, 6): *Au|dite* T 24a
*ergo correctiones meas.*

Prima adhuc in duas: In quarum prima indisciplinatos eos ostendit, et levia esse, quae dicunt; in secunda ostendit esse etiam perversa infra XIII, (1) ibi: *Ecce omnia.*

In prima tria | sunt: Ostendit enim eos B 27b
superbos et contumeliosos, secundo ostendit eos falsos per instantiam ibi (XII, 4): *Deridetur enim iusti simplicitas.* Tertio ostendit eos in dicto esse leves et communia proponentes[b] ibi (XII, 7): *Nimirum.*

Et hoc est: **Respondens autem Iob dixit.** Is XXXVIII, (14): ‚Domine, vim
patior, responde pro me.' **Ergo vos estis** 2
**soli homines**, hoc est soli intellectum veritatis habentes vestra reputatione. Aristoteles Ethic. X.[1]: Homo[c] est solus intellectus. Eccli XVII, (5): ‚Cor dedit hominibus excogitandi et disciplina intellectus replevit eos.' **et vobiscum**, si
hoc | est verum, quod vos estis soli, M 36d
**moretur**, hoc est maneat, **sapientia?** Hoc est, quod moretur apud vos et tunc debet legi interrogative. Eccle II, (9): ‚Sapientia quoque perseveravit mecum.' Vel morietur, ut legit Gregorius[2]. Dicit enim sic: ‚Qui enim se solum sapere aestimat, quid aliud quam hanc eandem secum mori sapientiam putat?' I. ad Cor I, (19): ‚Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo.'

Et probat, quod nihil saeculare sapiunt,
subdens: **Quis enim haec, quae nostis,** 3
**ignorat?** quasi dicat lippis et tonsoribus[3] patent, quae dicitis. Iob XV, (9): ‚Quid nosti, quod ignoremus? aut quid intelligis, quod nesciamus?'

Unde praemisit: **Et mihi est cor sicut et vobis**, cor intelligitur hic docile et sapientiae capax. III. Rg III, (9): ‚Dabis

[a] neque vivus *om. FM.* [b] contraria praeponentes *FM.* [c] hoc *E.*

[1] *Cf. Arist., Eth. Nic. 10, 7 (II 125). Alb., Eth. 6, 1, 4 (VII 401).*
[2] *Greg., Mor. 10, 25, 44 (Migne 75, 945) et Vulgata.* [3] *Cf. Horat., Sat. 1, 7, 3.*

servo Tuo cor docile, ut possit iudicare
populum Tuum et discernere inter bonum
et malum.‘ **nec inferior vobis sum**, in
sapientia sc. Eccli I, (16): ‚Magnus
effectus sum, et praecessi omnes sapientia,
qui fuerant ante me.‘
4 Et subdit, quod sint contumeliosi: **Qui
deridetur ab amico suo**, hoc est, derisioni
F 21c ex|ponitur, **sicut ego**, supple a vobis. Thr
III, (61): ‚Audisti opprobrium eorum,
Domine, omnes cogitationes eorum ad-
versum me.‘ Ps (XXXVIII, 9): ‚Op-
probrium insipienti dedisti me.‘ **Invocabit
Deum**, in oratione sc., **et exaudiet eum**,
E 19a Ps (IV, 2): ‚Cum invocarem, exaudivit |
me Deus iustitiae meae.‘

Et dat instantiam[a] contra dictum eo-
rum, primo in bonis, secundo in malis. Et
hoc est: **Deridetur enim iusti simplicitas**,
hoc est, quia simplex est in virtute, ad
multum malum plicatus. Prv IX, (7):
‚Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam
facit.‘ Prv XIV, (6): ‚Quaerit derisor
sapientiam, et non invenit.‘
5 **Lampas contempta**, hoc est, quae est
lampas contempta. Lampas dico puritate
castitatis pervia, pietate, quasi oleo infusa,
caritate succensa, honestate conversationis
luminosa. Ct VIII, (6): ‚Lampades eius,
lampades ignis atque flammarum.‘ Con-
tempta, inquam **apud cogitationes di-
M 37a vitum**, | qui tenebrosa diligunt. Io III, (19):
‚Dilexerunt homines magis tenebras quam
lucem.‘ **parata**, hoc est praeparata, **ad
tempus statutum**, a Deo sc., quando re-
velanda est. Is LXII, (1): ‚Donec egre-
diatur ut splendor iustus eius, et salvator
T 24b eius, ut lampas accen|datur.‘
6 Et sub|dit instantiam in malis: **Ab-
B 27c undant tabernacula praedonum**, qui et vim
faciunt et aliena rapiunt. Ir XII, (1):
‚Bene est omnibus, qui praevaricantur,
et inique agunt.‘ **et audacter**, hoc est
procaciter, **provocant Deum**, ex donis Dei
armati contra eum supple. Act VII, (51):
‚Dura cervice, et indomabili corde vos
semper Spiritui Sancto resistitis.‘ Ps
(LXXII, 7): ‚Prodiit quasi ex adipe in-
iquitas eorum.‘ **cum ipse dederit omnia
in manus eorum**, et ideo supple ingrati
sunt tantis beneficiis. Eccli XXIX, (22):
‚Ingratus sensu derelinquet liberantem se.‘

Et subdit ostendendo levia et valde
communia esse dicta eorum, et dicit duo:
Sc. eorum dicta esse levia, et sua esse
melius advertenda ibi (XII, 11): *Nonne
auris verba.*

In primo tria facit[b]: Sc. quod dicta
eorum a qualibet creatura doceri possunt,
quod a nullo sint ignorata, et ostendit,
quae sint.

Et hoc est: **Nimirum**, hoc est certe, 7
**interroga iumenta**, hoc est laboris ad-
iumenta, **et docebunt te**, ea sc., quae pro
magna iactatis sapientia. In epistola
Iudae[c]: ‚Subiugale mutum animal cor-
ripuit prophetae insipientiam.‘

**et volatilia caeli**, supple interroga, **et
indicabunt tibi**, specie sc. modo sc. et
ordine, quod Deus sc. ea fecit. Ps (VIII,
9): ‚Volucres caeli, et pisces maris, qui
perambulant semitas maris.‘

**Loquere terrae**, loco sc. generationis 8
et habitationis, **et respondebit tibi**, de
potentia sc. et sapientia Dei. Ps (CIII, 24):
‚Omnia in sapientia fecisti; impleta est
terra possessione Tua.‘ **et narrabunt pis-
ces maris**, hoc est totus ordo natalium,
unde de creaturis dicitur in Ps (XVIII, 5):
‚In omnem terram exivit sonus eorum, et
in fines | orbis terrae verba eorum.‘ M 37b

Et ostendit communiter cognita sub-
dens: **Quis ignorat**, vel sc. ignorare potest, 9
dummodo advertat. Is XLVI, (8): ‚Redite,
redite, praevaricatores, ad cor.‘ **quod
omnia haec**, praesentia sc. creata, **manus
Domini fecerit**; hoc est potestas opera-
tiva, unde omnia clamant, quod dicitur
in Ps (XCIX, 3): ‚Ipse fecit nos, et non
ipsi nos.‘ Is XL, (12): ‚Mensus est pu-
gillo aquas, et caelos palmo ponderavit.‘

**in cuius manu**, hoc est in cuius pote- 10
state, **est anima omnis**[d] **viventis**, animati
sc. Ps (CIII, 30): ‚Emittes spiritum Tuum

[a] iustitiam *E.* [b] dicit *ETFM.* [c] Iudae *CC. vide Iud 10 et II. Petr II, 16.*
[d] **hominis** *FM.*

et creabuntur et renovabis faciem terrae.‘ Et infra (Ps CIII, 29): ‚Auferes spiritum eorum et deficient.‘ **et spiritus universae carnis hominis?** hoc est anima rationalis, quae est in homine. Prv XVI, (2): ‚Spirituum ponderator est Dominus.‘ Dn V, (23): ‚Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, et omnes vias tuas, non glorificasti.‘

Et subdit, quod sua melius essent au-
11 dienda, quam audita sunt. **Nonne auris verba diiudicat,** hoc est diiudicare debet. Propter quod dicit Basilius[1], quod concava est, ut profunde recipiat; sordibus cholericis infecta viscosis, ut teneat; tym-
F 21d pa|no arido perfecta, ut facile sentiat; quieto aere plena, ut nullus tumultus impediat. Mt XV, (10): ‚Audite et in-
B 27d telligite.‘ **et fauces,** hoc est, ut fau|ces **comedentis saporem?** supple diiudicant. Fauces enim saepe contritum cibum et undique tactum secundum saporem diiudi-
T 24c cant. | Is LV, (2): ‚Audite, audientes Me; et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra.‘ Ir XV, (16): ‚Inventi sunt mihi sermones Tui, et comedi eos.‘ Debet enim sermo per meditationem conteri et per resolutionem dividi, et tunc potest diiudicari.

Et subdit praemittendo propositionem
E 19b generalem, qua probatur, | Deus esse summe sapiens et summe fortis.

12 **In antiquis | est sapientia.**
M 37c Sapientia duobus modis dicitur, ut dicit Aristoteles[2] in VI. Ethicorum. Sapientia enim dicitur scientia, cuius finis intus est, et sciendi gratia, et quam difficile est homini scire, et sic dicitur stricte sapientia. Communiter autem dicitur sapientia virtus scientiae vel artis, quando sc. aliquis in quacumque arte vel scientia ad tantum devenit, quod committitur[a] ei ordo de his, quae pertinent ad scientiam vel artem illam; et utroque modo dicta sapientia non habetur, nisi longo experimento.

Et ideo dicit: **In antiquis est sapientia.** Sap IV, (8): ‚Cani sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata.‘ Prv XX, (29): ‚Dignitas senum canities.‘ Et intelligitur de canitie mentis. **et in multo tempore prudentia.** Prudentia est de rebus conferentibus, quam per multa experta oportet addiscere. Eccli XXV, (7 8): ‚Quam speciosa veterani sapientia, et gloriosus intellectus et consilium! Corona senum in multa peritia.‘ Tacet de scientia, quia scientia est de rebus demonstrabilibus et necessariis, ad quas unum est medium, et hoc facilius vident iuvenes quam senes. Aristoteles[3] in I. Metaphysicorum: ‚Experientia artem fecit, inexperientia casum.‘

**Apud ipsum.** 13

Per effectum ostendit apud Deum esse prudentiam, sapientiam et fortitudinem, et hoc dupliciter: In naturalibus et in humanis ibi (XII, 16): *Apud ipsum est fortitudo.*

Et hoc est: **Apud ipsum est sapientia.** Apud ipsum dicitur esse eo, quod semper praesto est; sapientia autem est, qua cuncta disponit et ordinat. Eccli I, (1): ‚Omnis sapientia a Domino Deo est; et cum illo fuit semper, et est ante aevum.‘ **et fortitudo,** exsequendi sc., quidquid ordinatum est. Sap VIII, (1): ‚Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.‘ Nm XXIV, (8):
‚Deus de Aegypto eduxit eum, cuius | M 37d
fortitudo est ut rhinocerotis.‘

**ipse habet consilium.** Gregorius[4]: Consilium Dei est immobilis definitio de faciendis. Is IX, (6): ‚Vocabitur: Admirabilis, Consiliarius.‘ **et intelligentiam.** Intelligentia est habitus et conceptio principiorum, quibus regulantur et scienda et facienda. Prv VIII, (12): ‚Ego sapientia, habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus.‘ Et post pauca (VIII, 14): ‚Meum est consilium et aequitas; mea est prudentia et fortitudo.‘

[a] constituitur *FM.*

[1] *non inveni.* [2] *Arist., Eth. Nic. 6, 7 (II 70).* [3] *Arist., Metaph. 1, 1, 4 (II 468).*
[4] *Vide Greg., Mor. 11, 8, 11; Migne 75, 958.*

14 Et proponit naturae effectum. **Si destruxerit** quaecumque naturalia vel humana, **nemo est, qui aedificet,** hoc est, aedificare possit, excepto eo sc. Sicut enim ex nihilo fecit, ita destructa reaedificare potest. Exemplum est in Sodomitis, quos destruxit sine spe reaedificationis, aliquando autem restituit. Iob XXXIV, B 28a (24): | ,Conteret multos et innumerabiles, T 24d et stare faciet alios | pro eis.‘ Exemplum in cataclysmo.

**Si incluserit hominem**, carcere sc. infirmitatis vel tribulationis, **nullus est, qui aperiat**, praeter eum supple. Apc III, (7): ,Habet clavem David, qui claudit, et nemo aperit; aperit, et nemo claudit.‘ Is XXII, (22): ,Claudet, et non erit qui aperiat; aperiet, et non erit qui claudat.‘

15 **Si continuerit aquas**, pluviae sc. vel doctrinae, **omnia siccabuntur**, et corda et areae. Ir XIV, (3 4): ,Confusi sunt et afflicti, et operuerunt capita sua. Propter F 22a terrae vastitatem, quia non | venit pluvia in terram.‘ Is V, (6): ,Mandabo nubibus Meis, ne pluant super eam imbrem.‘ Exemplum III. Rg XVII, (1), ubi iuxta verba Eliae non pluit super terram annos tres et menses sex. Iac V, (17): ,Elias homo similis fuit nobis passibilis; et ora- M 38a tione oravit, ut non plueret super terram, | et non pluit annos tres et menses sex.‘ **et si emiserit eas**, aquas sc. pluviae vel doctrinae, **subvertent terram** vel cordis vel arearum. Gn VII, (11 12): ,Rupti sunt omnes fontes abyssi magnae, et cataractae caeli apertae sunt; et facta est pluvia super terram.‘

16 **Apud ipsum est fortitudo.**

E 19c Tangit | hic effectum in humanis, primo particulariter, secundo universaliter ibi (XII, 23): *Qui multiplicat gentes.* Particulariter tangit in quinque, sc. decipientis et decepti, commutatione digni et indigni, commutatione labii veracis et falsi, commutatione honorati et despecti, commutatione profundi in tenebris et in luce manifestati.

Praemittit autem generalem propositionem, quam probat per sequentia.

Et hoc est: **Apud ipsum est fortitudo,** faciendi sc., quod vult. Ex XV, (11): ,Quis similis Tui in fortibus, Domine?‘ **et sapientia,** ordinandi sc. et disponendi. Iob IX, (4): ,Sapiens corde est, et fortis robore.‘

Et ponit effectum primum: **ipse novit et decipientem**, hoc est, quibus viis decipiat, **et eum, qui decipitur,** hoc est, qua simplicitate vel insipientia vel voluntate decipiatur. Ir XX, (7): ,Seduxisti me, Domine, et seductus sum; fortior me fuisti, et invaluisti.‘ Et supple, quia hoc novit: **Adducit consiliarios**, consilia sc. 17 pessima tractantes et machinantes, **in stultum finem**, ut sc. ad finem intentum venire non possint. Iob V, (13): ,Apprehendit sapientes in astutia eorum, et consilium pravorum dissipat.‘ **et iudices in stuporem**, supple adducit, ut sc. nesciant, quid iustum vel iniustum sit, et iudicium pervertant. Dn XIII, (5): ,Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.‘ Is I, (23): ,Pupillo non iudicant, causa viduae non ingredietur ad eos.‘

Et subdit commutationem secundam: **Balteum regum dissolvit.** Balteum cin|- 18 gulum regale est, vel militare vel sacer- M 38b dotale, quo dignitas personae demonstratur. Unde | I. Rg XVIII, (4): ,Ex- B 28b spoliavit se Ionathas tunica, qua erat indutus, et dedit eam David et reliqua vestimenta sua, usque ad gladium et arcum et usque ad balteum.‘ **et praecinxit fune renes eorum.** Funes dico, quo ut viles et abiecti constrin|gantur. Prv V, T 25a (22): ,Iniquitates suae capiunt impium, et funibus peccatorum constringitur.‘ **Ducit** 19 **sacerdotes**, hoc est eos, qui fuerant sacerdotes, **inglorios**, expositio est praecedentis, exemplum in Sobna [1]. Is XXII, (17): ,Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinacius, et velut amictum sublevabit te.‘ **et optimates supplantat.** Expositio eius est, quod dixit de regibus. Am VI, (1): ,Optimates capita populorum, ingredientes pompatice domus

[1] *Vide 4 Rg 18, 18.*

Israel.' Et post pauca (Am VI, 7): ‚Nunc
migrabunt in capite transmigrantium, et
auferetur factio lascivientium.'
20 Et subdit effectum tertium: **commutans
labium veracium**, ut sc. falsa dicant,
qui vera dicere consueverunt. Exemplum
III. Rg XIII, (11—18), ubi prophetes,
qui habitabat in Bethel, commutans
labium veritatis in mendacium,
dixit ad prophetam Domini: ‚Angelus locutus
est mihi in sermone dicens: Reduc
eum in domum tuam!' Et hoc explanat
subdens: **et**, id est, **doctrinam senum auferens**.
Senes a senectute mentis dicuntur,
qui aliquando convertuntur in
F 22b stul|titiam, eo quod sapientia abutuntur.
Unde Prv VI, (16) inter ea, quae odit
Deus, ponit ‚senem fatuum'. Hebr V, (12):
‚Cum deberetis magistri esse propter tempus,
rursum indigetis, ut doceamini, quae
sint elementa exordii sermonis iustitiae.'
Rom II, (21): ‚Quid[a] alium doces, te ipsum
non doces?'
21 Et subdit effectum quartum: **Effundit**,
abundanter sc. **despectionem super principes**,
ut despecti supple fiant, qui honorati
fuerunt. Exemplum in Nabuchodonosor.
Dn IV, (22): ‚Ab hominibus
M 38c eicient te, et cum feris | erit habitatio
tua.' Is LII, (14): ‚Sicut obstupuerunt
super eum multi, sic inglorius erit inter
viros aspectus eius.' **et eos, qui oppressi
fuerant, relevat.** I. Rg II, (8): ‚Suscitans
de pulvere egenum, et de stercore erigens
pauperem, ut sedeat cum principibus et
solium gloriae teneat.'
22 Et subdit effectum quintum: **qui revelat
profunda de tenebris**, hoc est occultis.
Dn II, (28): ‚Est Deus in caelo
revelans mysteria.' **et producit in lucem,**
hoc est manifestationem, **umbram mortis,**
hoc est, quod clausum fuit, sicut umbra
mortis. Iob XXXIV, (22): ‚Non sunt
tenebrae, et non est umbra mortis, ut ab-
E 19d scondantur ibi, qui operantur iniquitatem.' |
Et subdit universaliter et dicit duo.
In subversione sc. gentium et subversione
sensus.

Et hoc est: **qui multiplicat gentes.** 23
‚Ex uno sc. faciens omne genus hominum',
ut dicit Act XVII, (26). Is LI, (2):
‚Unum vocavi eum, et benedixi ei, et
multiplicavi eum.' **et perdit eas,** | fame B 28c
sc. et peste et gladio. Ps (XLIII, 3):
‚Manus Tua gentes disperdidit, et plantasti
eos; afflixisti populos et expulisti
eos.' **et subversas in integrum restituit.**
Gn XL, (13): ‚Recordabitur Pharao ministerii
tui, et restituet te in gradum pristinum.'
Iob XXXIV, (24): ‚Conteret
multos et innumerabiles: et stare faciet
alios pro eis.'
**qui immutat cor principum terrae populi**, 24
ut sc. quasi insipientes nesciant,
quid agant. Rom I, (22 21): ‚Dicentes
se esse sapientes | stulti facti sunt, et T 25b
obscuratum est insipiens cor eorum.'
Et hoc exponit subdens: **et**, id est,
**decipit eos**, hoc est, permittit decipi, **ut
frustra incedant**[b] **per invium**, ad finem
sc. intentum non pervenientes. Exemplum
in Achab, III. Rg ultimo (XXII, 6—35),
qui dum cogitaret capere Ramoth in Galaath[c],
spiritu mendaci in ore prophetarum
deceptus est, et interfectus.
Et explanat hoc subdens: **Palpabunt** 25
**quasi in tenebris,** | manu sc. tentantes, M 38d
quo divertant; **et non in luce**, hoc est
nihil de luce rationis habentes. Is LIX,
(10): ‚Palpavimus sicut caeci parietem,
et quasi absque oculis attrectavimus.'
**et errare eos faciet**, subtrahendo sc. lumen
intelligentiae, **quasi ebrios**. Is XXVIII,
(7): ‚In ebrietate nescierunt videntem,
ignoraverunt iudicium.' Ps (CVI, 40):
‚Errare eos fecit in invio et non in via.'

## CAPITULUM XIII.

### Ecce omnia haec. 1

HIC incipit pars, in qua ostendit eos esse perversos in dogmatibus, et habet tres paragraphos. In quorum primo se ostendit non esse imparem illis in scientia; secundo, quod haec non est causa

[a] Qui *FM*. [b] **intendant** *FM*. [c] *sic CC*, Galaad *Vulgata*.

disputationis; tertio, quod perversum est
dogma eorum.
Et hoc est: **Ecce omnia haec**, quae
supple dicta sunt, **et vidit oculus meus**,
in praesentia sc. luminis divini. Eccli
XLVIII, (27): ‚Spiritu magno vidit ultima.‘
**et audivit auris mea**, interior sc. I. Rg
III, (9): ‚Loquere, Domine, quia audit
servus Tuus.‘ **et intellexi singula** per
collationem unius ad alterum. Dn X, (1):
‚Intellectu opus est in visione.‘ Gregorius[1]:
‚Cum enim ostenditur aliquid vel auditur,
F 22c si intellectus | non tribuitur, prophetia
minime est.‘ Et intendit dicere, quia
omnia inducta Deus non ordine iustitiae
humanae operatur, sed regimine, quod
dissimile est regimini humano.
2 Et hoc est: **Secundum scientiam vestram**, quae sc. sumitur ex visu operum
et auditu sermonum, **et ego novi**. Sap VII,
(17): ‚Ipse dedit mihi horum scientiam
veram, quae sunt, ut sciam dispositionem
orbis terrarum.‘ **nec inferior vobis sum**,
virtute sc. ad vitam pertinente, et minus
dicit moderando verba et plus significat.
Superior enim fuit, de quo dicitur Iob I,
(8): ‚Quod non sit ei similis in terra.‘
Eccli XLIV, (20): ‚Non est inventus similis illi.‘ Et subdit, quod haec non est
causa disputationis, sed quaedam ostentatio sapientiae.
3 Et hoc est: **Sed tamen ad Omni-**
M 39a **potentem | loquar**, apud quem sc. non
est iniquitas. Ex XV, (3): ‚Omnipotens
B 28d no|men eius.‘ Est XIII, (9): ‚In ditione
Tua cuncta sunt posita, et non est qui
possit resistere voluntati Tuae.‘ **et**, id
est, **disputare cum Deo cupio**, de modo
providentiae et causa regiminis humanae
vitae. Ir XII, (1): ‚Iustus quidem Tu es,
Domine, si disputem Tecum; verumtamen
iusta loquar ad Te.‘
Et subdit de reprehensione condis-
4 putantium in perverso dogmate: **prius**,
supple quam in disputatione intentionem
meam concludam, **vos ostendens**, supple
esse **fabricatores mendacii**. Gregorius[2]:
‚Veritas non ex fabrica, sed ex natura
surgit; mendaci|um fabricatur, sicut[a] enim T 25c
aedificium lapidibus, ita mendacium sermonibus fabricatur‘[a]. Ir IX, (5): ‚Docuerunt linguam suam loqui mendacium;
ut inique agerent, laboraverunt.‘ Ps (XLIX,
19): ‚Lingua tua concinnabat dolos.‘ **et
cultores perversorum dogmatum**, qui enim
suum dogma defendit, tamquam divinum
colit, quod imitari[b] non possit. Perversum autem dogma | est regimen E 20a
divinum dicere regulari aliena regula,
quae est ordo iustitiae humanae. Ir IX,
(6): ‚In dolo renuerunt Me scire, dicit
Dominus.‘
Et quia perversum dogma nocet, sub-
dit: **Atque utinam taceretis**, stultitiam 5
sc. non ostendendo, **ut putaremini esse
sapientes**, in corde meo sc. Ir X, (8):
‚Insipientes et fatui probabuntur doctrina
vanitatis eorum.‘
**Audite ergo.** 6
Hic incipit pars, in qua adhibet eis
correctionem, et habet partes duas:
Primo enim ostendit, quod perversum
dogma Deo displicet; secundo, quod ad
propositum non est ibi (XIII, 14): *Quare
lacero carnes meas.*
In primo tria sunt: immutatio sc. ad
veritatis correctionem, ostensio quod Domino displicet dolosa et mendosa propositio, et quod in tales procedit divina
redargutio et ultio.
Et hoc est: **Audite ergo**, ex quo culpabiles estis, **correctiones meas**. Prv I,
(23): ‚Convertimini ad correctionem meam.
En, proferam vobis spiritum meum[c], et
ostendam verba mea.‘ | M 39b
Et hoc est, quod sequitur: **et iudicium
labiorum meorum**, i. e. verborum per labia
articulatorum, **attendite**. Iob VI, (29 30):
‚Loquentes id, quod iustum est, iudicate.
Et non invenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.‘
Et subdit, quod mendacium Deo non
est acceptum. Et hoc est: **Numquid Deus** 7

[a] sicut . . . fabricatur *om. E.* [b] mutari *TEFM.* [c] spem meam *FM.*

[1] *Greg., Mor. 11, 20, 31; Migne 75, 968.* [2] *ib. 11, 23, 34; ib. 75, 969.*

**indiget vestro mendacio?** Gregorius[1]:
,Veritas non indiget falsitate fulciri.' Io
VIII, (44): ,In veritate non stetit, quia
mendax est et pater eius.' Rom III, (4):
,Est Deus verax, omnis autem homo
mendax.' **ut pro illo loquamini dolos?**
D o l u m l o q u i t u r, qui contra veritatem
loquens alicui blanditur. Ir IX, (6): ,Habitatio
tua in medio doli.' Mal II, (6):
,Lex veritatis fuit in ore eius, et in-
F 22d iquitas non est inventa | in labiis eius.'
8 **Numquid faciem eius accipitis,** dum enim
contra veritatem ordine iustitiae humanae
B 29a dixerunt re|gulari vitam hominis, faciem
Dei acceperunt, hoc est propter hoc blan-
dientes dixerunt, ne Deus iniustus vide-
retur, puniendo innocentes.

Unde exponens hoc subdit: **et,** id est,
**pro Deo** contra veritatem supple **iudi-
care nitimini?** quod omnino perversum
est, quia, quod contra veritatem est, pro
Deo esse non potest. II. ad Cor XIII, (8):
,Non possumus aliquid adversus veritatem,
sed omnia pro veritate.'
9 **Aut placebit ei,** Deo sc., **quem celare
non**[a] **potest?** supple mendacium, quasi
dicat: non. Sap I, (11): ,Os, quod mentitur,
occidit animam.' Hebr IV, (13):
,Omnia nuda et aperta sunt oculis eius.'
**aut decipietur, ut homo,** qui sc. decepti-
bilis est, **vestris fraudulentiis?** hoc est
blanditiis mendosis; quasi dicat: non. Prv
VIII, (13): ,Arrogantiam et superbiam et
T 25d viam pravam et os bilingue | detestor.'

Et ostendit redargutionem et ultionem
10 divinam in tales procedere, subdens: **Ipse
vos arguet,** hoc est redargutos ostendit.
Ps (XLIX, 21): ,Arguam te, et statuam
contra faciem tuam.' **quoniam in abscon-
dito,** hoc est in occulto cordis, **faciem
M 39c eius accipitis,** | blandiendo sibi sc., ut
iustus videatur coram hominibus, et contra
veritatem loquendo. Iac II, (1): ,Nolite
in personarum acceptione fidem habere
Domini nostri Iesu Christi gloriae.' Act
X, (34): ,In veritate comperi, quia non
est personarum acceptor Deus.'

Et subdit de ultione: **Statim, ut se** 11
**commoverit,** reatu sc. mendacii provoca-
tus, **turbabit vos,** puniendo sc. Sap V,
(2): ,Videntes turbabuntur timore horri-
bili.' **et terror eius** in magna poena **irruet**
potenter **super vos,** opprimendos sc. Is
XXX, (27): ,Ardens furor eius, et gravis
ad portandum.'

et tunc supple **memoria vestra,** quam 12
modo falsa sapientia construere nitimini,
**comparabitur cineri,** qui tollitur a vento.
Ps (IX, 7): ,Periit memoria eorum cum
sonitu.' Item Ps (XXXIV, 5): ,Fiant
tamquam pulvis ante faciem venti.' **et
redigentur in lutum,** vile sc. et molle,
**cervices vestrae,** quae modo sunt rigidae
protervitate contra veritatem. Is XLVIII,
(4): ,Scivi enim, quia durus es tu, et
nervus ferreus cervix tua, et frons tua
aerea.' Ps (XVII, 43): ,Ut | lutum pla- E 20b
tearum delebo eos.'

Ex his infert, quod ad propositum non
est, quod dicunt. Et in hoc tria facit:
Auditum petit, causas dictorum ostendit,
vias suas arguit examini divino com-
paratas.

Et hoc est: **Tacete paulisper,** hoc est 13
parum, donec perorem, **ut loquar,** non
stulte sc., sed **quodcumque mihi mens,** hoc
est ratio mensurans cuncta ad regulam
veritatis, **suggesserit.** I. ad Cor XIV,
(15): ,Orabo et spiritu, orabo et mente.'

Et subdit de causa dictorum: **Quare** 14
**lacero carnes meas,** hoc est, laceratas
ostendo, **dentibus meis,** hoc est mordacibus
verbis. Mich III, (3): ,Comederunt car-
nem populi mei, et pellem desuper ex-
coriaverunt.' **et animam meam,** hoc est
vitam animalem, **porto in manibus meis?**
quasi statim percutienti offerendam. Ps
(CXVIII, 109): ,Anima mea in manibus
meis semper.' Iob VII, (15): ,Elegit
suspendium anima mea.' | Ac si dicat: B 29b
Sermones, quos profero in desperatione,
non profero, ut vos interpretamini. Et
hoc | est, quod sequitur: Quia, supple M 39d
**Etiam, si occiderit me, in ipso sperabo.** 15

[a] nihil *TFM.*

[1] *Greg., Mor. 11, 26, 37; Migne 75, 970.*

Rom V, (5): ‚Spes autem non confundit.‘
Hebr VI, (18 19): ‚Confugimus ad te-
nendam propositam spem; quam sicut
ancoram animae habemus tutam ac fir-
mam.‘ Unde ex hac causa sermones non
dicuntur, sed propter veritatem. Et licet,
supple iustus sim, et iustus inveniar, si
fuero iudicatus, **verumtamen vias meas
in conspectu eius**, supple propositas et
divino examini comparatas, **arguam**, hoc
est arguibiles ostendam, quia compa-
ratione divinae rectitudinis nihil satis
F 23a iustum est. Is LXIV, (6): ‚Facti | sumus,
ut immundus omnes nos.‘ Ps (CXL, 6):
‚Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum‘,
hoc est sancti, qui sunt iudices per iu-
stitiam, per comparationem iuncti petrae
T 26a Christo sive solidi|tate iustitiae divinae
absorpti sunt, hoc est iniusti reputati.
16 Et sic, supple propter humilitatem con-
fessionis et spem, quam habeo in eum,
**ipse erit salvator meus.** Dn XIII, (60):
‚Exclamavit omnis populus voce magna;
et benedixerunt Deum, qui salvat spe-
rantes in se.‘ **non enim veniet in con-
spectum eius**, hoc est in lucem gratiae
eius, **omnis hypocrita** supple, sicut vos
estis, qui sc. pro Deo videmini dicere,
cum dicatis contra veritatem. Iob VIII,
(13 14): ‚Spes hypocritae peribit. Non
ei placebit vecordia sua.‘
17 **Audite sermonem meum.**
Hic redit ad propositum positionem suam
confirmando, et dividitur in partes duas:
Primo enim ostendit, quod non pro
peccato punitus est; secundo, quod fra-
gilitas humana districtionem iustitiae di-
vinae sustinere non poterit ibi (XIII, 25):
*Contra folium, quod vento rapitur.* In
primo tria sunt: sc. suae iustitiae ostensio,
et ut plagas auferat petitio, et iniquitatis
quae punitur inquisitio.
Et hoc est: **Audite**, interius sc. **ser-
monem meum.** Mt XIII, (9): ‚Qui habet
aures audiendi, audiat.‘ **et aenigmata,**
M 40a hoc est similitudines, | quibus probo, **per-
cipite auribus vestris.** Prv I, (6): ‚Anim-
advertite parabolam et interpretationem,
verba sapientium et aenigmata eorum.‘
**Si fuero iudicatus**, ordine sc. iustitiae 18
humanae, **scio, quod iustus inveniar.** Ps
(XVI, 3): ‚Probasti cor meum, et visi-
tasti nocte; igne me examinasti, et non
est inventa in me iniquitas.‘ **Quis est,** 19
**qui iudicetur**, hoc est iudicio contendat
**mecum? veniat!** supple, et convincat me.
Is L, (8): ‚Iuxta est qui iustificat me;
quis est, qui contradicat mihi? Stemus
simul; quis est adversarius meus? accedat
ad me.‘ Io VIII, (46): ‚Quis ex vobis
arguet Me de peccato?‘
Et supple, ex quo nullus apparet,
**quare tacens consumor?** quod supple pro
veritate non loquor, et dicit consumor,
quia interius in se ipso indignabatur de
eorum mendaciis. Eccli IV, (33): ‚Pro
iustitia agonizare pro anima tua, et us-
que ad mortem decerta pro iustitia.‘ Ir
XX, (9): ‚Factus est mihi sermo Domini,
quasi ignis | aestuans, claususque in ossibus B 29c
meis, et | laboravi, ferre non sustinens.‘ E 20c
Et subdit petens, quod auferantur ab
eo argumenta falsiloqui, quae sunt poenae,
quibus percussus est. Dt enim XXVIII,
(16 sqq) enumerantur poenae, quibus
percutitur transgressor legis, et ideo, ubi
poenae inveniuntur, videtur esse trans-
gressio legis.
Et hoc est: **Duo tantum ne facias mihi,** 20
hoc est percussione ostendendo me nocen-
tem, et comminatione futurae percussionis.
Et hoc est: **et tunc a facie Tua**, hoc est
a praesentia veritatis Tuae, **non abscondar.**
Veritas enim non quaerit angulos[1], sed falsi-
tas et peccatum. Gn III, (10): ‚Audivi vocem
Tuam, et abscondi me, eo quod nudus essem.‘
Et enumerat illa duo: **Manum Tuam,** 21
supple, quae me percussit, **longe fac a
me**, ne sc. percussura Tua faciat me ap-
parere peccatorem. Ps (XXXVIII, 10 11):
‚Obmutui, et non aperui os meum, | M 40b
quoniam Tu fecisti; amove a me plagas
Tuas.‘ **et fortitudo**[a] **Tua**, qua sc. Te me
per|cussurum iterum timeo, **non me ter-** T 26b

[a] **formido** *ETFM.*

[1] *Cf. col. 95 ann. c.*

**reat**, eo quod argumenta dat falsiloquis,
quod pro iniquitate percussus sim. Iob
III, (25): ‚Timor, quem timebam, evenit
mihi, et quod verebar, accidit.‘ Iob XXIII,
(6 7): ‚Nolo, multa fortitudine contendat
mecum, nec magnitudinis suae mole me
premat. Aequitatem proponat contra me.‘
22 Et tunc supple: **Voca me**, o Eliphaz, et
amici tui, **et respondebo tibi**, rationem
reddens pro veritate, **aut certe loquar**,
supple opponendo contra falsitatem, **et
tu responde mihi**, rationem reddens pro
tua assertione. I. Petr III, (15): ‚Parati
omni poscenti vos reddere rationem de
ea, quae in vobis est, spe.‘

F 23b Et ideo subdit inquisitionem suae |
iniquitatis a iudice, qui omnia videt.
23 Et hoc est: **Quantas habeo iniquitates**[a].
Quanta dicitur iniquitas quantitate
intensiva ex circumstantiis aggravata,
iniquitas vero peccatum cum iniuria
proximi factum. Is LIX, (2): ‚Iniquitates
vestrae diviserunt inter vos et Deum
vestrum.‘ **et peccata.** Peccatum est
turpis actus et corruptus ex defectu boni
gratiae. Ps (L, 5): ‚Peccatum meum
contra me est semper.‘

**scelera mea.** Scelus est, ut dicit Augu-
stinus[1], quod accusatione dignum est in
iudicio. Os VI, (9): ‚Scelus operati sunt.‘
**atque delicta**, quae dicuntur quasi dere-
licta et[b] sunt peccata omissionis, **ostende
mihi**, pro quibus sc. me ita punias. Iob
X, (2): ‚Indica mihi, cur me ita iudices?‘

Et supple, si non habeo peccatum, quod
24 punias, **Cur faciem Tuam abscondis**, hoc
est, lucem gratiae Tuae super me ful-
gere non sinis? Is LIV, (8): ‚In mo-
mento indignationis abscondi faciem meam
parumper a Te.‘ **et arbitraris me inimicum
Tuum?** cum supple non sim, sed Tu ex
B 29d arbitrio Tuo percu|tiendo me ponis me ut
M 40a inimicum. Iob | VII, (20): ‚Posuisti me
contrarium Tibi, et factus sum mihi-
metipsi gravis.‘ Thr II, (5): ‚Factus est
Dominus velut inimicus, praecipitavit Is-
rael omnia moenia eius.‘

**Contra folium.** 25

Hic incipit pars, in qua ex miseria et vanitate vitae hominis ostendit hominem regulam indeflexibilis iustitiae non posse sustinere, et dividitur in partes duas. Primo enim ostendit, quod dictum est; secundo petit, ut parcat et protegat ibi (XIV, 13): *Quis mihi tribuat.*

Prima in duas: in prima ostendit ex his, quae sunt vitae, vanam[c] et brevem esse vitam; in secunda hoc idem ostendit ex impossibilitate regrediendi ad vitam post mortem, ibi (XIV, 7): *Lignum habet spem.*

In prima harum tria sunt; infirmitatem enim et vanitatem primo ostendit ex hominis infirmitate, in secunda ex hominis nativitate ibi (XIV, 1): *Homo natus;* in tertia ex brevitate ibi (XIV, 5): *Breves dies hominis sunt.*

In prima harum duo sunt: Ostensio
sc. infirmitatis et quod impossibile sit,
quod sustineat regulam districtae rec|ti- E 20d
tudinis.

Et hoc est: **Contra folium**, hoc est
leve et infimum, **quod vento rapitur**, hoc
est levi exsufflatione. Is LXIV, (6):
‚Cecidimus quasi folium universi, iniqui-
tates nostrae quasi | ventus abstulerunt T 26c
nos.‘ **ostendis potentiam Tuam**, rectitudinis
Tuae sc., quae infinita est et opprimens
et humanae infirmitati non portabilis.
Sap XVI, (13): ‚Tu es, qui vitae et mortis
habes potestatem.‘ **et stipulam siccam**,
squalore sc. miseriae desiccatam, **perse-
queris.** Persecutio enim est, cum id ad
rectitudinem redigitur, quod rectitudinis
capax non est. Ps (LXXXII, 14): ‚Pone
illos ut rotam, et sicut stipulam ante
faciem venti.‘ Is I, (31): ‚Erit fortitudo
vestra ut favilla stuppae.‘

Quod autem persequitur, probat sub-
dens: **Scribis enim**, hoc est, memoriter 26
sicut | in scripto retines, **contra me amari-** M 40d
**tudines**, hoc est causas amaritudinum,
peccata sc. Mal III, (16): ‚Scriptum est
liber monumenti coram eo.‘ **et** sic supple

[a] **et peccata** *add. E.* [b] quae *FM.* [c] vitae, vanam *ex TEFM addidi, in B intervallum.*

[1] *Non inveni.*

**me** redigens ad districtam rectitudinem
**consumere vis,** hoc est condemnare, **pec-
catis,** hoc est pro peccatis **adolescentiae
meae.** Adolescentiam dicit, quia illa
aetas fluxibilis et instabilis est et lasci-
viae deservit. Ps (XXIV, 7): ,Delicta
iuventutis meae et ignorantias meas ne
memineris.'
27 Qualiter autem scribat, subdit: **Posuisti
in nervo pedem meum,** hoc est, ligasti,
ne oculos contemplationis Tuae possem
effugere, ac si sim ligatus, ne longius ab-
eam. Eccli XXIII, (28): ,Oculi Domini
circumspicientes sunt omnes vias homi-
num et profundum abyssi et hominum
corda, intuentes[a] in absconditas partes.'
**et,** id est, **observasti omnes semitas**
F 23c **meas.** Semitae | strictiores quam viae
cogitationes et consilia sunt, quae non
a ignorat Deus. Thr III, | (9): ,Conclusit
vias meas lapidibus quadris', ut non
egrediar. **et vestigia,** hoc est opera,
**pedum meorum,** hoc est affectuum, **con-
siderasti,** ut destricta sc. iustitia et recti-
tudine destituas[b] vel examines. Mt XII,
(36): ,De omni verbo ostioso, quod lo-
cuti fuerint homines, reddent rationem
in die iudicii.' Eccli XII, (14): ,Cuncta,
quae fiunt, adducet in iudicium pro omni
errato, sive bonum, sive malum sit.'
Tantam autem rectitudinem sustinere
28 non possum, **qui quasi putredo con-
sumendus sum,** in humido sc. continuante,
**et quasi vestimentum,** hoc est membrorum
tegumentum, **quod comeditur,** hoc est,
consumitur **a tinea,** hoc est a calore
naturali, sicut a tinea. Is XIV, (11):
,Subter te sternetur tinea, et operimentum
tuum vermes.'
Et hoc idem probat per nativitatem
hominis tripliciter: in ingressu, progressu,
egressu.
XIV 1 Et hoc est: **Homo natus de muliere,**
et ideo mollis et tener. Mulier enim a
M 41a molliendo | dicitur, propter quod de filiis
Dei dicitur Io I, (13): ,Qui non ex
sanguinibus, neque ex voluntate carnis,
neque ex voluntate viri.' Carnem ponit
pro muliere [1]. Iob XV, (14): ,Quid est
homo, ut immaculatus sit, et iustus appa-
reat natus de muliere?' **brevi vivens tem-
pore.** Iac IV, (15): ,Quae est enim vita
vestra? vapor est ad modicum parens.'
Gregorius [2]: ,Quanto angustiatur ad vitam,
tanto dilatatur ad miseriam.' Et hoc est,
quod sequitur: **repletur multis miseriis,**
omnia enim praesentia miseriae quaedam
sunt. Apc III, (17): ,Nescis, quia miser
es, et miserabilis, et pau|per, et nudus, T 26d
et caecus.'
Et subdit de progressu: **Qui quasi flos** XIV 2
**egreditur,** florens enim aetas infantiae
est et iuvenilis. Is XL, (7 6): ,Vere
foenum est populus, et omnis gloria eius
quasi flos foeni.' **et conteritur,** continua
sc. consumptione. Calidum enim continue
consumit humidum. Ps [3]: ,Contere forti-
tudinem illorum.' Is XL, (8): ,Exsiccatum
est foenum, et cecidit flos.'
Et subdit de egressu: **et fugit velut
umbra,** declinans supple. Ps (CVIII, 23):
,Sicut umbra, cum declinat, ablatus sum.'
**et numquam in eodem statu permanet.**
Pugnantibus enim humidis et siccis, ca-
lidis et frigidis, commixtim status non
potest esse unus. Iac I, (10 11): ,Sicut
flos foeni transibit. Exortus est enim
sol cum ardore, | et arefecit foenum, et E 21a
flos eius decidit, et decor vultus eius
deperiit.' Propter hoc dicitur Gn III,
(19): ,Terra es, et in terram ibis', et
pulchre dicit ibis, quia numquam stat,
sed continue vadit. Et comparans in-
firmitatem ad districtionis rectitudinem
subdit: **Et dignum ducis super huiusce-** XIV 3
**modi,** tam miserum et tam instabilem,
**aperire oculos Tuos,** ut omnia eius con-
sideres sc. et dinumeres. Ps (CXLIII, 3):
,Quid est homo, quia innotuisti ei, aut
filius hominis, quia reputas eum?' **et,** id
est, **adducere eum Tecum,** hoc est di-
stricta rectitudine Tua examinatum, **in
iudicium?** Ps (CXLII, 2): ,Non | intres M 41b
in iudicium cum servo Tuo, quia non

[a] intuentis *FM*. [b] discutias *ETFM*.

[1] *Cf. Alb., In Io 1, 13 (XXIV 47).* [2] *Greg., Mor. 11, 49, 66; Migne 75, 983.* [3] *Cf. Ps 10, 15.*

iustificabitur in conspectu Tuo omnis vivens.' Mal III, (2): ,Quis poterit cogitare diem adventus eius, aut quis stabit ad videndum eum?'

XIV Et subdit de vitio|sa origine: **Quis**
4 B 30b **potest facere mundum**, sc. ab omni vitio
immunditiae expurgatum, **de immundo conceptum semine.** Immundum dicitur semen, ut dicit Augustinus[1], propter libidinem annexam, quae fomes et nutrimentum est improbae voluntatis ad illicitum. Eccli XXXIV, (4): ,Ab immundo quid mundabitur? et a mendace quid verum dicetur?'

Et ideo subdit: **Nonne Tu, qui solus es?**
F 23d solus enim est, qui | ab omni defectu
mundus est. Omne enim, quod factum est, aliquid potentiae et non existentiae admixtum habet, et ideo mundum non est, propter quod antonomasice[a] ,sanctus sanctorum' dicitur Dn IX, (24). Dicit enim Dionysius[2], in libro de divinis nominibus, capitulo XII., quod sanctitas est ab omni inquinamento libera et perfecta munditia.

## CAPITULUM XIV.

5 **Breves dies hominis sunt.**

A BREVITATE vitae ostendit hic vanitatem, et dicit duo: Vanitatem sc. et quod tali causa misero parcendum est.

Et hoc est: **Breves dies hominis sunt**, ad minus respectu aeternitatis. Gn XLVII, (9): ,Dies peregrinationum vitae meae parvi et mali.' Is XXXVIII, (12): ,De mane usque ad vesperam finies me.' **numerus mensium eius**, hoc est renovationum et vicissitudinum **apud Te est.** Am V[b]: ,Nunc devorabit eos cum partibus suis.'

Et hoc explanat subdens: **constituisti terminos eius**, vitae sc., **qui praeteriri non poterunt**, quos sc. etiam solus nosti. Act I, (7): ,Non est vestrum noscere tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate.' Act XVII, (26): ,Fecit ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae, definiens statuta tempora et terminos habitationis
eorum.' Et petit, | quod parcatur | tam M 41c T 27a
misero subdens: **Recede ergo paululum** 6
**ab eo**, hoc est remove manum flagellantem, **ut quiescat**, a dolore sc. verberum. II. Rg ultimo (XXIV, 16): ,Misertus est Dominus super afflictionem, et ait angelo percutienti populum: Sufficit; nunc contine manum tuam!' **donec optata veniat**, sic ordina litteram: donec optata dies eius veniat, **et sicut mercennarii (dies eius)**[c]. Dies enim mortis bono in labore exsistenti optata est et praestolata, sicut dies mercennarii, cuius dies ultima finis laboris est et initium mercedis. Iob III, (22): ,Gaudent vehementer, cum invenerint sepulchrum.' Ir XXXI, (16): ,Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrimis, quia est merces operi tuo'[d]. Per omnia haec intendit, quod homo nullius districti[e] rectitudinis capax est, et ideo regula, qua regitur in tali vita, omnibus regulis humanae iustitiae[f] dissimilis est; haec enim positio fuit beati Iob, quam impugnabant amici sui.

**Lignum habet spem.** 7

Hic ab impossibilitate redeundi ad | hanc B 30c
vitam post mortem hominis exaggerat miseriam. Et dicit duo, sc. quod plantis homo miserior est, quae infimam habent vitam, et quod ex se aret et resurgere non valet nisi divina potentia ibi (XIV, 11): *Quomodo, si recedant aquae.* Et hoc est: **Lignum habet spem**, hoc est naturalem exspectationem, sc. quod reviviscat, unde Aristoteles[3] in libro de plantis dicit, quod a planta redit iuventus eius.

Et explanat | spem subdens: **si prae-** E 21b
**cisum fuerit**, in ramusculis sc., **rursum virescit**, per insitionem sc., simile Rom XI,

[a] antono^ce *B*, anthonomasice *ETF*, antonomastice *M; cf. Alb., In Dan 9, 24 (XVIII 581).*
[b] Amos V *CC. Cf. Os 5, 7.* [c] dies eius *om. CC.* [d] operis tui *FM.*
[e] districtu *E.* [f] vitae *FM.*

[1] *Cf. Aug., Contra Iul. 5, 13; Migne 45, 1442.* [2] *Dion., De Div. Nom. 12, 3; Migne 3, 970.*
[3] *Arist., De plantis 1, 7 (II 22).*

(24): ‚An contra naturam insertus es in
bonam olivam,‘ ‚et socius radicis et pin-
guedinis olivae factus es‘[1]. Ir XVII,
(8): ‚Erit tamquam lignum viride, quod
ad humorem mittit radices suas.‘ **et rami**
**eius pullulant**, exorti sc. ex flagro in-
serto. Ps (LXXIX, 12): ‚Extendit pal-
mites suos usque ad mare, et usque ad
flumen propagines eius.‘ Et iste est unus
modus plantae redeundi ad iuventutem.
8 Et subdit secundum: **Si senuerit in**
**terra radix eius**, hoc est, si senectute
confecta per obstructionem pororum aru-
erit. Et hoc explanans subdit: **et**, id
M 41d est **in pulvere**, hoc | est terra frigida et
sicca, **fuerit emortuus**, ut sc. frondere,
florere, fructificare non possit **truncus**
**illius**. Iudas in epistola (12): ‚Arbores
autumnales, infructuosae, bis mortuae,
9 eradicatae.‘ **ad odorem aquae**, hoc est
F 24a ad fumalem | evaporationem, **germinabit**,
hoc est, germinare incipiet. Ir XVII, (8):
‚Ad humorem mittit radices suas, et non
timebit, cum venerit aestus. Et erit
folium eius viride‘. Iob XXIX, (19):
‚Radix mea aperta est secus aquas, et
ros morabitur in messione mea.‘ **et fa-**
**ciet comam**, frondium sc. florum et fruc-
tuum, **quasi cum primum plantatum est.**
Os ult. (XIV, 6 7): ‚Erumpet radix
eius, ut Libani. Ibunt rami eius, et erit
quasi oliva gloria eius.‘ Et tangit opus
rusticanum, quod et Aristoteles in libro
de plantis[2] et Palladius in libro de agri-
cultura[3] tangunt, quod sc. in arbore ve-
tusta, in cuius radice cortex induratus
et in poris obstrictus humorem ad in-
T 27b tima mittere non potest, | et sic arbor
aret et infructuosa efficitur, si maiores
radices denudentur et securi findantur,
lapisque in fissura ponatur, ne iterum
claudi possit, et stercora ponantur et
terra cooperiantur, in fissuris incipit tra-
here humorem, et redit ad ipsam iu-
ventus et comatur foliis, et ornatur flori-
bus, et fecundatur fructibus. Lc XIII,
(7 8): ‚Ecce anni tres sunt, ex quo venio,
quaerens fructum in ficulnea, et non in-
venio; succide ergo illam: utquid etiam
terram occupat? At ille respondens,
dixit illi: Domine, dimitte illam et hoc
anno, usque dum fodiam circa illam, et
mittam stercora.‘
Et per contrarium ostendit miseriam
condicionis humanae subdens: **Homo vero** 10
**cum mortuus fuerit** privatione | animae B 30d
**et nudatus** virtutibus[a] et spiritus ex-
spiratione **atque consumptus** corporis
putrefactione. Iob I, (21): ‚Nudus egres-
sus sum ex utero matris meae, nudus
revertar illuc.‘ **ubi, quaeso, est?** | Nec M 42a
per insitionem[b][4] neque per cultum redit
ad ipsum iuventus eius. I. Mach II, (63):
‚Hodie extollitur, et cras non invenietur,
quia conversus est in terram suam.‘
Et huius dat duas similitudines sub-
dens: **Quomodo, si recedant aquae de** 11
**mari**, quod, sicut dicunt philosophi[5], super
orbem lunae movetur influxu et refluxu,
**et fluvius**, stillis pluviarum supple auctus[c],
**vacuefactus**, ab aqua sc., **arescat**, sicut
in fabula Phaëthontis per diluvium ignis
factum esse dicit Plato[6]. Ps (CXIII, 5):
‚Quid est tibi, mare, quod fugisti, et tu,
Iordanis, quia conversus es retrorsum?‘
**sic homo, cum dormierit**, somno sc. mortis. 12
Ps (LXXV, 7): ‚Ab increpatione Tua,
Deus Iacob, dormitaverunt, qui ascende-
runt equos.‘ **non resurget**, potentia sc.
naturali supple. Ps (LXXXVII, 11): ‚Num-
quid mortuis facies mirabilia? aut medici
suscitabunt, et confitebuntur Tibi?‘ Et
subdit, quod altiori potentia resurget:
**donec atteratur caelum.** Caelum potest
atteri dupliciter, in substantia, et sic
caelum non atteretur, et in officio, se-
cundum quod movet ad generationem et
corruptionem, et sic atteretur, quando

[a] virtutis *FM*. [b] incisionem *FM*. [c] actus *FM*.

[1] *Rom 11, 17.* [2] *Arist., De plantis 1, 17 (II 28).*
[3] *Cf. Palladii op. agricult. 2, 15, 9 (ed. Lips. 1898 p. 63).*
[4] *Cf. Alb., Veget. 2, 1, 3, 36 (ed. Berol. 1867 p. 116).* [5] *Cf. Arist., De mundo c. 4 (III 634).*
[6] *Plato, Tim. 22 C (Bip. 1786 IX 291). Cf. Arist. l. c. c. 6 (III 640).*

stabit in fine mundi. Mt XXIV, (35): ‚Cae-
lum et terra transibunt.‘ **non evigilabit.**
Vigilia est expansio spiritus, caloris et
virtutis ad organa sensuum, **neque con-**
**surget**, corpore sc. et anima, **de somno**
E 21c **suo**, hoc est de morte. Dn XII, (2): |
‚Multi de his, qui dormiunt in terrae
pulvere, evigilabunt, alii in vitam aeter-
nam, alii in opprobrium, ut videant semper.‘
13 **Quis mihi.**
Hic quasi ex conclusione, quod tanta
sit vanitas vitae, quae ad regulam redigi
non possit, et in qua quies nulla sit
propter vexationem Satanae, petit, ut
saltem post mortem quies donetur.
Et habet tres partes: In prima pro-
ponitur petitio; in secunda petitionis ratio
ibi (XIV, 14): *Putasne;* in tertia insta-
bilitatis vitae exaggeratio ibi (XIV, 18):
*Mons cadens defluit.*
Et hoc est: **Quis mihi tribuat.** Innuit,
quod ex se non habet. I. ad Cor IV,
(7): ‚Quid habes, quod non accepisti?‘
**ut in inferno**, in receptaculis animarum
M 42b sc., **protegas me**, a vexatione sc. Satanae |
T 27c Ps[a]: ‚Eruisti animam meam, ut | non
periret.‘ Os XIII, (14): ‚De morte red-
F 24b imam | eos; de manu mortis liberabo eos.‘
**et abscondas me**, sc. ne tangat me ma-
litia Satanae. Ps (XXX, 21): ‚Proteges
eos in tabernaculo Tuo, a contradictione
linguarum‘, **donec pertranseat furor Tuus**,
quem sc. in districto ostendis iudicio.
Ps (LXXXIV, 6): ‚Numquid in aeternum
irascetur[b] nobis?‘ furor enim Domini per-
transit, misericordia[c] autem eius non per-
transit[c]. Ir XXIX, (11): ‚Ego cogito
cogitationes pacis et non afflictionis.‘
**et constituas mihi tempus, in quo re-**
**corderis mei?** finiendo sc. tribulationem
et consolando per misericordiam. Dn ult.
(XIV, 37): ‚Recordatus es mei, Deus, et
F 31a non dereliquisti | diligentes[d] Te.‘
Et subdit rationem petitionis, et dicit
duo. Ponit enim petitionis rationem et

eius, quod contrariatur petitioni, remo-
tionem ibi (XIV, 16): *Tu quidem gressus.*
Et hoc est: **Putasne, mortuus homo** 14
**rursum vivat?** hoc est vivere possit hac
mortali vita, quasi dicat: non; quia, etsi
vivet, potentia Dei vivet et vita im-
mortali. Phil III, (21): ‚Reformabit cor-
pus nostrum configuratum corpori clari-
tatis suae.‘ Et supple ideo, dum vivo
**cunctis diebus, quibus nunc milito**, supple
contra vexationem Satanae. Iob VII, (1):
‚Militia est vita hominis super terram.‘
**exspecto**, spe desiderata sc., **donec veniat**
**immutatio mea**, in transitu sc. mortali-
tatis ad immortalitatem. I. ad Cor XV,
(52): ‚Mortui resurgent incorrupti, et
nos immutabimur.‘ Tunc enim vexationes
Satanae non sentiemus. Apc XXI, (4):
‚Iam non erit amplius neque luctus neque
clamor, sed nec ullus dolor‘[e]. I. ad Cor
XV, (54): ‚Cum mortale hoc induerit im-
mortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus
est: Absorpta est mors in victoria‘. **Vo-** 15
**cabis me**, ad immutationem sc., **et ego**
**respondebo Tibi** per oboedientiam. | Gre- M 42c
gorius[1]: ‚Tunc vocanti Deo veraciter
respondebimus, quando ad summae in-
corruptionis iussum incorruptibiles re-
surgemus.‘ Gn XXII, (1) vocatus a Do-
mino ‚respondit: Adsum.‘ Mt XX, (8):
‚Voca operarios, et redde illis mercedem
suam.‘ Unde autem respondere sic pos-
sit, subdit et suppletur: quia **operi ma-**
**nuum Tuarum porriges dexteram**, hoc est
adiutorium efficax, quo ad immortalitatem
pertingere possim. Ps (CXVII, 16): ‚Dex-
tera Domini fecit virtutem, dextera Do-
mini exaltavit me.‘ Prv III, (16): ‚In
dextera illius longitudo dierum.‘
Et subdit removendo petitionis con-
trarium: **Tu quidem gressus meos di-** 16
**numerasti**, hoc est opera et cogitationes
ad remunerandum sc. in bono et in malo.
Is XXVII, (8): ‚In mensura contra men-
suram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam.‘

[a] Ps CC. *Cf. Ps 85, 13.* [b] irasceris *E.* [c] sed misericordia non *FM.*
[d] querentes *E,* sustinentes *FM.* [e] quoniam priora transierunt *add. FM.*

[1] *Greg., Mor. 12, 14, 18; Migne 75, 995.*

**sed**, quia a districtione[a] iustitiae Tuae
nihil satis rectum est, **parce peccatis**
**meis.** Ioel II, (17): ‚Parce, Domine, parce
populo Tuo; et ne des hereditatem Tuam
in opprobrium.‘

Qualiter autem dinumeravit, subdit:
17 **Signasti quasi in sacculo delicta mea.**
Gregorius[1]: ‚Signat delicta in sacculo,
T 27a quia ea in secreto iudiciorum suorum |
attendit, ut feriat.‘ Eccle ult. (XII, 14):
‚Cuncta, quae fiunt, adducet in iudicium.‘
**sed curasti iniquitatem meam,** flagellis sc.
Is XXVII, (9): ‚Iste est omnis fructus,
E 21a ut auferatur iniquitas.‘ Mich ult. | (VII,
18): ‚Quis, Deus, similis Tui, qui aufers
iniquitatem, et transis peccata reliquiarum
hereditatis Tuae?‘

Et subdit exaggerando vitae praesentis instabilitatem, et dicit tria: sc. quod continue consumitur, quod sine spe reditus finitur, quod bonorum huius saeculi frustratur.

18 Et hoc est: **Mons cadens defluit,** pau-
latim supple, licet magnus sit, et sic
cadit magnitudo saeculi. Is XL, (4):
B 31b ‚Omnis mons et collis humiliabitur.‘ **et**
M 42a F 24c **saxum,** | quamvis || durum sit, **transfertur**
**de loco suo**, et intendit, quod, quamvis
vita alicuius hominis dura sit et fortis,
tamen tandem de saeculo isto per mortem
transfertur. Is II, (12 13): ‚Dies Domini
super omnes cedros Libani sublimes et
erectas, et super omnes quercus Basan.‘
Et post pauca (II, 17): ‚Et incurvabitur
sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum.‘

19 Et subdit tertiam similitudinem: **La-**
**pides excavant aquae,** unde:

Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo [2].

Et intendit, quod assiduitate consumtionis vita continue perit. Iob IV, (20): ‚De mane usque ad vesperam succiduntur‘ [b].

Et supponit quartam similitudinem: **et alluvione paulatim terra consumitur,** et intendit, quod eductione humidi vitalis[c] vita continue perditur. II. Rg XIV, (14): ‚Omnes morimur, et quasi aquae dilabimur in terram.‘ Et hoc est, quod sequitur: **et homines ergo similiter perdes**, paulatina sc. consumptione. I. ad Cor XV, (31): ‚Quotidie morior propter[d] gloriam vestram, fratres.‘

Quod autem parum stat, subdit: **Robo-** 20
**rasti eum paululum** ad incrementum sub-
stantiae et virtutis perfectum deducendo.
Is XL, (29): ‚Dat lasso virtutem, et his,
qui non sunt, fortitudinem, et robur
multiplicat‘, sed hoc est paululum. Ps
(XXXVIII, 12): ‚Tabescere fecisti sicut
araneam eius.‘ **ut**, non est causale, sed
consecutivum, **in perpetuum pertransiret**,
sc. ad hanc vitam mortalem non rediturus. Is XXXVIII[e]: ‚Non revertetur oculus meus, ut videat bona.‘ Iob XVI, (23): ‚Breves anni transeunt, et semitam, per quam non revertar, ambulo.‘

Qualiter autem hoc fiat, subdit: **immutabis faciem eius**, a praesenti sc. luce claudens, ut de cetero eam non videat. Ps (CI, 27)[f]: ‚Velut amictum mutabis eos, et mutabuntur.‘ **et emittes eum**, extra lucem sc. praesentem ad tenebras mortis. Thr III, (2): ‚Me minavit, et adduxit in tenebras.‘ Ps (CXLII, 3): ‚Collocavit me in obscuris, sicut mortuos saeculi.‘

**Sive nobiles fuerint filii eius,** hoc est | 21
illustres, **sive ignobiles**, hoc est abiecti M 43a
et infortunati, **non intelliget**, post mortem
sc. Gregorius[3]: ‚Sicut viventes, mortuorum animae quo loco habeantur, ignorant, ita mortui, qui carnaliter vixerunt, vitam in carne positorum, qualiter post eos disponatur, nesciunt.‘ Is XXXVIII, (11): ‚Non aspiciam hominem ultra, et
habitato|rem quietis.‘ Propter hoc dicit T 28a
Aristoteles[4] in primo Ethicorum, quod, si aliquid fortunae vivorum redundat ad mortuos, sive bonum sive contrarium, quod hoc videtur fragile quiddam et parum vel simpliciter vel illis[g] esse, et non

[a] ad districtionem *FM*. [b] succidentur *T*. [c] radicalis *F*. [d] per *E*.
[e] Is *XXXVIII CC. Cf. Iob 7, 7.* [f] Ps *CC. Cf. Hebr 1, 12.* [g] nihil *FM*.

[1] *Greg., Mor. 12, 17, 21; Migne 75, 996.* [2] *Cf. Ovid., Ep. ex Ponto 4, 10, 5.*
[3] *Greg., Mor. 12, 21, 26; Migne 75, 999.* [4] *Arist., Eth. Nic. 1, 11, 5 (II 12).*

tantum, quod faciat eos felices. Et intendit, quod post mortem non erit consolatio homini nec in bonis saeculi nec in amicis, ut ex spe illius consolationis tolerabilius taedia[a] vitae sustineat.

22 Et hoc est, quod sequitur: **Attamen caro eius**, hoc est corpus, **dum vivit** hac praesenti vita, **dolebit**, hoc est, dolores corporis sustinebit. Is L, (11): ‚De manu B 31c mea factum est hoc vobis, in doloribus | dormietis.‘ Iob XXX, (17): ‚Nocte os meum perforatur doloribus; et qui me comedunt, non dormiunt.‘ **et anima illius super semetipso**, hoc est super angustiis propriae vitae, **lugebit.** Sap VII, (3): ‚Primam vocem similem omnibus emisi plorans.‘ Thr I, (2): ‚Plorans ploravit in nocte‘, hoc est in angustia vitae.

## CAPITULUM XV.

1 **Respondens autem Eliphaz Themanites dixit.**

HIC incipit secundus circulus disputa- E 22a tionis, | et terminatur usque ad XXII. capitulum et revocetur ad memoriam positio[1] Eliphaz, qui dixit, quod Deus regit humana bona reddens bonis, et mala malis, et in hoc sunt ‚aequae viae Domini‘, ut dicitur Ez XVIII, (29). Et quia se excusabat Iob dicens supra (III, 24): *Antequam comedam, suspiro,* intendens per hoc, quod timor Dei praeservasset eum a peccato, et ita non pro F 24d peccato percussus | esset, ideo iste disputat contra hoc, volens ostendere, quod ille timor ex mala conscientia provenerit[b], secundum quod dicitur Sap XVII, M 43b (10): ‚Cum sit timida ne|quitia, data est in condemnationem impiorum.‘ Et ideo dividitur capitulum istud in duas partes.

In prima enim redarguit Iob de modo sc. dicendi et de falsitate dictorum. In secunda ostendit nequitiam et ex nequitia timidum ibi (XV, 25): *Extendit enim adversus Deum.*

Prima dividitur in duas. Primo enim reprehendit dicta. In secunda ostendit in malum obstinatum ibi (XV, 17): *Ostendam tibi, audi me.*

Prior adhuc in duas: Primo enim reprehendit modum dicendi, secundo ostendit falsitatem in dictis ibi (XV, 11): *Numquid primus homo.*

In prima duo sunt, sc. inconveniens modus in dicto, et causa ibi (XV, 5): *Docuit enim iniquitas.*

Inconveniens modus ostenditur in duobus, in dicto sc. et in dicente, et hoc est: **Respondens autem Eliphaz Themanites dixit.** Dictum est[2], quod Eliphaz Domini contemptus interpretatur, quia in sapientia superiorem se non reputabat[c] habere; Themanites dicitur, quia in Theman fuit studium litterarum, ut dicitur Bar III, (22). Unde Iob XII, (2): ‚Vos estis soli homines, et vobiscum moretur[3] sapientia.‘

Et reprehendit modum in dictis subdens: **Numquid sapiens**, qui sc. prae- 2 ordinat, quid et qualia dicat, **respondebit quasi in ventum loquens?** hoc est inutilia, quae non nisi ventum pascunt, quasi dicat: non. Os XII, (1): ‚Ephraim pascit ventum et sequitur | aestum; tota die T 28b mendacium et vastitatem multiplicat.‘

Et subdit reprehensionem in dicente et supple: **Numquid sapiens implebit ardore,** irae sc. et indignationis, adversus condisputantem **stomachum suum?** Metaphora est: ardore[d] enim impleto stomacho fumus foetidus eructuatur. Et quia Iob dixit supra (VI, 25): ‚Quare detraxistis sermonibus veritatis‘, isti[e] in|terpretantur ex B 31d indignatione[e] hoc dictum.

Et hoc ostendit subdens: **Arguis verbis** 3 **eum, qui non est aequalis tibi,** hoc est Deum, et sic ex ardore stomachi loqueris. I. ad Tim | V, (1): ‚Seniorem ne incre- M 43c paveris, sed obsecra ut patrem.‘ Hoc

[a] taedium istius *FM*. [b] proveniret *E*, provenisset *FM*. [c] credebat *FM*.
[d] ab ore *F*, a corpore *M*. [e] isti . . . indignatione *om. FM*.

[1] *Iob 4, 7 sqq. Cf. col. 72/1.* [2] *Cf. col. 68/35.* [3] *Cf. col. 162/29.*

autem dicit ideo, quia dixerat Iob VI, (2):
‚Utinam appenderentur peccata mea, qui-
bus iram merui, et calamitas, quam pa-
tior, in statera!‘ Iob XIX, (6): ‚Saltem
nunc intelligite, quia Deus non aequo
iudicio afflixerit me.‘ Et subdit, quia
inutilia profert: **et loqueris, quod tibi
non expedit.** Iob VI, (26): ‚In ventum
verba profertis.‘ Et ex hoc concludens
4 subdit: **Quantum in te est**, Deus enim
nullum privat, quantum est in se, sed
homo Deum abicit. **evacuasti timorem**,
Dei sc. Ps (XIII, 3): ‚Non est timor Dei
ante oculos eorum.‘ **et tulisti**, hoc est
abstulisti, **preces coram Deo**, hoc[a] est,
quod preces tuae non habent locum coram
Deo[a]. Io IX, (31): ‚Peccatores Deus non
audit.‘ Is I, (15): ‚Cum multiplicaveritis
orationem, non exaudiam.‘
5 Et subdit causam horum: **Docuit enim
iniquitas tua**, quae sc. in corde tuo ab-
undat, **os tuum.** Mt XII, (34): ‚Ex ab-
undantia cordis os loquitur.‘ Et ibidem
(XII, 35): ‚Malus homo de malo thesauro
profert mala.‘ Gregorius[1]: ‚Ex perversa
vita didicisti loqui perversa.‘ **et**, ideo
supple, **imitaris linguam blasphemantium**,
imponendo sc. Deo falsum crimen, quod
te sine causa puniverit, quasi delectetur
in poenis et perditionibus hominum. Sap
I, (13): ‚Deus mortem non fecit, nec de-
lectatur in perditione vivorum.‘ Supple:
6 Unde vel ergo[b] **Condemnabit te os tuum**,
hoc est, verbum tuum condemnabilem te
ostendit, **et non ego**, hoc dicit, ut com-
pati videatur. Mt XII, (37): ‚Ex verbis
tuis iustificaberis, et ex verbis tuis con-
demnaberis.‘ **et labia tua**, hoc est verba
labiorum[c] distinctione prolata, **responde-
bunt tibi**, hoc est, materiam respondendi
E 22b ministrant. | Mt XXIV[d]: ‚Ex ore tuo te
iudico, serve nequam!‘ Thr III, (62):
F 25a ‚Labia insur|gentium, Domine, et medi-
tationes eorum adversum me tota die,‘
supple vidisti.

Et subdit reprehendendo | primo igno- M 43a
rantiam et postea falsitatem dictorum, et
hoc est: **Numquid primus homo tu natus es?** 7
sic ordinanda est littera: Tu homo, natus
ab humo sc., numquid primus es? quasi
dicat: non, et intendit, quod, cum ultimus
sit, altiora se cognoscere[e] non poterit,
et, cum ab humo sit, divina attingere non
possit. Eccli III, (22): ‚Altiora te ne
quaesieris, et fortiora te non scrutatus
fueris.‘ **et ante colles formatus?** ut sc.
sapientiam Dei possis investigare, et
alludit ei, quod dicitur Prv VIII, (25):
‚Ante colles ego parturiebar.‘
Et ideo sequitur: **Numquid consilium** 8
**Dei audisti?** ante omnia sc. exis|tens. T 28c
Gregorius[2]: ‚Ut de aeterno loqui possis
et de eius consilio disputare.‘ Is XL,
(13): ‚Quis adiuvit spiritum Domini? aut
quis consiliarius eius fuit?‘ Rom[f] XI, (34):
‚Quis cognovit sensum Domini? aut quis
consiliarius eius fuit?‘[f] **et inferior te**, hoc
est, posterior te erit | **eius sapientia?** quasi B 32a
dicat: non. Eccli I, (3): ‚Sapientiam Dei
praecedentem omnia quis investigabit?‘
Sap IX, (16 17): ‚Quae in caelis sunt,
quis investigabit? Sensum autem Tuum
quis sciet?‘ Et intendit, quod divina, prout
in Deo sunt, investigari non possunt, et
ideo stultum sit dicere, quod non ex
meritis hominum, sed ex profundo sui
consilii gubernentur humana.
Ideo de humanis subdit: **Quid nosti, quod** 9
**ignoremus?** humanorum sc., **quid intel-
legis, quod nesciamus?** divinorum sc. ex
humanis acceptorum. Iob XIII, (2): ‚Se-
cundum scientiam vestram et ego novi:
nec inferior vestri sum.‘ **Et senes**, mentes 10
sc. canitie **et antiqui** experimentorum
acceptione **sunt in nobis**, a quibus sc.
auctoritate dignam et experimentis certam
accipimus doctrinam. Sap IV, (9): ‚Cani
sunt sensus hominis, et aetas senectutis
vita immaculata.‘ **multo vetustiores quam
patres tui**, hoc est informatores tui in

[a] hoc . . . Deo *om. E.* [b] Ergo supple *FM.* [c] tuorum *add. FM.*
[d] Matth. XXIV *ETB;* Matth. XII *FM.* *Cf. Mt 12, 37 et 25, 26; Lc 19, 22.*
[e] scire *FM.* [f] Rom . . . fuit *om. EFM.*

[1] *Greg., Mor. 12, 25, 30; Migne 75, 1001.* [2] *Cf. Greg., Mor. 12, 27, 32; Migne 75, 1001.*

sapientia. Iob XII, (12): ,In antiquis est
M 44a sapientia et in multo tempore prudentia.' |
Et alludit ei, quod dicitur III. Rg XII, (8),
ubi Roboam acquievit consilio iuniorum
et a consilio seniorum recessit, et ideo
regnum eius divisum est. Aristoteles [1]
in tertio Topicorum: ,Nemo eligit iuvenes
duces, quia non constat eos esse sapientes.'
Quid autem damni ex hoc inciderit,
11 subdit: **Numquid grande est, ut consoletur te Deus?** qui omnem poenitentem et
bonum consolatur. Is ultimo (LXVI, 13):
,Quomodo, si cui mater blandiatur [a], ita
ego consolabor vos.' **Sed verba tua prava,**
impoenitentis [b] cordis sc. iudicia [c] **hoc prohibent** [b]. Peccatum enim prohibet divinae
consolationis perceptionem. Ir III, (2 3):
,Polluisti terram in fornicationibus tuis
et in malitiis tuis. Quamobrem prohibitae
sunt stillae pluviarum, et serotinus imber
non fuit.'
Et ex hoc damno occasionem sumit
reprehendendi subdens, et suppletur ergo:
12 **Quid te elevat cor tuum,** ex quo tibi nociva est elevatio. Is X, (12): ,Visitabo
super fructum magnifici cordis regis Assur.'
Ps (LXXIV, 6): ,Nolite extollere in altum
cor vestrum; nolite loqui adversus Deum
iniquitatem.' **et quasi magna cogitans**
vel alta **attonitos habes oculos?** Gregorius [2]: ,Saepe cor iustorum ad altiora
contemplanda suspenditur [d], ut exterius
eorum facies obstupuisse videatur', et sic
attoniti esse putentur [e], unde et Dominus
in furorem versus esse putabatur [f] a discipulis [g]. Mc III, (21): ,Exibant enim discipuli eius tenere eum; dicebant [h] enim,
quoniam in furorem versus est.'
Et ex hoc ulterius reprehendendo infert:
13 **Quid tumet contra Deum spiritus tuus?**
Gregorius [3]: ,Tumor mentis obstaculum
veritatis.' Rom XI, (20): ,Noli altum
sapere, sed time!' **ut proferas,** in publicum sc., **de ore tuo;** proprio sc., quod
spiritus | sanctus non mo|vet. Ps (XLIX, F 25b T 28d
19): ,Os tuum abundavit malitia; et lingua
tua concinnabat dolos.' **huiuscemodi sermones?** quibus sc., ut te iustifices, Deum
accusas. Iob XL, (3): ,Numquid irritum
facies iudicium Meum, et condemnabis Me,
ut tu iustificeris?'
Et sub|dit sermonum suorum probando E 22c
impossibilitatem | per locum | a minori sup- M 44b B 32b
ponens, quod minus videtur, et inferens
id, quod videtur maius [i]; utriusque tamen
his proponit per modum quaestionis conclusionem intentam. Et hoc est: **Quid** 14
**est homo,** hoc est, quam vilis est homo,
**ut immaculatus sit,** hoc est, ut immaculatus esse possit, cui ex terrena conversatione tot adhaerent maculae. Is VI, (5):
,Vir pollutus labiis ego sum, et in medio
populi polluta labia habentis ego habito.'
Is LXIV, (6): ,Facti sumus ut immundus
omnes nos', et hoc a natura corrupta.
Unde subdit: **et** supple, quis est homo,
**ut iustus appareat natus de muliere?**
quae prima sc. fuit propinatrix corruptionis. Ps (L, 7): ,Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.'
Et praemittit id, quod minus videtur:
**Ecce inter sanctos,** angelos sc. **nemo im-** 15
**mutabilis,** supple est, per naturam sc. **et,**
id est, **caeli,** hoc est caelestes **non sunt**
**mundi,** supple per se ipsos, **in conspectu**
**eius,** hoc est comparatione ipsius, quod
tamen minus videtur. Ps (CXL, 6): ,Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum.'
Iudices enim nostri sancti angeli sunt,
qui iuncti per petrae comparationem, hoc
est soliditati Christi vel Dei, absorpti sunt,
hoc est nihil reputati.
Et infert id, quod magis videtur, sub-
dens: **Quanto magis abominabilis,** in na- 16
tura sc. corrupta **et inutilis,** in opere sc.
**homo,** supple est. Ps (XIII, 1): ,Abominabiles et inutiles facti sunt.' **qui bibit,**

[a] consolatur *E*. [b] impoenitentis . . . prohibent *om. F*. [c] sc. cordis iudicia *M*.
[d] extollitur *FM*. [e] videantur *EM*. [f] credebatur *F*. [g] eius *add. FM*.
[h] dicentes *FM*. [i] magnum *EFM*.

[1] *Arist., Top. 3, 2, 5 (I 200).* [2] *Greg., Mor. 12, 30, 35; Migne 75, 1002.*
[3] *ib. 23, 17, 31; ib. 76, 269.*

hoc est sine difficultate et more glutit, **quasi aquam**, quae nec acuto sapore nec grossitie[a] substantiae glutitioni[1] resistit, **iniquitatem?** Iob XXXIV, (7): ,Quis est vir, ut est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam? Qui graditur cum operantibus iniquitatem, et ambulat cum viris impiis?' Ps (CVIII, 18): ,Induit maledictionem sicut vestimentum; et intravit sicut aqua in interiora eius.'

17 **Ostendam tibi.**

Hic ostendit in malum obstinatum semper timidum esse, non timore, qui excludit peccatum, sed timore, quo malus praeoccupatur[b], qui propter conscientiam
M 44c | peccati non potest expectare, nisi poe-
nam, sicut Gn IV, (14) dicitur de Cain: ,Ecce eicis me hodie a facie terrae, et a facie Tua abscondar. Omnis ergo, qui invenerit me, interficiet me.' Et dividitur pars ista in partes duas.

Primo enim docet obstinato talem inesse timorem, secundo[c] timoris causam ibi (XV, 25): *Extendit enim adversus Deum.*

In prima duo sunt: Doctrinae sc. commendatio, et id, quod docet ibi (XV, 20): *Cunctis diebus.* Doctrinae commendatio est in duobus: In excitatione ad auditum et doctrinae auctoritate.

Et hoc est: **Ostendam tibi**, ratione sc.
T 29a doctrinae, **audi me**, interiori sc. au|ditu.
Is L, (5): ,Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abii.' Et ibidem (L, 4): ,Erigit mihi aurem, ut audiam eum, quasi magistrum.' **quod vidi**, in similitudinibus sc. et experimentis, **narrabo tibi**. Hoc autem dicit, quia duo sunt sensus disciplinales: au-
B 32c ditus et visus, et certior est visus, | quam
auditus. Oratius[2]:

,Segnius irritant animam demissa per aures,
Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus.'

Io III, (11): ,Quod vidit et audivit, hoc testatur.'

Et subdit de doctrinae auctoritate: **Sa-** 18
**pientes confitentur**, hoc est, simul fatentur.
Dicit enim Aristoteles[3] in primo | Topico- F 25c
rum, quod inter probabilia probabilius est, quod videtur sapientibus vel omnibus vel pluribus. Eccle ult. (XII, 11): ,Verba sapientum[d] sunt quasi stimuli, et quasi clavi in altum defixi.'

Ne autem credantur finxisse, subdit: **Et non abscondunt patres suos**, a quibus sc. sapientiam acceperunt, dicit autem non a b s c o n d u n t, quia demonstrabiles erant in sapientia; et p a t r e s[e] dicuntur magistri, quia sicut pater informat ad naturam, ita doctor ad sapientiam. Eccli IV, (12): ,Sapientia filiis suis vitam inspiravit; et suscipit exquirentes se et praeibit in via iustitiae.'

Et hos laudans subdit: **quibus solis** 19
**data est terra**, hoc est terre|norum iudi- E 22d
cium et scientia. Unde I. ad Cor II, (8):
,Quam nemo principum | huius saeculi M 44d
cognovit.' Glossa[4] dicit, principes saeculi esse philosophos et sapientes de saecularibus iudicantes.

Et hoc est, quod sequitur: **et non transibit alienus**, sc. a sapientia, **per eos**, hoc est sapientes. Non enim habet societatem cum eis. Eccle II, (13 14): ,Vidi, quod tantum praecederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris. Sapientis oculi in capite eius; stultus in tenebris ambulat.' Eccle I, (13): ,Proposui in animo meo quaerere et investigare sapienter de omnibus, quae fiunt sub sole.'

Quid autem doceat, subdit: **Cunctis die-** 20
**bus suis impius superbit**, hoc est, voluntatem habet superbiendi et super alios se exaltandi. Ps (LXXIII, 23): ,Superbia eorum, qui Te oderunt, ascendit semper.' et, supple hoc mirum est, quia **numerus annorum incertus est tyrannidis eius**. Tyrannus, ut dicit Boetius[5], est, qui re-

[a] grossitudine *E.* [b] praeoccupatus *FM.* [c] ostendit *add. FM.*
[d] *sic BTEM,* sapientibus *F.* [e] patres vero *FM.*

[1] *Cf. Alb., De animal. 1, 2, 22 (XI 109 sq).* [2] *Horatius, De arte poët. 180 sq (Lips. 1870 p. 233).*
[3] *Cf. Arist., Top. 1, 8 (I 178).* [4] *Non inveni; cf. Migne 114, 521.*
[5] *Cf. Boeth., De consol. Phil. 2, 6 et 3, 5; Migne 63, 703 et 740.*

gimen reipublicae in nocumentum populi
et utilitatem sui malitiose pervertit. Prop-
ter quod dicit Aristoteles[1] in primo Ethi-
corum, quod tyrannis corruptio regni est.
Unde II. Mach IV, (25) de Iasone dici-
tur, quod venit in Ierosolymam ‚nihil
quidem habens dignum sacerdotio, animos
vero crudelis tyranni, et ferae beluae iram
gerens‘. Et intendit, quod beatus Iob
tyrannice principabatur in populum.

Et quia ‚timida est nequitia‘, ut dicitur
21 Sap XVII, (10), ideo[a] sequitur: **Sonitus
terroris**, hoc est auditus terroris, **semper
in auribus illius**, supple est. Econtra de
secura mente in Ps (CXI, 7) dicitur:
‚Ab auditione mala non timebit.‘ Sap
XVII[a], (10): ‚Frequenter praeoccupant
pessima redarguente conscientia.‘

Quem timorem ulterius exaggerans sub-
dit: **et cum pax fit**, hoc est, nullus aliquid
T 29b mali machinetur, **ille**, sc. impius, | **semper
insidias suspicatur.** Dt XXXII, (25):
‚Foris vastabit eos gladius, et intus pavor.‘
Gregorius[2]: ‚Prava mens semper in labo-
ribus est, sicut bona semper tranquilla;
quia aut molitur mala, quae inferat, aut
metuit, ne sibi ab aliis inferantur.‘ Prv
B 32d XV, (15): ‚Secura | mens quasi iuge con-
vivium.‘ Sap XVII, (10): ‚Semper prae-
sumit saeva perturbata conscientia.‘

Quam etiam per desperationem exagge-
22 rans subdit: **Non credit**, | **quod reverti**
M 45a **possit**, supple per poenitentiam, **de tene-
bris**, angustiae sc. **ad lucem** consolationis
**circumspectans** per desperationem **undique**,
hoc est ex omni causa, **gladium**, qui ultor
iniquitatis est. Iob XIX, (29): ‚Ultor
iniquitatum gladius est.‘ Unde Gn IV,
(14) dixit Cain: ‚Omnis, qui invenerit me,
interficiet me.‘ Cum enim interfectorem
non invenit, se ipsum interfecit, sicut
Iudas Mt XXVII, (5) et Achitophel II. Rg
XVII, (23) et Aman Est VII, (10).

Et hoc ostendit etiam in operibus ne-
23 cessitatis subdens: **Cum se moverit ad
quaerendum panem**, hoc est vitae neces-
saria, **novit**, hoc est, certe suspicatur,
**quod paratus sit**, supple sibi **in manu
eius**, hoc est in opere ipso, **tenebrarum
dies**, hoc est mortis. Thr ultimo (V, 9):
‚In animabus[b] nostris afferebamus panem
nobis, a facie gladii.‘

Et subdit: **Terrebit eum tribulatio**, 24
expectata sc. exterius. Ps (CXIV, 3):
‚Tribulationem et dolorem inveni.‘ **et
angustia** | cordis interius **vallabit eum.** Is F 25d
XXI, (4): ‚Emarcuit cor meum; tenebrae
stupefecerunt me.‘ **sicut regem, qui prae-
paratur ad praelium**, qui semper timet,
quod derelictus a suis et proditus inter-
ficiatur ab hostibus. Dt XXVIII, (65 66):
‚In fine[c] dabit tibi Dominus cor pavidum,
et deficientes oculos, et animam consump-
tam moerore[d]; et erit vita tua, quasi
precedens[e] ante te. Timebis nocte et die,
et non credes vitae tuae.‘

**Tetendit.** 25

Ponit hic causam sc. timidam nequi-
tiam et secundo subinfert poenam ibi
(XV, 28): *Habitabit.* Tertio repetit cau-
sam, ut iustior videatur poena ibi (XV, 34):
*Congregatio enim hypocritae.*

Et hoc est: **Tetendit enim adversus
Deum manum suam.** Gregorius[3]: ‚Contra
Deum tendere manum est in operatione
prava despectis eius iudiciis perseverare.‘
Os VII, 5: ‚Extendit manum suam cum
illusoribus.‘ **et contra Omnipotentem ro-
boratus est.** Gregorius[4]: ‚Contra Omni-
potentem roboratur, quia prosperari in
mala sua actione permittitur.‘ Ex XV,
(15): ‚Robustos Moab obtinuit[f] tremor.‘ | M 45b
**Cucurrit adversus Deum erecto collo.** 26
Gregorius[5]: ‚In malo cucurrit, quando in
malo opere obstaculum de adversitate non
habuit.‘ Prv | I, (16): ‚Pedes eorum ad E 23a
malum currunt.‘ Et quid sit e r e c t o
c o l l o, subdit: **et**, id est **pingui cervice**,
hoc est opulenta[g] superbia **armatus est**,
hoc est membra arma iniquitatis exhibuit,

[a] ideo . . . XVII *om. E.* [b] manibus *FM.* [c] in fine *om. FM.* [d] memorem *F.* [e] pendens *ETFM.* [f] obturavit *FM.* [g] saginata *TEFM.*

[1] *Arist., Eth. 8, 10, 2 (II 99).* [2] *Greg., Mor. 12, 39, 44; Migne 75, 1007.* [3] *ib. 12, 43, 48; ib. 75, 1009.* [4] *ib.* [5] *ib. 12, 43, 49; ib. 75, 1010.*

contra quod dicitur Rom VI, (13): ‚Ne
exhibeatis membra vestra arma iniqui-
tatis peccato.‘ Ps (LXXII, 7): ‚Prodiit
quasi ex adipe iniquitas eorum.‘ Sic
I. Rg XV, (32): ‚Samueli oblatus est rex
Agag pinguissimus tremens.‘ Agag enim
festive solemnis interpretatur, quia in
T 29c deliciis semper solem|nitatis esse voluit,
B 33a et quod hoc sibi caecitatem mentis in|-
27 duxerit, subdit: **Operuit faciem eius,** hoc
est visum mentis, **crassitudo.** Gregorius[1]:
‚Quia desiderata terrenarum rerum ab-
undantia oculos mentis premit.‘ Ps (X, 5):
‚Non est Deus in conspectu eius; inqui-
natae sunt viae illius in omni tempore.‘
Is X, (16): ‚Propter hoc mittet Dominator,
Dominus exercituum, in pinguibus eius
tenuitatem.‘ **et de lateribus eius**, hoc
est de collateralibus sociis et amicis, **ar-
vina dependet.** Gregorius[2]: ‚Quisquis
iniquo potenti adhaeret, ipse quoque de
eius potentia velut ex pinguedine tumet.‘
Eccli XIII, (1): ‚Qui tetigerit picem, in-
quinabitur ab ea; et qui communicaverit
superbo, induet superbiam.‘

Ex his omnibus nequitiis infert poenam
exspectatam, et dicit duo: Poenam sc. ex-
spectatam, et probat eam per simile ibi
(XV, 33): *Laedetur quasi vinea.* Poenam
dupliciter describit, per speciem et per
velocitatem ibi (XV, 32): *Antequam dies.*
Per speciem dupliciter, sc. qualis sit, et
quod redimi ab ea non possit ibi (XV, 31):
*Non credet frustra.* Qualis sit, describit
in malorum concivilitate, in domus sub-
versione, in corporis destructione, in
posteritatis ablatione.

28 Et hoc est: **Habitavit in civitatibus
desolatis**, hoc est, amore habitavit in
M 45c civilitate peccatorum, quae ab omni bono |
desolata est. Ps (LIV, 10): ‚Vidi iniqui-
tatem et contradictionem in civitate.‘ Is
XXV, (2): ‚Posuisti civitatem in tumul-
tum, urbem fortium in ruinam, domum
alienorum, ut non sit civitas.‘ **et in
domibus desertis, quae in tumulos sunt
redactae**, et hoc est destructio eius in
domo. Domus enim destructa est, quando
concidens in tumulos redacta est. Is VI,
(11): ‚Desolatae sunt civitates absque
habitatore, et domus sine homine.‘ Qua-
liter autem destruatur domus, ostendit
per singula. Dicit enim Aristoteles[3], quod
quatuor virtutibus construitur domus,
d e s p o t i c a sc, quae est scientia utendi
servis sive ministris sive dispensatoribus,
c h r e m a t i s t i c a[a] sive thesaurizativa,
quae est scientia ditativa domus, ut sc.
per redivivos fructus non deficiat, u x o r i a,
quae est scientia suscitandi heredes domus
et ne alieni heredes inducantur, et scien-
tia d i s p o n e n d i[b] f i l i o s, ut sc. ex domo
per progenies[c] civitas | plantetur. Et has F 26a
per ordinem ostendit destrui.

Quantum ad primam dicit: **Non dita- 29
bitur**, dispensatoribus sc. pereuntibus,
quibus bona credenda sunt ad usuram:
Mt XXV, (14): ‚Vocavit servos suos, et
tradidit illis bona sua.‘ ‚Et[d] dixit: Ne-
gotiamini, dum venio.‘[d]

Quantum ad secundam dicit: **nec per-
severabit substantia eius**, hoc est fa-
cultates, quae redivivis fructibus non
redeunt. Lc XV, (13): ‚Dissipavit sub-
stantiam suam vivendo luxuriose cum
meretricibus.‘ Ps (CVIII, 11): ‚Scrutetur
foenerator omnem substantiam eius, et
diripiant alieni labores eius.‘

Quantum ad tertiam: **nec mittet in ter-
ram radi|cem suam**, quia sc. vel sterilis B 33b
est uxor vel adultera alienum in|ducens T 29d
heredem. Eccli XXIII, (24): ‚Homini
fornicario omnis panis dulcis‘, et infra
(Eccli XXIII, 32): ‚Mulier omnis relin-
quens virum suum peccabit statuens he-
redem ex alieno matrimonio.‘ Sap IV,
(3): ‚Adulterinae plantationes non dabunt
radices altas.‘ **Nec recedet de tenebris.** 30

[a] crimatistica *CC; cf. Alb., Polit. 1, 7 (VIII 52) et col. 22/3.*
[b] Et quarta est scientia ordinandi *FM.* [c] pagines *F in marg.*
[d] Et . . . venio *Lc 19, 13.*

[1] *Greg., Mor. 12, 44, 50; Migne 75, 1010.* [2] *ib. 12, 45, 51; ib.*
[3] *Arist., Polit. 1, 2, 2 (I 484).*

hoc est de angustia. Thr III, (2): ‚Me
M 45d minavit; et | adduxit in tenebras.‘

Quantum ad quartam dicit: **ramos eius**, filiorum et progeniei eius sc.[a] successionem **arefaciet flamma**, hoc est consumens iudicium. Ps (CVIII, 13): ‚Fiant nati eius in interitum; in generatione una deleatur nomen eius.‘ Is XIV, (22): ‚Perdam Babylonis nomen, et reliquias, et progeniem, et germen.‘

E 23b Et | subdit de destructione eius in se ipso: **et auferetur**, de terra viventium sc. **spiritu oris sui** supple ablato. Ps (CXLV, 4): ‚Exibit spiritus eius, et revertetur in terram suam.‘ I. Mach II, (62 63): ‚Gloria viri peccatoris stercus et vermis est; hodie extollitur, et cras non invenietur, quia conversus est in terram suam.‘

Et de impossibilitate redemptionis sub-
31 iungit: **Non credat frustra**; si enim crederet, frustraretur, **errore deceptus**, quia, licet scriptum sit Prv XIII, (8): ‚Redemptio animae viri propriae divitiae‘; tamen ab illo iudicio Dei non redimunt. Et hoc est: **quod aliquo pretio redimendus sit**. Prv VI, (35): ‚Non recipiet pro redemptione dona plurima.‘

Et subdit, quod velociter damnabitur.
32 Et hoc est: **Antequam dies eius**, periodi sc. naturalis, **impleantur, peribit.** Ps V, (7): ‚Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.‘ **et manus eius arescent**, hoc est potestas operationis et opera. Eccle IX, (10): ‚Nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia, erunt apud inferos, quo tu properas.‘

33 Et huius ponit simile: **Laedetur quasi vinea in primo flore**, quando sc. levi pruina excoquitur, et parvo ardore incenditur, **botrus eius**, hoc est fructus eius. Iob VIII, (12): ‚Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit.‘ **et**, supple laedetur, **quasi**[b] **oliva proiciens florem suum**, hoc est, cuius flos defluit et in oleastrum degenerat, quae sterilis est, et fructum non facit. Ioel I, (7): ‚Posuit vineam meam in desertum, et ficum meam decorticavit.‘ Dt XXVIII, (40): ‚Olivas herebis in omnibus terminis
tuis, | et non ungeris oleo, quia defluent, M 46a
et peribunt.‘

Et ut iustior videatur poena, repetit culpam, et tacite respondet obiectioni. Posset enim aliquis dicere, quod beatus Iob in exterioribus compositus fuit, et hoc iste hypocrisi deputat.

Et hoc est: **Congregatio enim hypo-** 34
**critae sterilis**, hoc est congregata ab hypocrita, et ideo supple non proficiunt. Iob VIII, (13): ‚Spes hypocritae peribit.‘ Et quia hypocrita intus ut lupus avarus est, subdit: **et ignis**, aeterni sc. incendii, **devorabit** sive consumet **tabernacula eorum**,
hoc est facultates, fami|lias, et corpora, B 33c
**qui libenter**, hoc est libidine avaritiae, **munera accipiunt.** Is I, (23): ‚Omnes
diligunt | munera, sequuntur retributiones.‘ T 30a
Et sequitur[1]: ‚Erit fortitudo vestra ut favilla stuppae, et opus vestrum quasi scintilla; et succendetur utrumque simul, et non erit qui extinguat.‘

Et quod sic in malo perseveret, subdit:
**Concepit dolorem**, cogitando sc. et in- 35
videndo, **et peperit iniquitatem** operando, sc. et derogando. Ps (VII, 15): ‚Concepit dolorem et peperit iniquitatem.‘ **et uterus eius**, hoc est fertilis ad mala voluntas,
**praeparat dolos.** Is | LIX, (13): ‚Concepi- F 26b
mus, et locuti sumus de corde nostro verba mendacii.‘ Ir IX, (6): ‚Habitatio tua in medio doli. In dolo renuerunt Me scire, dicit Dominus.‘

## CAPITULUM XVI.

**Respondens autem Iob dixit.** 1

HAEC responsio Iob astruit, quod regimen humanae vitae in praesenti secundum merita bona vel mala non sit, quamvis in futuro bonis bona et malis mala reddantur, sed aliis quibusdam finibus sicut ad probationem virtutis vel exemplum constantiae vel ad manifestationem

[a] sc. *om. EFM.* [b] sicut *FM.*

[1] *Is 1, 31.*

gloriae Dei multa mala bonis irrogentur[a], et malis multa bona proveniant[b]. Et ideo instat in se ipso ostendens, se passum multa absque iniquitate.

M 46b Dividitur autem in partes duas, | eo quod rhetorica est disputatio, quia[c] exclamationibus, reprehensionibus et invectionibus utitur. Unde primo reprehensionem ponit, secundo propositi sui confirmationem ibi (XVI, 13): *Ego ille quondam opulentus.*

In prima parte reprehensionem ponit condisputantium, in secunda dicit se angustiatum interloqui pro veritate, et tacere propter opposita, quae concurrunt in ipso ibi (XVI, 7): *Sed quid agam?*

E 23c In prima de quatuor | reprehendit amicos, sc. de frequenti et nugatoria eorundem repetitione, de onerosa consolatione, de arroganti et ventosa propositione, et quia verbis non corriguntur; quarto optat, ut vel sensu poenarum accipiant disciplinam.

Et hoc est: **Respondens autem Iob,**
supple contra Eliphaz, **dixit**: Sapientis
enim est refellere falsitatem. II. ad Cor
XIII, (8): ,Non possumus aliquid adversus
2 veritatem, sed omnia pro veritate.' **Au-
divi frequenter talia,** supple sine utilitate
et nugatorie iterata. Mt VI, (7): ,Putant, quod in multiloquio suo exaudiantur.' Insipientium enim est, quando deficiunt in sententiis, in multitudine verborum confidere, non attendentes illud, quod dicitur Prv XIV, (23): ,Ubi plurima sunt verba, ibi frequenter egestas in opere.'

Et subdit de onerosa consolatione: **consolatores onerosi,** hoc est pressuram oneris pro consolatione ingerentes, **omnes vos estis,** qui amici esse videmini. Gregorius[1]: | Cavendum est, ne tempore luctus increpatio fiat, quia, si recte quidam debent increpari, non tamen in afflictione, ne, qui lenire debeat, dolorem augeat. Ir XXIII, (33): ,Vos estis onus; abiciam quippe vos, dicit Dominus.' Ps (LXVIII, 27): ,Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.'

(B 33d at "rius[1]: |")

Et subdit de ventosa propositione: **Num- 3
quid habebunt finem,** immoderata supple
**verba ventosa?** hoc est ven|tose et superbe T 30b
prolata. Iob VI, (26): ,Ad increpandum
tantum eloquia concinnatis, | et in ventum M 46c
verba profertis.' **aut aliquid tibi,** o Eliphaz, **molestum est,** hoc est verecundum, **si loquaris?** Protervi enim est de mendacio non verecundari[d]. Ir III, (3): ,Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere?' Contra quod dicit Eccle V, (1): ,Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo.'

Et ut exemplo sui corrigantur, subdit:
**Poteram et ego,** nisi disciplina sc. me 4
frenaret, **similia vestri loqui.** Ps (LXXVI, 5): ,Turbatus sum, et non sum locutus.' Simile I. ad Cor IV, (12): ,Maledicimur, et benedicimus; blasphemamur, et sustinemus'[e]. I. Petr II, (23): ,Cum malediceretur, non maledicebat.' Eccli[f] XXXI, (10): ,Qui potuit transgredi, et non est transgressus'[f].

Et quia verbis non corriguntur, optat, ut saltem verbere corrigantur. Et hoc est: **atque utinam esset anima vestra,** hoc est animalis et sensibilis vita in afflictione, **pro anima mea!** Hoc est, sicut ego affligor. Is XXVI, (16): ,In angustia requisierunt Te, in tribulatione murmuris doctrina Tua
eis.' **Consolarer et ego vos,** vera sc. con- 5
solatione, **sermonibus,** blandis sc., non | F 26c
sicut me consolamini. Is XL, (1): ,Consolamini, consolamini, popule meus.' I. Thess ult. (V, 14): ,Consolamini pusillanimes, suscipite infirmos.' **et moverem caput meum super vos.** Motus[g] capitis inflexionem ad compatiendum significat mentis, et aliquando atrocitatem irrisionis. Thr II, (15): ,Sibilaverunt, et moverunt capita
sua super filiam Ierusalem.' **Et roborarem** 6
**vos ore meo,** hoc est, verbis mitibus confortarem ad patientiam. II. Mach ult.

[a] irrogantur *FM.* [b] proveniunt *FM.* [c] quae *TEFM.* [d] erubescere *FM.* [e] obsecramus *FM.* [f] Eccli . . . transgressus *om. FM.* [g] enim *add. FM.*

[1] *Greg., Mor. 13, 3, 3; Migne 75, 1019.*

(XV, 11): ,Singulos illorum armavit, nec
clipei et hastae munitione, sed sermonibus
optimis et hortatione.' **et moverem labia**,
levi motu sc. blandimenti, **quasi parcens
vobis**, sc. reprehendenda[a] in vobis sub
moderata corrigens invectione. Ct IV,
(11): ,Mel et lac sub lingua tua.' Ps
(XLIV, 3): ,Diffusa est gratia in labiis
tuis.'
Et subdit de perplexitate electionis et
7 angustia: **Sed quid agam?** Ac si dicat,
utrum loquendum sit pro veritate, cum
M 46d dolor ipso facto sit contra me, vel | tacen-
dum et cedendum[b] falsitati, ut increpatio
cesset amicorum, ignoro. II. Rg ult. (XXIV,
14): ,Coartor undique nimis.' Dn XIII,
E 23d (22): ,Angustiae mihi sunt undique.' |
B 34a Et proponit ad utramque partem: | **Si
locutus fuero**, pro veritate supple, **non
quiescet dolor meus**, in contrarium testi-
monium perhibens. Unde Is LIII, (1)
inclamat: ,Quis credit auditui nostro?'
Tantus enim dolor est, quod pro peccato
videor esse punitus. Is LIII, (4): ,Nos
reputavimus eum quasi leprosum et per-
cussum a Deo et humiliatum.' **et si ta-
cuero**, cedens sc. falsitati, **non recedet
a me**, dolor sc., quod video veritatem suc-
cumbere. Simile quid passus est Ir XX,
(8 9): ,Factus est sermo Domini mihi in
opprobrium et in derisum tota die. Et
dixi: Non recordabor eius, neque loquar
T 30c ultra in nomine eius; | et factus est in
corde meo quasi ignis aestuans, clausus-
que in ossibus meis, et defeci, ferre non
sustinens.'
Quod autem dolor argumenta praestet
8 contra eum, subdit: **Nunc autem**, id est
enim, **oppressit me dolor meus**. Is XXXVIII,
(13): ,Quasi leo sic contrivit omnia ossa
mea.'
Et vim doloris exaggerans subdit: **et
in nihilum**, supple iam tendentes ad cor-
ruptionem, **redacti sunt omnes artus mei**,
hoc est membra mea. II. ad Tim IV, (6):
,Ego iam delibor, et tempus meae re-
solutionis instat.' Ps (LXXII, 22): ,Ad
nihilum redactus sum, et nescivi.' Et
quod magnitudo percussionis dicta con-
firmet adversariorum, subdit, quatuor in-
ducens sc. falsiloqui suscitationem, con-
tradicentis furorem, ad exprobrandum oris
apertionem, et defendentis veritatem con-
clusionem.
Et hoc est: **Rugae meae**, quibus sc. 9
contracta pellis rugosa facta est ex magni-
tudine infirmitatis, **testimonium dicunt
contra me**, quod sc. pro peccato percussus
sim. Iob VII, (5): ,Induta est caro mea
putredine; et sordibus pulveris cutis mea
aruit, et contracta est.' **et**, ideo supple,
**suscitatur** quasi | evigilans **falsiloquus ad-** M 47a
**versus faciem meam**, hoc est praesenter[c]
**contradicens mihi**. Hab I, (4): ,Prae-
valente impio adversus iustum egreditur
iudicium perversum.'
Et ut ex zelo veritatis loqui videatur,
subdit: **Collegit furorem suum in me.** 10
Ps (LVII, 5): ,Furor illis secundum simili-
tudinem serpentis.' **et comminans mihi**,
hoc est minaciter loquens, **infremuit contra
me dentibus suis**. Ps (CXI, 10): ,Pec-
cator videbit, et irascetur, dentibus suis
fremet et tabescet.' Act VII, (54): ,Au-
dientes autem haec, dissecabantur cor-
dibus suis, et stridebant dentibus in eum.'
**hostis meus**, qui socius sc. disputationis
esse debuerat, **terribilibus oculis me in-
tuitus est**, ut sc. pro dicenda veritate
me pusillanimem fa|ceret. Simile quid F 26d
passa est Est XV, (10): ,Cum elevasset
faciem, et ardentibus oculis furorem pec-
catoris indicasset, regina corruit, et in
pallorem colore mutato, lapsum super
ancillam reclinavit caput.'
Et quia | audacia adversario os aperit, B 34b
subdit: **Aperuerunt super me ora sua**, hoc 11
est, aperte mihi contradixerunt. Ps (XXI,
14): ,Aperuerunt super me os suum, sicut
leo rapiens et rugiens.' Ir[d] XII, (8):
,Dedit contra me vocem'[d]. **et exprobrantes
percusserunt maxillam meam.** Non legi-
tur ad litteram, quod alapas dederunt
beato Iob, sed quia maxilla est ad con-
tinendum ea sub dentibus, quae masti-
cantur, et quodam modo spirituali masti-

[a] reprehendendo *E.* [b] et cedendum *om. FM.* [c] presentialiter *FM.* [d] Ir . . . vocem *om. FM.*

cantur, quae frequenti mentis iteratione discernuntur, utrum vera vel falsa sint, memoria talia continens, ut bene per mentem discernantur, maxilla dicitur. Et haec maxilla percuti dicitur, quando bene meditatis per contradictionem obviatur, et haec potest esse causa, quare dixit exprobrantes percusserunt, non manu percusserunt. Mich V, (1): ‚In virga percussit maxillam iudicis Israel.‘ **et saturati sunt**, hoc est intus saginati et re-
T 30d fecti **poe|nis meis**, quod crudele est. Thr III, (30): ‚Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.‘

12 Et sic supple **Conclusit me | Dominus**
M 47b **apud iniquum**, ut quasi captum me teneat, et contradicere non possim. Thr III, (9): ‚Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas, subvertit.‘ **et**, id est, **manibus impiorum me tradidit**, hoc est potestati veritatem impugnantium. Iob IX, (24): ‚Terra tradita est in manus impii, vultum iudicum eius operit.‘

13 **Ego ille quondam.**

E 24a Hic incipit secunda pars, in qua sui | exemplo ostendit, quod Deus in hac vita bonis temporalibus non praemiat iustitiam, et malis temporalibus non punit peccatum, et habet duas partes. In prima probat, quod dictum est; in secunda a malis vitae, quae ingerit Satan, a Deo petit liberari infra (XVII, 1) ibi: *Spiritus meus attenuabitur.*

Prima in tres dividitur: Primo enim enumerat mala, quae passus est; secundo ostendit, quod absque peccato passus est ibi (XVI, 18): *Haec passus sum;* tertio super his testem invocat Deum ibi (XVI, 19): *Terra, ne operias.*

In prima tria dicit, sc. quod contritionibus contritus est, quam crudeliter et quam humiliter sustinuit.

Et hoc est: **Ego ille quondam opulentus**, hoc facit ad maiorem sensum miseriae; miseria enim magis affligit eum, qui in deliciis esse consuevit, unde Boetius[1]: Extremum genus infelicitatis est aliquando fuisse felicem. I. Mach VI, (11): ‚In quantam tribulationem deveni, et in quantos fluctus tristitiae, in qua nunc sum, qui iucundus eram, et dilectus in potestate mea.‘ Iob XXIX, (25); XXX, (1): ‚Cumque sederem quasi rex, circumstante me exercitu, eram tamen moerentium consolator. Nunc autem derident me iuniores tempore.‘ Tales vocat Aristoteles in primo Ethicorum[2] rotatos Priamitis
fortu|nis, qui ex summo felicitatis terre- B 34c
nae ad ultimum gradum infelicitatis deducuntur[a].

**repente**, hoc est praeter spem, **contritus sum.** Iob XXX, (26): ‚Exspectabam bona, et venerunt mihi mala; praestolabar lucem, et eruperunt tenebrae.‘ Et enumerat aerumnas, quas sustinuit. **tenuit cervicem meam**, hoc est, strinxit; a poste-
riore | parte capitis nervi motivi in totum M 47c
corpus descendunt iuxta cervicem, cuius signum est, quia, si aliquis[b] in collo stringatur, posterius in toto corpore immobilis efficitur. Vult ergo dicere, quod sic eum strinxit poenis, quod sc. movere non potuit. Thr ult. (V, 5): ‚Cervicibus minabamur, lassis non dabatur requies.‘ **confregit me**, in membris et ossibus, in quibus robur est. Is XXXVIII, (13): ‚Quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.‘ **et posuit me sibi quasi in signum**, in quod sc. dirigeret sagittas poenarum suarum. Iob VI, (4): ‚Sagittae Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.‘ Thr II, (4): ‚Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis et occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculis filiae Sion.‘

**Circumdedit me lanceis suis.** Sap V, 14
(21): ‚Acuet diram iram in lanceam.‘
Unde[c] sensus est: Ita poenas | multipli- F 27a
cavit, in quibus iram offendit, quod non
erat effugium, quin inciderem | in lanceam[c]. T 31a
Thr III, (3): ‚Tantum in me vertit et convertit manum suam tota die.‘ **convulneravit lumbos meos**; lumbi loca delectationum sunt, et sensus est, quod

[a] devenerunt *FM.* [b] fortiter *add. FM.* [c] Unde . . . lanceam *om. E.*

[1] *Boethius, De consol. Phil. 2, 4; Migne 63, 677.* [2] *Arist., Ethic. Nic. 1, 10, 14 (II 11).*

omnem delectationem traxit in amaritu-
dinem. Thr III, (12 13): ,Tetendit arcum
suum, et posuit me quasi signum ad sa-
gittam. Misit in renibus meis filias pha-
retrae suae.'

Quam crudeliter autem hoc factum sit,
subdit: **non pepercit**, ut aliquam quie-
tem interponeret vel consolationem. Sa-
tan enim, in cuius potestate datus est,
de parcendo non cogitat. Hab I, (17):
,Semper interficere gentes non parcet.'
**et effudit in terra viscera mea**, hoc
est vitalia, sc. filios et proprium corpus.
Thr II, (11): ,Effudit in terra iecur
meum.'

15 **Concidit me vulnere | super vulnus.** Is
M 47d I, (6): ,A planta pedis usque ad verticem
non est in eo sanitas.' Ps (LXVIII, 27):
,Super dolorem vulnerum meorum addi-
derunt.' **irruit in me quasi gigas**, hoc est
fortis et tyrannus. Gn VI, (4): ,Gigantes
erant in terra in diebus illis; potentes
a saeculo viri famosi.' Is XIV, (9): ,Susci-
tabit tibi gigantes.'

Quam humiliter autem hoc acceperit,
16 subdit: **Saccum consui super cutem meam**,
ut sc. asperitatem asperitati coniungerem.
Ion III, (6): ,Rex Ninive, quae speciosa
interpretatur [1], indutus est sacco.' **et
operui cinere carnem meam**, in memoriam
sc. mortalitatis. Eccli VII, (40): ,Memo-
rare novissima tua, et in aeternum non
B 34d peccabis.' Gregorius [2]: Cinis | et cilicium
sunt arma poenitentium.

17 Et quia ad poenitentem pertinet fletus,
E 24b subdit: **Facies mea intu|muit a fletu.** Ir IX,
(1): ,Quis dabit capiti meo aquam, et
oculis meis fontem lacrimarum, et plorabo
die et nocte?' **et palpebrae meae cali-
gaverunt.** Basilius [3] dicit, quod nigredine
palpebrarum circumponitur oculis, ut ra-
dius visualis ad certum dirigatur. Unde
sensus est, quod visus caligavit, ut con-
tinens pro contento ponatur. Thr II, (11):
,Defecerunt prae lacrimis oculi mei, con-
turbata sunt viscera mea.'

Quod autem hoc innocenter passus sit,
subdit: **Haec passus sum absque iniqui- 18
tate manus meae**, hoc est operationis
meae. Is LIII, (12) et in I. Petr II, (22):
,Peccatum non fecit, nec inventus est
dolus in ore eius.' **cum haberem ad Deum
mundas preces**, quibus sc. vita mala non
contradixit. Io IX, (31): ,Scimus, quia
Deus peccatores non audit; sed, si quis
Dei cultor est et voluntatem eius facit,
hunc exaudit.' Haec autem omnia dicit,
quod Deus iustos temporaliter non prae-
miat, et malos temporaliter non punit.
Sap XII, (15): ,Cum sis iustus, iuste
omnia | disponis; ipsum quoque, o Pater, M 48a
qui non debet puniri, condemnas et ex-
terum aestimas a Tua virtute.'

Haec autem testificante Deo probat,
subdens: **Terra**, hoc est terrena phan- 19
tasia, quae sc. reputat regi humana a
Deo secundum ordinem iustitiae humanae,
**ne operias sanguinem meum**, quin sc. san-
guis meus tot poenis effusus testificetur
veritatem hanc, sc. quod Deus bonos tem-
poraliter non praemiat [a], sed ad aliud
respiciens gubernat, permittens bonos pu-
niri, vel propter probationem, vel propter
gloriam Dei manifestandam, vel propter
hoc, quod corona et praemium eorum | T 31b
in futuro multiplicetur, vel certe, ut
dicit Gregorius [4], ut mali videntes etiam
puniri sanctos considerent, quibus poenis
digni sint, nisi resipiscant. Lc XXIII,
(31): ,Si in viridi haec faciunt, in arido
quid fiet?'

Unde quod dixit, exponens subdit: **ne-
que inveniat in te**, o terra sive terrena
phantasia, **locum latendi clamor meus**, quin
| sc. pro veritate semper testificetur. Pro F 27b
veritate enim sanguis meus clamat. Hebr
XII, (24): ,Accessistis ad sanguinis asper-
sionem melius loquentem quam Abel.'

[a] nec malos temporaliter punit *add. FM.*

[1] *Cf. Hier., Prol. in Nahum. Alb. XIX 377.*
[2] *Cf. Greg., Mor. 35, 6, 7 (Migne 76, 753); 9, 65, 97 (Migne 75, 913).*
[3] *Cf. Basilius, De hom. struct. 2, 15; Migne 30, 59.*
[4] *Cf. Greg., Mor. 14, 6, 7; Migne 75, 1044.*

Et super hoc testem Deum invocat:
20 **Ecce enim in caelo**, ubi nihil non rectum
fit, **est testis meus.** De caelo enim
puniens bonos et prosperari permittens,
testificatur hoc Deus. Ps (LXXV, 9):
,De caelo auditum fecisti iudicium.' **et**
**conscius meus in excelsis**, hoc est in eo,
qui excelsus est, extra phantasiam error
elevatus, et ideo cum falsitate nullam
habet communionem. Prv VIII, (8): ,Iusti
sunt omnes sermones mei, et non est in
eis pravum quid neque perversum.'
B 35a Sed quia decepti | per errores veritatem
21 non recipiunt, subdit: **Verbosi amici mei**,
M 48b hoc | est protervientes in verbis contra
me disputantes, et ideo veritatem non
suscipientes. Iob XI, (2): ,Numquid, qui
multa loquitur, non et audiet? aut vir
verbosus iustificabitur?' Et ideo supple,
quia in hominibus veritatem non invenio,
**ad Deum stillat oculus meus**, qui iudex
et testis est veritatis. Stillans autem
oculus supplicem[a] et piam significat orationem.
Eccli XXXV, (21): ,Oratio humiliantis
se nubes penetrabit; et donec propinquet
non consolabitur.'
22 Et compatiens eis subdit: **Atque utinam**
**sic iudicaretur vir cum Deo**, hoc est coram
Deo, **quomodo iudicatur filius hominis**
**cum collega suo**, secundum merita sc.,
ut sc. bonis bona et malis mala provenirent,
quia supple tunc malum mihi
non accidisset. Simile Iob VI, (2): ,Utinam
appenderentur peccata mea, quibus iram
merui, et calamitas, quam patior, in statera.'
Sed quod ita non sit, dicitur Tob
III, (20): ,Non est in potestate hominis
consilium Tuum.'
Quod autem temporalis merces brevis
23 sit, subiungit: **Ecce enim breves anni**
**transeunt**, et brevi et transitorio iustitia
sanctorum remunerari condigne non poterit.
II. ad Cor IV, (17): ,Id, quod in
praesenti est momentaneum et leve tribulationis
nostrae, supra modum in sublimitate
aeternum gloriae pondus operatur
in nobis.' **et semitam**, hoc est breve
vitae | compendium, **per quam non revertar** E 24c
ad haec temporalia bona vel mala, **ambulo**,
hoc est, continue ad mortem proficio[b], et
ideo talia supple toleranda[c] non sunt.
Is XXXVIII, (11): ,Non aspiciam hominem
ultra, et habitatorem quietis.'

## CAPITULUM XVII.

### **Spiritus meus attenuabitur.** 1

In hac parte a malis vitae, quae data
est in potestatem Satanae, etiam in
bonis, quos frequenter punit Satan, et
quae sunt ad probandum suum propositum,
cum non recipiatur probatio, adiutorium
petit liberationis; et dividitur
| in partes duas. M 48c

In prima petit liberari ab adversariis
eo, quod mala innocenter passi non convincant
eos de falsitate sui erroris. In secunda
parte ad convincendum | eos allegat T 31c
doloris inconsolabilitatem ibi (XVII, 11):
*Dies mei transierunt.*

In prima quinque facit: Primo enim
allegat dolorem innocenter passi. Secundo
ostendit adversariorum obstinationem ibi
(XVII, 4): *Cor*[d] *eorum.* Tertio indignationem
sui ponit contra resistentes veritati
ibi[d] (XVII, 7): *Caligavit.* Quarto profectum
bonorum ostendit ex veritatis
declaratione ibi (XVII, 8): *Stupebunt iusti.*
Quinto ex compassione adversarios revocat
et modum docet redeundi ad veritatem
ibi (XVII, 10): *Igitur omnes vos.*

In primo duo sunt: Proponit enim veritatis
testimonium et, quia non recipitur,
divinae liberationis[e] petit adiutorium ibi
(XVII, 3): *Libera me, Domine.*

Et hoc est: **Spiritus meus attenuabitur**,
ut sc. iam vector[f] virtutis et vitae per
corpus esse non possit. Eccle XII, (7):
,Revertetur pulvis in terram suam, | unde B 35b
erat, et spiritus redeat ad Dominum, qui
| dedit illum.' Ps (CXLV, 4): ,Exibit F 27c
spiritus, et revertetur in terram suam.'
supple corpus. Item Ps (CIII, 29): ,Au-

[a] simplicem *FM.* [b] pergo *FM.* [c] speranda *EFM.* [d] *Cor* . . . ibi *om. E.*
[e] miserationis *FM.* [f] doctor *M.*

feres spiritum eorum, et deficient.‘ Et,
supple quia spiritus meus attenua-
bitur, **dies breviabuntur**[a], hoc est dies
vitae meae. Is XXXVIII, (12): ‚Prae-
cisa est velut a texente vita mea.‘ Iob
XIV, (5): ‚Breves dies hominis sunt.‘ **et**
**solum mihi superest sepulcrum**, hoc est
tanta plaga est, quod non restat nisi
mors et sepulcrum. Ir XXX, (12): ‚Pes-
sima fractura tua insanabilis est plaga
tua‘; quis medebitur tibi?
2 **Non peccavi**, peccato sc., quo hanc pla-
gam meruerim. Is LIII, (12): ‚Peccatum
non fecit, nec inventus est dolus in lingua
eius.‘ **et**, supple tamen, **in amaritudinibus**
**moratur oculus meus.** Non enim tantum
tangitur ab afflictione, sed in afflictione
M 48d manente | moratur plorans. Thr I, (20):
‚Vide, Domine, quoniam tribulor; con-
turbatus est venter meus, subversum est
cor meum in memetipsa, quoniam amari-
tudine plena sum.‘ Et intendit, quod
tanta plaga sine peccato[b] inflicta argu-
mentum veritatis est, quod Deus in hac
vita bonos non praemiat et malos non
punit.

Et quia hanc veritatem non recipiunt,
subdit[c] petens[c] adiutorium liberationis,
3 et hoc est: **Libera me**, ab instantiis sc.
impugnantium veritatem, **et pone me iuxta**
**Te**, hoc est in testimonium apertae Tuae
veritatis. Unde ante dixit (XVI, 21):
‚Verbosi amici mei; ad Deum stillat ocu-
lus meus.‘ Ps (L, 16): ‚Libera me de san-
guinibus, Deus, Deus meus, et exsultabit
lingua mea iustitiam Tuam.‘ II. ad Tim
ult. (IV, 16): ‚In prima defensione mea
nemo mihi affuit[d], sed omnes me dereliqu-
runt‘[d]. Et post pauca (IV, 18): ‚Libe-
ravit autem me Dominus ab omni opere
malo.‘

**et cuiusvis manus**, hoc est potestas,
**pugnet contra me.** Rom VIII, (31): ‚Si Deus
pro nobis, quis contra nos?‘ Is L, (8 9):
‚Deus[e], qui iustificat me; quis contradicet
mihi[e]? Dominus Deus auxiliator meus;
quis ergo est, qui condemnet me?‘

Quare autem petat liberari, subdit, sc.
quia disciplinam veritatis non recipiunt,
et hoc est: **Cor eorum longe fecisti**, hoc 4
est, fieri permisisti, **a disciplina**[f], veritatis
sc., longe autem fit, quando contrariis
principiorum veritatis corda | imbuta sunt; T 31d
tunc enim cordi veritas repugnat. Ir XIII,
(23): ‚Si potest aethiops mutare pellem
suam, aut pardus | varietatem suam, pot- E 24d
estis et vos benefacere, cum didiceritis
malum.‘ **propterea non exaltabuntur**, per
divinae veritatis intellectum sc., quae non
intelligitur nisi corde exaltato a terrenis
et phantasiis terrenorum. Ps (LXIII, 7 8):
‚Accedat homo ad cor altum, et exalta-
bitur Deus.‘

Et subdit de protervia eorum contra
varietatem: | **Praedam pollicetur sociis**, 5
falsiloquis sc., contra faciem meam susci- M 49a
tatus. Iob[g] XVI, (9). Pollicetur sociis | B 35c
suis impugnatoribus veritatis[g] praedam
sc. de me, quod violenter me subiciant. Is
XXXIII, (1): ‚Vae, qui praedaris! nonne
et ipse praedaberis?‘

Sed haec est consolatio, quod sequitur:
**et oculi filiorum eius deficient**, filii eius
dicuntur erroris eius imitatores, et quia,
ubi amor, ibi oculus. Oculi deficere
dicuntur, dum res sperata et amata non
evenit.

Et quia cum subsannatione veritatis
disputavit, ideo subdit: **Posuit me quasi** 6
**in proverbium vulgi**, ut sc. vulgus deri-
sionis proverbium et maledictionis in me
accipiat. Ps (XXI, 8): ‚Omnes videntes
me deriserunt me; locuti sunt labiis, et
moverunt caput.‘ Et hoc est, quod sequi-
tur: **et exemplum sum**, hoc est vulgo,
**coram eis**, vulgaribus sc. Thr II, (16):
‚Aperuerunt super te os suum, omnes
inimici tui, sibilaverunt et fremuerunt
dentibus suis.‘ Et in eodem (Thr III, 63):
‚Ego sum psalmus eorum.‘

Et subdit de indignatione contra falsi-
tatem zelo veritatis, et hoc est: **Caligavit** 7
**ad indignationem oculus meus.** Iob XVI,
(17): ‚Facies mea intumuit a fletu, et pal-

[a] **mei abreviabuntur** *FM*, **dies mei bre.** *E*. [b] causa *FM*. [c] petit *FM*.
[d] affuit . . . derelinquerunt *om. FM*. [e] Deus . . . mihi *om. F*.
[f] **ad disciplinam** *FM*. [g] Iob . . . veritatis *F in marg., om. M*.

F 27d pebrae meae caligaverunt.' Is | XXXVIII,
(14): ,Defecerunt oculi mei, suspicientes
in excelsum.' Thr II, (11): ,Defecerunt
prae lacrimis oculi mei, conturbata sunt
viscera mea.' **et membra mea**, defectione
sc. virtutis **quasi in nihilum redacta sunt,**
ut sc. iam vita quasi intercipiatur. Iob
XXXIII, (22): ,Appropinquabit corruptioni
anima eius, et vita eius mortiferis.' Ps
(LXXII, 2 3): ,Mei pene moti sunt pedes,
pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi
super iniquos.'

Quod autem ex hoc proficiant boni,
**8** subdit: **Stupebunt iusti super hoc**, quod
sc. falsitas se veritati opponit. Ir II, (12):
,Obstupescite, caeli, super hoc.' **et innocens**, defensor sc. veritatis **contra hypocritam suscitabitur.** Hypocrita dicitur,
qui sub pallio simulatae aequitatis veri-
M 49b tatem | impugnat, sicut sophistae faciunt
et haeretici, de quibus dicitur Mt VII,
(15): ,Veniunt ad vos in vestibus ovium,
intrinsecus autem sunt lupi rapaces.' II. ad
Cor XIII, (8): ,Non possumus aliquid contra veritatem, sed omnia pro veritate.'
Unde zelo veritatis[a] innocens suscitatur.
I. ad Cor XV, (34): ,Evigilate, iusti, et
nolite peccare; ignorantiam enim Dei
quidam habent.'

**9** Et, supple defensa veritate, **tenebit
iustus viam suam** et ad errores non convertetur. Iob XXVII, (6): ,Iustificationem
meam, quam coepi tenere, non deseram.'
**et mundis manibus**, hoc est bonis operibus,
**addet fortitudinem**, ut sc. in eis proficiat
et perseveret. Is XL, (31): ,Qui sperant
in Domino, unitabunt fortitudinem, assu-
T 32a ment | pennas ut aquilae, current et non
laborabunt, volabunt et non deficient.'

Et quia desiderat conversionem eorum,
**10** subdit: ***Igitur omnes* vos**, qui supple resistitis veritati, **convertimini**, ad[b] veritatem sc. **et venite** per veritatis imitationem. Is XXI, (12): ,Si quaeritis, quae-
B 35d rite; conver|timini et venite!'[b]

Et docet modum, per quem possunt
accipere disciplinam: **et non inveniam in
vobis ullum sapientem,** hoc est sapientiae
suae phantastice innitentem. Abd (8):
,Perdam sapientes de Idumaea, et prudentiam de monte Esau.' I. ad Cor I,
(19): ,Perdam sapientiam sapientium, et
prudentiam prudentium reprobabo.'

**Dies mei transierunt.** **11**

Ostendit hic propositum ex inconsolabilitate doloris bonorum, qui tamen pro peccato non puniuntur.

Et tria dicit: Inconsolabilitatem, inconsolabilitatis rationem ibi (XVII, 13): *Si
sustinuero,* et intentam ex his conclusionem ibi (XVII, 15): *Ubi est ergo.*

Et hoc est: **Dies mei transierunt**, hoc
est dati ad vitam, in causa enim iam
transierunt, in effectu autem continue
transeunt. Sap V, (9): ,Transierunt omnia
illa | tamquam umbra, et tamquam nun- M 49c
tius praecurrens.' Et in diebus transeuntibus **cogitationes meae dissipatae sunt**,
hoc est in | multa partitae. Lc X, (41): E 25a
,Martha, Martha, sollicita es, et turbaris
erga plurima.' **torquentes cor meum,** per
sollicitudines sc. Ps (XXXVII, 11): ,Cor
meum conturbatum est in me, dereliquit
me virtus mea, et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.' Is XXIV,
(19): ,Confractione confringetur terra,
contritione conteretur terra.'

Quantum autem taedium hoc ingerat,
subdit: **Noctem verterunt in diem**, hoc **12**
est quietem noctis in laborem diei et
vigiliarum. Iob VII, (4): ,Si dormiero,
dicam: Quando consurgam? Et rursum
exspectabo vesperam, et replebor doloribus
usque ad tenebras.' Et hoc est, quod
sequitur: **et rursum post tenebras**, quando
sc. in nocte quiescere deberem, **spero
lucem**, hoc est, desidero; et est sensus:
Lucem, quae est post tenebras, spero. Iob
XXX, (17): ,Nocte os meum perforatur
doloribus; et qui me comedunt, non dormiunt.' Mich VII, (8): ,Si sedero in tenebris: Dominus lux mea est.'

Et subdit rationem inconsolabilitatis ex
fine vitae et in anima et in corpore, et
hoc est: **Si sustinuero** patienter supple, **13**
finis supple non consolatur, quia **infernus**

[a] pro defensione veritatis *add. TEFM.*

[b] ad . . . venite *om. E.*

**domus mea est**, hoc est receptaculum
secundum animam. Quando enim pre-
F 28a tium non erat solutum, | et ianua non
erat aperta, patres descenderunt ad lim-
bum, et hunc vocat hic infernum; finis
autem talis consolationem non habet.
Gn XXXVII, (35): ,Noluit consolationem
accipere, sed ait: Descendam ad filium
meum lugens in infernum.‘ Et hoc ex-
ponit subdens: **et**, id est, **in tenebris**, in-
ferni sc. **stravi lectulum meum**, hoc est,
in quiete limbi lucem visionis divinae
praestolabor. Thr III, (2): ,Me minavit;
et adduxit in tenebras.‘

Et subdit de fine inconsolabili secun-
14 dum corpus: **Putredini dixi**, recognitione
sc. intellectus: **Pater meus es**, ex semine
enim putrescente et putrescentis natus
T 32b M 49d sum. Iob XXV, | (6): ,Homo pu|tredo,
et filius hominis vermis.‘ **et**, supple dixi,
**mater mea**, quia materiale principium pu-
B 36a tredinem habuit. Sap VII, | (2): ,Coagu-
latus sum in sanguinem[a], ex semine homi-
nis et delectamento somni convenientis.‘
**et**, supple dixi, **soror mea, vermibus**, quasi
de eadem putredine mecum natis vel nasci-
turis. Eccli X, (13): ,Dum moritur homo,
hereditabit serpentes, et bestias, et vermes.‘

Ex his concludit dolorem esse incon-
15 solabilem subdens: **Ubi est ergo**, hoc est
in quo consolabili, **nunc**, hoc est, quod in
praesenti attingam, **praestolatio mea?**
hoc est bonum, quod exspectem, cum post
mortem nec in anima nec in corpore
habeam refrigerium, quasi dicat: in nullo.
Iob VI, (11): ,Quae est fortitudo mea,
ut sustineam? aut quis finis meus, ut
patienter agam?‘ **et patientiam meam**,
quam interim supple habeo in doloribus,
**quis considerat?** ad remunerandum supple,
cum sc. nec sanguis redemptionis fusus
sit nec ianua salutis aperta, propter quod
postea dictum est. Hebr X, (36): ,Patientia
vobis necessaria est, ut voluntatem Dei
facientes reportetis promissiones.‘ Iac
V, (11): ,Ecce beatificamus eos, qui susti-
nuerunt.‘

Et subdit rationem et suppletur[b]: **In** 16
**profundissimum infernum.** Gregorius[1]:
,Respectu caeli terra profunda est, locus
sepultorum profundior, limbus et recepta-
culum animarum profundissimum.‘ Super-
lativus ergo profundissimum non notat
excessum comparationis in locis inferni,
ut sc. dicat se ad locum damnatorum
descensurum, sed comparationem, quae
dicta est, vel posset exponi profundis-
simum, hoc est valde profundum. Dicit
enim Priscianus[2], quod, quando super-
lativo non additur, respectu cuius notat
excessum, exponitur per positivum et ad-
verbium valde.

**descendent omnia mea.** Gregorius[3], sc.
animalia, quia ibi totus est, ubi sentire
potest, quod recipit; vel omnia, hoc est
omnes labores, | et omne, quod egit. M 50a
Apc XIV, (13): ,Opera enim illorum se-
quuntur illos.‘

Et quia nemo de praemio securus est,
ideo subdit: **Putasne saltem**, ex quo sc. in
vita ista nullam habeo quietem, **ibi**, hoc
est in inferno, **erit requies mihi?** beati-
tudinis sc. Iob XIV, (13): ,Quis mihi
hoc tribuat, ut | in inferno protegas me, E 25b
et abscondas me, donec pertranseat furor
Tuus, et constituas mihi tempus, in
quo recorderis mei?‘ Gregorius[4]: ,Pen-
sandum est, quis nostrum de requie
securus sit, si de ea trepidat etiam ipse,
quem iudex laudat.‘

## CAPITULUM XVIII.

**Respondens autem Baldach Suhites,** 1
**dixit.**

REVOCETUR ad memoriam positio
Baldach, qui concordat cum Eliphaz
in hoc, quod Deus in hac vita reddit pro
meritis bona bonis, et mala malis, et si

[a] sanguine *EFM; cf. col. 148 annot. f.*
[b] quia *add. ETFM.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 13, 48, 53; Migne 75, 1040.*
[2] *Priscianus, Inst. gramm. 3, 18 (Lips. 1855 p. 94).*
[3] *Greg., Mor. 13, 48, 54; Migne 75, 1040.*
[4] *ib. 13, 49, 55; ib. 75, 1042.*

secus fit, quod bona proveniunt malis et mala bonis, quod hoc in fine, cum sors in contrarium cedit, quod sc. boni redeunt ad bona, et mali recidunt in mala, multiplici fenore recompensatur. Et hoc habet proprium additum ad positionem Eliphaz.

Glossa[1] autem dicit, quod hoc capitu-
B 36b T 32c lum dividitur | in duas partes: |

Primo enim arguit eum de iactantia sermonis, secundo de impietate conversa-
F 28b tionis ibi (XVIII, 5): *Nonne lux im|pii.*

Primo ergo continuat et ostendit, qualiter introducatur hoc capitulum, et hoc est: **Respondens autem Baldach.** In praehabitis[2] dictum est, quod Baldach interpretatur vetustas, eo quod canam dicebatur[a] habere sapientiam; **Suhites** autem loquens, eo quod imperitia loquendi praeeminebat. Eccli XXXII, (5): ,Loquere tu, maior natu, decet enim te.' **dixit**, respondendo sc. et homini et orationi. Improperando enim iactantiam respondet homini, ostendendo impium non prosperari respondit orationi. I. Petr III, (15): ,Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe'[b]. Io IX, (21): ,Aetatem habet, pro se loquatur.'

2 **Usque ad quem finem.**

Quatuor improperat circa modum lo-
M 50b quendi, | quae iactantiam sonare videntur, sc. quod promptulus ad loquendum prius respondeat, quam intelligat, et quod colloquentem contemnat et exprobrat, et quod in furore exagitatus loquatur, et quod verba sua inefficacia sint ad persuadendum.

Et hoc est: **Usque ad quem finem verba iactabis?** Potest intelligi de fine durationis, et sic sensus est, quod sine fine effundit[c] loquelam, sicut dicitur Eccli XV[d]: Quod stultus ,in loquendo non potest cohibere spiritum suum'. Vel potest intelligi de fine intentionis, et sic sensus est, quod inutiliter loquitur eo, quod nihil consequitur per verba, et hoc idem dixit Baldach. Iob VIII, (2): ,Usquequo loqueris talia, et spiritus multiplex oris tui.' Iactator enim est, qui usurpat sibi sapientiam, quam non habet. Is XVI, (6): ,Superbus est valde; superbia eius et arrogantia eius plus quam fortitudo eius.'

Et ponit primum signum dicens: **Intelligite prius, et sic loquamur.** Prv XVIII, (13): ,Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat et reprehensione dignissimum.' Quod autem dicit et sic loquamur, vult, quod prius intelligatur, ut sermo suus locum habeat, quia supra dictum est Iob XII, (11): ,Auris verba probat et fauces comedentis saporem.'

Et inducit secundum: **Quare reputati** 3
**sumus, ut iumenta,** sc. sine intellectu animales, qui sc. non percipiamus veritatem in hoc, quod supra XII, (7) dixisti: ,Nimirum interroga iumenta, et docebunt te.' **et sorduimus**, hoc est in vita reputati sordidi, **coram te?** qui sc. pulchri et honesti sumus coram aliis, et hoc maxime dicit propter hoc, quod supra VI, (25) dictum est. ,Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit, qui possit me arguere?' Et ibidem (VI, 27): ,Super pupillum irruitis, et subvertere nitimini amicum vestrum.' Taliter enim condisputans sordidus est et infamis.

Et ponit tertium: **Qui perdis animam** 4
**tuam | in furore tuo.** Dupliciter perditur M 50c
anima in furore sc. ad videndum verum. Cato[3]:

,Impedit ira animum, | ne possit cernere verum.' B 36c

Ps (LVII, 9): ,Supercecidit ignis, et non viderunt solem.' Quando enim ignis irae in mentem cadit, solem apertae veritatis cernere non permittit. Perdit et
animam re|atu peccati. Iac I, (20): ,Ira E 25c
viri iustitiam Dei non operatur.'

Et ponit re|prehensionem quartam: **num-** T 32d
**quid propter te derelinquetur terra,** supple

[a] videbatur *FM.* [b] et fide *add. FM.* [c] effudit *FM.* [d] Ecc. XII *FM*; *cf. Prv 25, 28.*

[1] *Cf. Migne 113, 805.* [2] *vide Cap. VIII, 1; col. 120/26.*
[3] *Cato, Dist. 2, 4 (Budap. 1895 p. 24).*

a Deo. Derelictam autem terram dicit, si regimen ordinis iustitiae humanae destituatur[a]. Quod explanans subdit: **et transferentur rupes**, hoc est solidae veritates, **de loco suo?** hoc est de loco immobilis veritatis. Principia autem regiminis iustitiae rupes vocat per eandem metaphoram, qua dicitur Mt XVI, (18) de confessione Petri: ‚Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.‘ Petrus enim Syra lingua rupes interpretatur, et propter soliditatem confessae veritatis Petrus nomen accepit. Prv XXX, (26): ‚Lepusculus, plebs invalida, collocat in petra cubile suum,‘ hoc est in soliditate veritatis. Simile dixit Baldach supra VIII, (3): ‚Numquid Deus supplantat iudicium? et Omnipotens subvertit, quod iustum est?‘

5 | **Nonne lux impii.**
F 28c Hic tangit poenam malae conversationis. Primo in XIII. capitulo, et postea epilogat in communi ibi (XVIII, 21): *Haec ergo sunt.* Primum est de veloci exstinctione prosperitatis, et hoc est:

**Nonne lux**, hoc est prosperitas, **impii exstinguetur**, hoc est, evanescet. I. Mach II, (63): ‚Hodie extollitur, et cras non invenietur.‘ Prv XIII, (9): ‚Lux iustorum laetificat, lucerna autem impiorum exstinguetur.‘ Et hoc explanans subdit, primo in impio, secundo in domo eius.

Et hoc est: **nec splendebit flamma ignis eius?** ‚Flamma‘, ut dicit Aristoteles[1], ‚fumus succensus est.‘ Et significat prosperitatem, quae ex avaritia et libidine congregatur. Iac IV, (15): ‚Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.‘

6 Et de domo subdit: **Lux**, prosperitas sc. **obtenebrescet in tabernaculo illius.** Ecc
M 50d XX[b]: ‚Via | impiorum tenebrosa, nesciunt, ubi corruant.‘ Et de damnata Babylone dicit Apc XVIII, (23): ‚Lumen lucernae non lucebit ei amplius.‘

Et subdit de exstinctione in civitate et gente: **et lucerna, quae super eum est**, hoc est fama, **exstinguetur**, eo sc. quod oleo pietatis non fovetur et nutritur. Mt XXV, (8): ‚Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae exstinguuntur.‘ Econtra de bonis dicit Prv ult. (XXXI, 18): ‚Non exstinguetur in nocte lucerna eius.‘

Amissa autem prosperitate sequitur amissio libertatis, et de hac secundo sub-
dit: **Artabuntur gressus virtutis eius**, hoc 7
est libertas gradiendi, quo voluerit in opere, quam habuerit ex divitiis et gloria. Os II, (6): ‚Saepiam viam tuam spinis, et semitas suas non inveniet.‘

Et ut iustior sit poena, repetit culpam: **et praecipitabit eum consilium suum.** Consilium dicitur diffinitio deliberata ad malum faciendum. Prv I, (31): ‚Comedent igitur fructus viae suae, suisque consiliis
satu|rabuntur.‘ Gn XLIX, (6): ‚In con- B 36d
silium eorum non veniat anima mea.‘

**Immisit enim in rete**, hoc est capturam 8
diaboli, **pedes suos**, hoc est affectus, quibus graditur ad malum. Hab I, (15): ‚Traxit illud in sagena sua, et congregavit in rete suum.‘ Econtra dicitur de bonis Prv I, (17): ‚Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.‘ **et in maculis eius**, hoc est retis, **ambulat**, hoc est, proficit ad malum. II. ad Tim III, (13):
‚Mali homines proficiunt | in peius; erran- T 33a
tes, et in errorem mittentes.‘

**Tenebitur planta eius laqueo**, quo sc. 9
in poenam trahatur in fine, qui per plantam significatur, quae est finis hominis. Is XXIV, (18): ‚Qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo.‘

**et exardescet contra eum sitis**, quia etiam, cum mala perpetrare non poterit, sitim, hoc est desiderium mali, non amittit. I. ad Tim ult. (VI, 9): ‚Qui volunt dives fieri, incidunt in tentationem et in laqueum
diaboli, | et in desideria multa et nociva, M 51a
quae mergunt hominem in interitum et perditionem.‘

Qualiter autem decipitur, subdit tertio:
| **Abscondita est in terra**, hoc est terreno 10
E 25d

[a] destruatur *E*. [b] *sic CC; cf. Prv 4, 19.*

[1] *Arist., De gen. et corr. 2, 4, 8 (II 458).*

affectu, **pedica eius.** Pedica dicitur occultus laqueus stringens pedem. Eccle IX, (12): ‚Sicut capiuntur aves laqueo et pisces hamo, sic capiuntur homines in tempore malo, cum illos[a] extemplo supervenerit.‘ **et decipula illius**, supple diaboli, **super semitam**, hoc est super opera. Sap XIV, (11): ‚Creaturae in odium factae sunt, et in muscipulam pedibus insipientium.‘

11 **Undique terrebunt eum formidines.** Gregorius[1]: ‚Quia, quod aliis facit, ab aliis metuit.‘ Is XXIV, (17): ‚Formido et fovea et laqueus super te, qui habitator es terrae.‘ **et involvent pedes eius**, quod
F 28d sc. libertatem agendi quod | vult non habebit. Is XXII, (3): ‚Principes tui fugerunt simul dureque ligati sunt.‘

Quinto optat subdens, quod, sicut ingrassatus est divitiis, ita attenuetur fame
12 paupertatis, et hoc est: **Attenuetur fame robur eius**, ut sc. ad debilitatem deducatur. Ps (LVIII, 7): ‚Famem patientur ut canes et circuibunt civitatem.‘ Is ult. (LXV, 13): ‚Servi Mei comedent, et vos esurietis; servi Mei bibent, et vos sitietis.‘ **et inedia**, edax sc. fames, **invadat costas eius**, hoc est ad tantam maciem deducatur, quod costae appareant, et ‚arvina, quae dependet de lateribus eius‘, sicut supra (XV, 27) dictum est, in exesam[b] famem deducatur[c].

Sexto de destitutione subdit pulchri-
13 tudinis et fortitudinis: **Devoret pulchritudinem cutis eius.** Thr ult. (V, 10): ‚Pellis nostra quasi clibanus exusta est, a facie tempestatum famis.‘ **consumat brachia eius**, hoc est adiutorium virium, **primogenita mors.** Primogenita est, quae ex peccato nata est; et est sensus, ut secundum quantitatem peccati sui amarissima morte deleatur. Sap I, (15 16):
B 37a ‚Iniustitia mortis est acquisitio. | Impii autem manibus et verbis accersierunt illam, et aestimantes illam amicam, defluxerunt; et sponsiones posuerunt ad
illam, | quoniam morte digni sunt, qui M 51b
sunt ex parte illius, hoc est mortis.‘

Septimo subdit de deletione impii perfecta: **Avellatur de tabernaculo suo.** 14
Primo[d] quidem qualiter deletur in tabernaculo: Avellatur de tabernaculo suo[d] **fiducia eius**, hoc est fiducia, quam habuit in facultatibus et familia tabernaculi. Iob VIII, (15) dixit idem Baldach: ‚Innitetur super domum suam, et non subsistet.‘ Ir IV, (20): ‚Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meae.‘ Is XXIV, (20): ‚Auferetur quasi tabernaculum unius noctis; et gravabit eum
iniquitas sua.‘ | et, id est, **calcet super** T 33b
**eum, quasi rex, interitus**, hoc est quasi potens et praedominans; hic autem rex Satan est, in cuius potestatem traditur. Apc VI, (8): ‚Ecce equus pallidus; et qui sedebat super eum, nomen illi Mors, et infernus sequebatur eum; et data est illi potestas super quatuor partes mundi interficere gladio, fame et morte, et bestiis terrae.‘

Octavo subdit sententiam desolationis,
et hoc est: **Habitent in tabernaculo illius.** 15
hoc est, quod modo est tabernaculum illius, **socii eius, qui non est**, hoc est socii solitudinis et daemonum, qui ad nihilum deducti sunt. Is XXXIV, (13 14): ‚Erit cubile draconum et pascua struthionum, et occurrent daemonia, onocentaurus, et pilosus clamabit alter ad alterum.‘

Nono subdit de perpetua causa sterilitatis: **aspergatur in tabernaculo eius**, hoc est in possessione, quam inhabitat, **sulfur**, fomentum sc. perpetui incendii, et foetoris et sterilitatis. Is XXXIV, (9 10): ‚Convertentur torrentes eius in picem, et humus eius in sulfur; et erit terra eius in picem ardentem. Nocte ac die non exstinguetur, in sempiternum.‘

Decimo subdit de destructione in posteri-
tate: **Deorsum radices eius siccentur, filii** 16
sc., nepotes et pronepotes descendentes ab ipso. Ps (LI, 7): ‚Evellet te de taber-

[a] illis *ETFM.* [b] extremam *F*, ex. *M.* [c] convertatur *TEFM.*
[d] Primo . . . suo *om. FM.*

[1] *Greg., Mor. 14, 13, 15; Migne 75, 1048.*

naculo tuo, et radicem tuam de terra viventium.‘ **sursum autem**, in progenitoribus sc., **atteratur messis eius**, hoc est hereditas, unde messem accepit. Am II,
E 26a M 51c (9): ‚Ego contrivi | Amorrhaeum | a facie eorum, cuius[a] altitudo, cedrorum altitudo eius, et fortis ipse quasi quercus[a]; et contrivi fructus eius desuper, et radicem eius subter.‘

Undecimo subdit de destructione in
17 memoria, et hoc est: **Memoria illius pereat de terra**. Ps (CVIII, 15 16): ‚Dispereat de terra memoria eorum: pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam.‘ Prv X, (7): ‚Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet.‘ Et hoc explanans subdit: **et, id est, non celebretur nomen eius in plateis.** Platea dicitur a graeco ‚platon‘ [1], quod est latum, et vult dicere, quod in latitudinibus populi
B 37b memoriale nominis eius non | celebretur[b].
F 29a | Unde in gestis Romanorum[2] legitur, quod, cum a senatu interficeretur Domitianus, praeceptum est, ut nomen infaustum de lignis et lapidibus eraderetur[c]. Ps (XVII, 43): ‚Ut lutum platearum delebo eos,‘ hoc est tamquam vile et conculcandum.

Duodecimo subdit de ultima condemnatione, quantum ad privationem lucis et quantum ad locum poenarum. Et hoc
18 est: **Expellet eum de luce** hac, supple vitae huius, **in tenebras**, exteriores sc., ubi nulla lux unquam illucescet. Mt XXV, (30): ‚Proicite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium.‘ Et quantum ad locum damnationis subdit: **et de orbe**, superiori supple, **transferet eum**, in tristem inferni orbem sc. Is XIV, (15 19): ‚In infernum detraheris, ad fundamenta laci.‘ Propter hoc dicit Isaac[3] in libro de diffinitionibus secundum Stoicos loquens, quod impius deprimetur sub tristi orbe et ardebit ibi in igne magno.

19 Et hoc exaggerans subdit: **Non erit semen eius.** Ps (XXXVI, 28): ‚Semen impiorum peribit.‘ | Is XIV, (20): ‚Non T 33c
consurget in aeternum semen pessimorum.‘ **neque progenies in populo suo**, de semine sc. derivata, **neque ullae reliquiae** quantumcumque parvulae **in regionibus eius**, in quibus gloriatus est. Is XIV, (22): ‚Perdam Babylonis nomen, et reliquias et progeniem et germen.‘ In signum huius IV. Rg IX, (8) et X, (11) per Iehu delevit de domo Achab mingentem ad parietem.

Tertiodecimo | subdit, qualiter damnatus M 51d
convertitur in stuporem cunctis videntibus, et hoc est: **In diebus eius**, hoc est 20
damnationis, **stupebunt novissimi**, populares sc., **et primos**, magnates sc. et principes **invadet horror**, prae magnitudine condemnationis et poenae. Is XXI, (3 4): ‚Horrui, cum audirem; turbatus sum, cum viderem. Emarcuit cor meum. Tenebrae stupefecerunt me.‘

Quare autem omnia haec dixerit, epilogando subdit: **Haec sunt tabernacula** 21
**iniqui**, sic supple propter iniquitatem ad nihilum redacta. Ps (CIII, 35): ‚Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ita ut non sint.‘ **et iste locus**, inferni sc. **eius, qui ignorat Deum**, hoc est, qui Deum prae oculis non habet. I. ad Cor XIV, (38): ‚Qui ignorat, ignorabitur.‘ Mt[d] VII, (23): ‚Ego confitebor illis,‘ quia numquam novi vos[d]. Mt XXV, (41): ‚Nescio vos: Ite, maledicti, in ignem aeternum.‘ Apc XII, (8): ‚Non est inventus locus eorum amplius in caelo.‘

## CAPITULUM XIX.

**Respondens autem Iob dixit.** 1

HAEC[e] responsio Iob dividitur in duas partes. In prima respondet homini, in secunda orationi ibi (XIX, 7): *Ecce clamabo.*

[a] Cuius . . . quercus *om. FM.* [b] sit *FM.* [c] eraderetur *F.* excideretur *FM.*
[d] Mt . . . vos *om. FM.* [e] Haec *om. FM.*

[1] τὸ πλάτος.
[2] *Cf. Macrob., Saturn. 1, 12, 37 (Lips. 1868 p. 66) et Sueton., De vita Caesarum 8, 23 (Lips. 1858 p. 253).*
[3] *Cf. Isaac, De diff. post init. (opp. omnia Lugd. 1515 f. 2) et Alb., De nat. et orig. animae 2, 11 (IX 422).*

Prima tres paragraphos habet: Primo
B 37c enim ostendit dicta eorum non | esse opportuna; secundo[a] inconvenientia ibi (XIX, 4): *Nempe et si ignoravi;* tertio, quod etiam in auditu protervi sunt ibi (XIX, 6): *Saltem nunc.*

Et hoc est: **Respondens autem Iob dixit.** Prv XXVI, (5): ,Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.'
2 **Usquequo affligitis animam meam,** afflictam sc. multis tribulationibus. Ps (CVIII, 17): ,Persecutus est hominem inopem et mendicum, et compunctum corde mortificare.' **et atteritis me sermonibus?** sicut supple quibusdam dentibus. Ps (CXXXIX, 4): ,Acuerunt linguas suas sicut serpentis.' Ir IX, (8): ,Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est.'
3 **En, decies confudistis me** | quinquies sc.
E 26b sermonem meum repellendo et quinquies
M 52a falsa | crimina obiciendo, et hoc probat Gregorius sic[1]: ,Quinquies respondit Iob a principio usque huc. Primo Iob VI, secundo Iob IX, tertio Iob XII, quarto Iob XVI, quinto Iob XIX. Et totidem vicibus pro veris responsis falsa crimina sibi obiecta sunt.' Ps (XXXVIII, 9): ,Opprobrium insipienti dedisti me.' Ir XV, (15): ,Noli in patientia Tua suscipere me; scito quoniam propter Te sustinui opprobrium.' **et non erubescitis opprimentes me,** quod tamen verecundum est. Inopportunum enim est arguere afflictum, etiam si red-
F 29b arguendus sit. | Ir III, (3): ,Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.' Iob XVI, (3): ,Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est, si loquaris?'

Et ostendit inconvenientem responsio-
4 nem subdens: | **Nempe[b], etsi ignoravi,**
T 33d sicut vos supple, imponitis mihi et maxime Eliphaz supra XV, (8): ,Numquid consilium Dei audisti, et inferior te erit eius sapientia?' Hoc enim dixerunt, quia consilium Dei nesciret: **mecum erit ignorantia mea.** Humiliter enim confiteor profunda Dei me nescire, et sic pro me erit ignorantia. Ps (LXXII, 16 17): ,Aestimabam, ut cognoscerem hoc; labor est ante me: donec intrem in sanctuarium Dei, et intelligam in novissimis eorum.'

**At vos contra me erigimini,** hoc est 5
ex superbia arguitis[c] me. Num XVI, (7): ,Multum erigimini, filii Levi.' Thr I, (9): ,Rectus est inimicus.' et[c] **arguitis me opprobriis meis,** hoc est in me prolatis. Iob XVI, (11): ,Exprobrantes percusserunt maxillam meam.' Thr III, (30): ,Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.'

Et ostendit protervos ad audiendum:
**Saltem nunc intelligite,** quod protervien- 6
tes contra ante dicta intelligere noluistis. Iac I, (19): ,Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.' **quia Deus non aequo iudicio,** iustitiae sc. illius, quae est redditio pro meritis, **af-**
**flixerit** | **me.** Unde Dominus Iob II, (3): M 52b
,Tu com|movisti Me adversus eum, ut af- B 37d
fligerem eum frustra.' **et,** id est, **flagellis suis me cinxerit.** S u i s dicit, non meis, quia non meruit ea. C i n c t u m autem se dicit, quia undique flagellatus est et flagellis constrictus. Iob II, (7): ,A planta pedis usque ad verticem percussit Iob ulcere pessimo.'

Et subdit enumerans flagella: Primo quid passus sit a Deo; secundo quid ab homine ibi (XIX, 12): *Simul venerunt;* tertio convertit se ad orationem misericordiae allegans miseriam, quam passus est, ibi (XIX, 20): *Pelli meae.*

**Ecce clamabo vim patiens,** doloris sc.[d] 7
Is XXXVIII, (14): ,Domine, vim patior[d], responde pro me.' **et nemo exaudiet,** ad liberationem sc. Iob XXX, (20 21): ,Clamabo ad Te, et non exaudies me; sto, et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem et in duritia manus Tuae adversaris mihi.' **vociferabor,** querulas in oratione voces emittens, **et non est, qui iudicet,** supple causam meam. Hab I, (2): ,Usquequo,

[a] ostendit ea esse *add. FM.* [b] Nonne *F.* [c] arguitis . . . et *om. E.*
[d] sc. . . . patior *om. E.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 14, 26, 30; Migne 75, 1055.*

Domine, clamabo, et non exaudies? Voci-
ferabor ad Te, vim patiens, et non sal-
vabis?‘
8 **Semitam meam,** hoc est viam compendii,
quam sc. in ordinandis[a] rebus meis am-
bulare consuevi. **circumsepsit**, angustia
sc. et tribulatione, **et**, supple ideo, **transire**
**non possum**, ad libertatem sc. Os II, (6):
‚Ecce Ego saepiam viam tuam spinis et
saepiam eam maceria, et semitas suas
non inveniet.‘ Thr III, (9): ‚Conclusit
vias meas quadris, ut non egrediar,‘ hoc
est fortissimis duritiis.
**et in calle meo,** quem supple calcare
consuevi in providentia rei familiaris,
**tenebras posuit**, ut non videam effugium
per rationem. Iob III, (23): ‚Viro, cuius
abscondita est via, et circumdedit eum
Deus tenebris.‘ Thr III, (6): ‚In tene-
brosis[b] collocavit me quasi[c] mortuos sem-
9 piternos‘. **Spoliavit | me[c] gloria mea,** hoc
M 52c est dignitate, in qua gloria est. Unde
Iob II, (8): ‚Sedens in sterquilinio saniem
testa radebat.‘
T 34a Et hoc exaggerat subdens: **et abstu|lit**
**coronam de capite meo,** regalem sc. Thr
E 26c V, (16 15): ‚Cecidit coro|na capitis nostri.
Versus est in luctum chorus noster.‘ Hoc
enim Deus fecisse dicitur, quando Satanae
potestatem dedit. Ez XXI, (26): ‚Tolle
cidarim, depone coronam.‘
10 Et universaliter subdit: **Destruxit me un-**
**dique,** hoc est in omnibus bonis, **et pereo,**
ex consideratione sc. inferiorum causarum.
Simile Is XXXVIII, (1): ‚Dispone domui
tuae, quia morieris et non vives.‘ Thr
F 29c III, (17 18): ‚Repul|sa est anima mea,
oblitus sum bonorum. Et dixi: Periit finis
meus et spes mea a Domino.‘
Et hoc exemplum subdens declarat:
B 38a | **et quasi evulsae arbori,** radicitus supple,
**abstulit spem meam**, resurgendi sc. Ps
(LI, 7): ‚Deus destruet te in finem, evellet
te, et emigrabit te de tabernaculo tuo,
et radicem tuam de terra viventium.‘ Nus-
quam enim habeo, unde traham succum
consolationis; et ex hoc supple apparet,
quod **Iratus est contra me furor eius.** Is 11
XXX, (27): ‚Ardens[d] furor eius, et gravis[e]
ad portandum.‘ **et sic me habuit quasi**
**hostem suum**, multipliciter sc. puniendo.
Thr II, (4): ‚Tetendit arcum suum quasi
inimicus, firmavit dexteram suam quasi
hostis, et occidit omne, quod pulchrum
erat.‘
**Simul venerunt.** 12
Tangit hic, quid passus est ab homine,
secundum omnem hominum differentiam.
Et hoc est: **Simul venerunt latrones**
**eius**, hoc est subito unus super alium.
Iob I, (18): ‚Adhuc loquebatur ille, et
venit alius et dixit.‘ Et dicuntur latro-
nes Dei, quia potestatem dedit. **et fe-**
**cerunt sibi viam per me,** transeuntes sc.
in[f] me et mea, sicut voluerunt. Iob XXX,
(14): ‚Quasi rupto muro et aperta ianua,
irruerunt super me, et ad meas miserias
devoluti sunt.‘ **et obsederunt**, Chaldaei,
sc. et Sabaei et ignis et ventus, **in gyro**
**tabernaculum | meum**, ut nihil sc. evade- M 52a
ret. Thr III, (5): ‚Aedificavit in gyro
meo, circumdedit me felle et labore.‘
Et hoc passus est ab inimicis, et sub-
dit de fratribus: **Fratres meos longe fecit** 13
**a me**, amicitias sc. in inimicitias conver-
tens. Ir IX, (4): ‚Vir in omni fratre
suo non habet fiduciam; quia omnis frater
supplantans supplantabit.‘ **et noti mei,**
familiares sc., **quasi alieni recesserunt a**
**me.** Ir IX, (4 5): ‚Omnis amicus frau-
dulenter incedet. Et vir fratrem deridebit.‘
Et hoc ulterius exaggerans subdit:
**Dereliquerunt me propinqui mei.** Ps 14
(XXXVII, 12): ‚Amici mei et proximi
mei adversum me appropinquaverunt et
steterunt.‘ **et qui me noverant**, quibus
sc. impendi beneficia, **obliti sunt mei**, nihil
sc. beneficii recompensantes, cum tamen[g]
scriptum sit[h] Eccli XXIX, (20): ‚Gratiam
fideiussoris tui ne obliviscaris.‘
Et adhuc exaggerat ulterius: **Inquilini** 15
**domus meae**, hoc est in domibus meis[i],

[a] adiuvandis *FM.* [b] tenebris *FM.* [c] quasi . . . me *om. E.*
[d] Ardens *F in marg., om. M.* [e] gravis *F in marg., om. M.* [f] per *FM.*
[g] talium nullus oblivisci debeat *add. FM.* [h] scriptum sit *om. FM.*
[i] nutriti et habitatores *add. FM.*

quorum erat obsequi, **et ancillae meae ad**
**servitium deputatae, sicut alienum me**
**habuerunt**, pro quo sc. nihil facerent,
quod de maximis malis est. Prv XXX,
(21 22): ‚Per tria movetur terra, et
quartum, quod non potest sustinere, per
servum, cum regnaverit.‘ Et post pauca
(v. 23): ‚Per ancillam, cum fuerit coheres
dominae suae.‘ **et quasi peregrinus fui**
**in oculis eorum**, qui sc. nihil impii ha-
berem super eos. Ir XIV, (8): ‚Quare
T 34b quasi pere|grinus futurus es in terra, et
quasi viator declinans ad manendum?‘
quasi dicat: Inconveniens est.
16 **Servum meum vocavi** ad obsequia na-
B 38b tum et emptum[a], **et non | respondit**, mihi
oboediendo sc. II. Rg XIX, (26): ‚Do-
mine, mi rex, servus meus contempsit
me.‘ **ore proprio deprecabar illum.** Io
I, (11): ‚In propria venit, et sui eum non
receperunt.‘
17 Et ulterius exaggerat subdens: **Hali-**
**tum meum exhorruit uxor mea**, tamquam
foetidum supple. Tob II, (22 23): ‚Uxor
M 53a irata respondit: Manifeste | vana facta
est spes tua, et eleemosynae tuae modo
apparuerunt. His atque aliis huiuscemodi
verbis exprobrabat ei.‘
Et subdit, quid passus est a filiis, hoc
est ab eis, quos diligebat sicut filios, et
E 26d hoc est: **et orabam filios | uteri mei**, cum
tamen scriptum sit Prv XXX, (17):
‚Oculum, qui subsannat patrem, et qui
despicit partum matris suae, suffodiant
eum corvi de torrentibus, et comedant
eum filii aquilae!‘
18 Et subdit de stultis popularibus: **Stulti**
**quoque**, et ab aliis despecti, **despiciebant**
**me.** Iob XXX, (1): ‚Nunc derident me
F 29d iuniores tempore, quorum non | dignabar
patres ponere cum canibus gregis mei.‘
**et cum ab eis recessissem**[b] in absentia
**detrahebant mihi.** Ps (CVIII, 4): ‚Pro
eo, ut me diligerent, detrahebant mihi.‘
19 Et subdit de sapientibus: **Abominati**
**sunt me quondam consiliarii mei**, secreta
mea sc. scientes; et intelligit de pro-
ditione, sicut Achitophel fecit David. II. Rg
XV, (31): ‚Consiliarius enim prodit se-
creta, quando malus est.‘ Is XIX, (11):
‚Sapientes[c] consiliarii dederunt consilium
insipiens.‘ Mich IV, (9): ‚Numquid rex
non est tibi[c], aut consiliarius tuus periit,
quia comprehendit te dolor sicut[d] partu-
rientem?‘ **et quem maxime diligebam**
inter consiliarios, Eliphaz sc., **adversatus**[e]
**est me.** Eccli VI, (6): ‚Multi pacifici
sint tibi, consiliarius vero unus de mille.‘
Ps (LIV, 14 15): ‚Tu vero homo unani-
mis, dux meus, et notus meus: qui simul
mecum dulces capiebas cibos.‘
**Pelli meae.** 20
Hic incipit allegare miseriam et petere
misericordiam et habet duas partes.
In prima petit misericordiam et con-
fitetur fidei iustitiam. In secunda conclu-
dens reprehendit eos, qui eum iustum
impugnabant ibi (XIX, 28): *Quare ergo*
*nunc dicitis.*
In prima duo sunt: Petitio misericor-
diae et confessio iustitiae ibi (XIX, 23):
*Quis mihi hoc tribuat.*
In prima primo allegat miseriam, se-
cundo petit misericordiam, tertio perse-
quentium reprehendit duritiam.
Et hoc est: **Pelli meae**, cuti sc. siccae
et aridae, **consumptis carnibus**, | ex nimia M 53b
macie et in famem conversione, **adhaesit**
**os meum**, ut sc. sola pelle tegantur ossa.
Iob VII, (5): ‚Induta est caro mea pu-
tredine; et sordibus pulveris cutis mea
aruit et contracta est.‘ **et derelicta sunt**
**tantummodo labia**, nihil sc. pinguedinis | B 38c
habentia, **circa dentes meos.** Thr IV, (8):
‚Adhaesit cutis eorum ossibus, et facta
est quasi lignum.‘ Thr ult. (V, 10):
‚Pellis nostra quasi clibanus exusta est,
a facie tempestatum famis.‘
Ex hac miseria petit misericordiam:
**Miseremini mei, miseremini mei!** Dictum 21
ingeminat, ut ad misericordiam provocet.
Mt XVIII, (33): ‚Nonne et te oportuit
misereri conservi tui, | sicut et ego tui T 34c
misertus sum?‘ **saltem vos amici mei,**

[a] nutritum *FM.* [b] tunc *add. FM.* [c] Sapientes . . . tibi *om. FM.*
[d] tenuit te dolor quasi *FM.* [e] *sic CC,* aversatus *Vulgata.*

etsi sc. alii non miserentur. Amicorum enim proprium[a] est, quod affectus unius pendeat ex affectu alterius. Eccli VI, (9): ‚Est amicus, qui convertitur ad amicitiam.‘ Et post pauca (VI, 14): ‚Amicus fidelis protectio[b] fortis.‘ Et ibidem (VI, 16): ‚Amicus fidelis[b] medicamentum vitae.‘

**quia manus Domini**, percutientis supple, **tetigit me.** Satanas enim tangere non posset, nisi Deus permisisset. Iob IV, (5): ‚Nunc venit super te plaga, et defecisti; tetigit te, et conturbatus es.‘ Iob II, (5): ‚Dixit Satan: Mitte manum Tuam et tange carnem eius et os eius.‘

Ex his reprehendit persequentes de
22 duritia: **Quare persequimini me sicut Deus?** Deus enim persequitur innocentem, ut probet vel ad manifestandam gloriam suam; vos autem causam non habetis, propter quam innocentem persequi debeatis. Ps (CVIII, 17): ‚Persecutus est homo inopem et mendicum, et compunctum corde mortificare.‘

Quod autem hoc faciant, subdit: **et, id est quia carnibus meis saturamini?** hoc est, infirmitatibus, quae sunt in mea carne, saginamini; qui enim poenam addit afflicto, saturatur poenis et reficitur. Iob X, (15): ‚Saturatus afflictione et miseria.‘

23 **Quis mihi.**

Hic tangit fidei et iustitiae confessio-
M 53c nem, | ut magis innocens videatur, et dicit tria: Ut sc. confessio maneat ad perpetuam rei memoriam, secundo ponit confessionem veram, tertio in iudicio aequitatis esse spem suam.

Et hoc est: **Quis mihi hoc tribuat**, desiderio sc. meo satisfaciens, **ut**, sc. propter utilitatem posteritatis, **scribantur**
E 27a **sermones mei?** Hab II, (2): ‚Scribe | visum, et explana eum super tabulas, ut percurrat, qui legerit eum.‘ Et optat, ut indelebiliter scribantur, et hoc est: **Quis mihi det, ut exarentur in libro?** hoc est
F 30a in dura materia quasi in libro **stilo fer|reo**, qui duram materiam exarare potest. Durum enim est et, si difficile recipit, tamen fortissime tenet; **aut plumbi lamina**, hoc est in lamina plumbi, quia, licet plumbum molle sit, tamen, quia ex loci humiditate additionem recipit, diu permanet. **vel celte**, celte nomen indeclinabile est, et est instrumentum cementarii, quo durissimi sculpantur lapides. Et hoc est: **sculpantur in | silice?** Et intelligit per B 38d
librum commune cor hominum, per stilum ferreum profundam inscriptionem, per laminam plumbi cor gravium personarum, per silicem cor durissimorum. Is VIII, (1): ‚Sume tibi librum grandem, et scribe in eo stilo hominis.‘ Simile in opposito Ir XVII, (1): ‚Peccatum Iudae scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino, exaratum est super latitudinem cordis eorum.‘

Quid autem scribendum sit, subdit:
**Scio enim**, revelatione sc. et fide, **quod** 25
**Redemptor meus vivit.** I. ad Tim VI, (16): ‚Qui solus habet immortalitatem.‘ **et in novissimo die**, supple mundi huius, quando sc. caelum atteretur[c], **de terra surrecturus sum.** I. ad Cor XV, (52): ‚Canet enim tuba, et mortui resurgent
incorrupti.‘ **et rursum circumdabor pelle** 26
**mea**, cum carnibus sc. et ossibus. Ez
XXXVII, (8): ‚Et ecce | super ossa nervi M 53d
et car|nes ascenderunt, et extenta est in T 34a
eis cutis desuper.‘

Et hoc est, quod sequitur: **et in carne mea videbo Deum**, ut iudicem supple, non condemnatorem sed salvatorem, **meum.** Dn XII, (1): ‚In tempore illo salvabitur populus Tuus omnis, qui inventus fuerit, scriptus in libro vitae.‘

**Quem visurus sum ego ipse**, per me sc., 27
**et oculi mei** non tantum cordis, sed etiam corporis, **conspecturi sunt.** Apc I, (7): ‚Ecce venit cum nubibus; et videbit eum omnis oculus.‘ **et non alius.** Nullus enim pro se procuratorem mittere potest. II. ad Cor V, (10): ‚Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit.‘

Et quia iustus sum, non timeo iudicium, sed spero in ipso, et hoc est: **reposita est haec spes mea in[d] sinu meo[d]**, hoc est in

[a] proprium *om. FM.* [b] protectio . . . fidelis *om. FM.* [c] alteretur *FM.* [d] **in . . . meo** *om. F.*

occulto cordis. Et ex hoc patet, quod innocens sum; si enim nocens essem, timerem iudicium. Hebr VI, (18 19): ,Fortissimum habeamus solatium, qui confugimus ad tenendam propositam spem; quam sicut animae ancoram habemus tutam ac firmam.‘

Ex omnibus[a] his infert reprehendendo
28 persequentes, et hoc est: **Quare ergo nunc**
**dicitis**, pari sc. consensu: **Persequamur eum**, contradicendo verbis, quae dicit Ir XVIII, (18): ,Venite, et percutiamus eum lingua, et non attendamus ad universos sermones eius.‘ Ir XX, (10): ,Audivi contumelias multorum et terrores in circuitu: Persequimini, et persequamur eum; ab omnibus viris, qui erant pacifici mei.‘ **et radicem verbi inveniamus contra eum?** hoc est verbum, in quo radicemus contradictionem. Hebr XII, (3): ,Talem a peccatoribus sustinuit contradictionem.‘
29 **Fugite ergo**, ne sc. in iudicium inci-
datis, **a facie**, hoc est a praesentia **gladii**,
M 54a vindicantis sc. in iudicio. | Is XXI, (15):
B 39a ,A facie enim gladii fugerunt, | a facie
arcus extenti, a facie gradus praelii.‘ **quoniam ultor iniquitatum gladius est**, hoc est ultima sententia iudicis. Apc I, (16): ,Gladius ex utraque parte acutus procedebat de ore eius.‘ Rom XIII, (4): ,Si malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malum facit.‘ **et scitote esse iudicium.** Eccle ult. (XII, 14): ,Cuncta, quae fiunt, adducet in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum sit.‘

E 27b

## CAPITULUM XX.

1 **Respondens autem Sophar Naamathites dixit.**

REVOCETUR[b] ad memoriam positio Sophar, quae fuit in parte eadem cum positione Eliphaz in hoc sc., quod
F 30b dixit, quod in hac vita proveniunt | bonis
bona et malis mala. Sed addidit hoc, quod, si aliter aliquando evenit[c], quod hoc fit alto Dei consilio, quod nos scire non possumus. Ita tamen quod in tumulo poenarum tandem manifestabitur, quod hoc consilium sapiens est et iustum, ut sc. ,qui in sordibus est, sordescat adhuc‘, et sic dicitur Apc XXII, (11) et II. Mach VI, (15): ,Ut, peccatis eorum in finem devolutis, ita demum in eos vindicet.‘ Et I. ad Thess II, (16): ,Ut impleant peccata sua semper; pervenit enim ira Dei super illos usque in finem.‘ Et hoc
quidem etiam dixit | Baldach, sed iste ad- T 35a
didit, quod fit alto et iusto consilio Dei. Et secundum hoc dividitur responsio istius capituli in duas partes. Primo enim respondet homini, secundo orationi ibi (Iob XX, 4): *Hoc scio a principio.*

In primo tria sunt: Primo enim dicit se diversa tractare per collationem rationis, secundo cogitationis ponit, tertio inventionem veritatis.

Et hoc est: **Respondens autem Sophar**, qui dissipator speculae propter hoc interpretatur, quia acumine argumentorum suorum omnem speculationem dissipavit, **Naamathites**, hoc est decorus, ideo dicitur,
quia cuncta, quae intellexit, | decore lepi- M 54b
dae orationis proposuit. Sap[d] VII, (21): ,Omnium artifex docuit me sapientia.‘ Et[d] Sap VIII, (11 12): ,In conspectu potentium admirabilis ero; et facies principum mirabuntur me; tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient.‘ **dixit**, hoc est, proposuit, ut ex ore suo fortius sonaret. Hieronymus[1]: ,Nescio, quid latentis energiae habet viva vox et in aure discipuli ab ore doctoris fusa fortius sonat.‘
**Idcirco cogitationes meae**, quae quasi 2
cogitationes dicuntur, quia in collatione rationis diversa cogitat, quae[e] inquirit, et hoc signum stultitiae est et imperfectae scientiae. Et hoc est: **variae succedunt sibi**: varia enim et non pertinentia inquirere, ubi aperta est scientia, stultitia

[a] autem dictis *add. FM.* [b] Revocanda est *FM.* [c] accidit *FM.*
[d] Sap . . . Et *om. FM.* [e] qui *TE.*

[1] *Hier., Ep. 53 (alias 103) ad Paul.; Migne 22, 541.*

est. Eccli XXVII, (12): ‚Homo sanctus in sapientia manet sicut sol; nam stultus ut luna mutatur.‘

**et mens**, quae a metiendo dicitur eo, quod omnia ad rectum mensurat, **in diversa rapitur**, quod non potest esse nisi phantasiis errorum. Verus enim intellectus in uno est, quod principium est
B 39b veritatis. Prv XV, (7): | ‚Labia sapientium disseminabunt scientiam: Cor stultorum dissimile erit.‘

3 Et subdit causam: **Doctrinam, qua me arguis**, positionem meam sc. improbando, **audiam**, ut sc. discutiam. Iac I, (19): ‚Sit autem omnis homo velox ad audiendum.‘ Is LI, (1): ‚Audite me, qui sequimini, quod iustum est, et quaeritis Dominum.‘

Et de revelatione veritatis subdit: **et spiritus intelligentiae meae**, hoc est inspirans mihi intelligentiam veritatis. Iob XXXII, (8): ‚Inspiratio Altissimi dat intelligentiam.‘ **respondebit mihi**, de singulis sc., quid verum et quid falsum sit. Io XIV, (26): ‚Ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia.‘

4 **Hoc scio.**

Hic respondet ad orationem, et dividitur in partes duas: In prima enim ostendit, quod magno Dei consilio multiplex iniquitas in multiplicem poenam convertetur; in secunda, quando hoc consilium revelabitur, ibi (Iob XX, 27): *Revelabunt caeli.*
M 54c Prior | istarum adhuc in duas dividitur. Primo enim ostendit omnem fortunam impii esse transitoriam, secundo ostendit iniquitatem eius transire in poenam ibi (Iob XX, 11): *Ossa eius.* In prima probat ex auctoritate, quod gloria impii brevis est, et secundo ex vanitate[a] eius in quo gloriatur, et tertio, quod irrecuperabiliter transit, et quarto quod miserabiliter.

Et hoc est: **Hoc scio**, supple respon-
E 27c dente[b] | spiritu, **a principio**, mundi sc., **ex quo positus est homo super terram** eiectus de paradiso. Gn III, (23): ‚Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, ut operetur terram, de qua sumptus est.‘ Omnium supple sapientium relatione[c], **quod** 5
**laus impiorum**, hoc est fortuna, in qua | F 30c
laudari quaerunt im|pii, **brevis sit.** I. Mach T 35b
II, (63): ‚Hodie extollitur, et cras non invenietur.‘ Iac IV, (15): ‚Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.‘

**et gaudium hypocritae**, hoc est fortuna, in qua gaudet, **ad instar puncti**, quod nullius est quantitatis respectu aeternitatis. Anselmus in Monologio[1]: Sicut unum nunc temporis includit omnem locum et omnia, quae in loco sunt[d], quantumcumque distent loca ab invicem, sic unum nunc aeternitatis includit omne tempus et omnia, quae in tempore sunt, quantiscumque spatiis ab se invicem separentur[e]. Iob XXI, (13): ‚In puncto ad inferni novissima descendunt.‘

Et hoc ostendit ex vanitate[f] fortunae,
et hoc est: **Si ascenderit usque ad caelum**, 6
hoc est ad altitudinem divinam et caelestem, **superbia eius**, hoc est ambitio eius. Is XIV, (13): ‚In caelum conscendam, super astra caeli exaltabo solium meum.‘ **et caput eius**, hoc est mens ambitiosa, **nubes tetigerit**, hoc est summas altitudines humanas, sicut II. Mach IX, (8) de Antiocho legitur, quod ‚sibi videbatur fluctibus maris imperare, supra humanum
| modum superbia repletus, et montium M 54d
altitudines in statera appendere.‘

**quasi sterquilinium**, vile supple, **in fine** 7
**per|detur.** Abd (4): ‚Si exaltatus fueris B 39c
ut aquila, et inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.‘ Is XIV, (11): ‚Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum.‘ I. Mach II, (62): ‚Gloria eorum stercus et vermis est.‘ **Et qui eum viderant**, supple in gloria ante, **dicent**, illo sc. subito evanescente: **Ubi est?** Ps (XXXVI, 36): ‚Transivi, et ecce non erat.‘ Sap II, (2):

[a] vanitate *ET*, varietate *B*, nativitate *FM*; *cf. col. 238/22.* [b] revelante *FM.*
[c] revelatione *E.* [d] omne, quod in loco est *FM.* [e] distent *E.*
[f] nativitate *FM*, *quod F corrigit in margine in* vanitate.

[1] *Anselm., Monol. 22 (Migne 158, 175), clarius habetur Anselm., De concord. praescientiae Dei cum lib. arb. 1, 5 (Migne 158, 514).*

,Ex nihilo nati sumus et post haec erimus, quasi non fuerimus.‘

8 Et ponit simile: **Velut somnium**, imaginarium supple, **avolans** per oblivionem **non invenietur**, de cetero supple. Apc XII, (8): ,Locus eorum non est inventus amplius in caelo.‘ Ps (XXXVI, 36): ,Quaesivi, et non inventus est locus eius.‘

Et subdit rationem: **transiet**, antiqua grammatica, hoc est, transibit, **sicut visio nocturna**, somnialis supple. Ps (XXXVIII, 7): ,In imagine pertransit homo, sed et frustra conturbatur.‘ Sap V, (9): ,Transierunt haec sicut umbra.‘

9 Et subdit, quod irrecuperabiliter: **Oculus**, sc. congaudentium sibi, **qui eum viderat**, delectabili sc. intuitu, **non videbit**, ultra supple, **nec ultra intuebitur eum locus eius**, hoc est bona ad locum pertinentia. Is XXXVIII, (11): ,Non aspiciam hominem ultra, et habitatorem quietis.‘

10 Et hoc explanat subdens: **Filii eius atterentur egestate.** Iob XXX, (3): ,Egestate et fame steriles.‘ Ps (CVIII, 10): ,Nutantes transferantur filii eius et mendicent et eiciantur de habitationibus suis.‘

Et subdit, quam miserabiliter transit: **et manus illius**, hoc est opera illius, **reddent ei dolorem.** Is L, (11): ,De manu mea factum est hoc vobis: in doloribus dormietis.‘ Is III, (11): ,Vae impio in malum: retributio manuum eius fiet ei.‘

11 **Ossa eius.**

Hic ostendit, qualiter iniquitas transit in poenam, et habet partes duas. In prima enim explanat iustitiam, quae tra-
T 35c M 55a hit iniquitatem ‖ ad poenam; in secunda[a] affectum congratulationis ad iustitiam illam, ibi (Iob XX, 23): *Utinam impleatur.* In prima duo sunt, sc. poenarum descriptio, in quas convertitur culpae delectatio, in secunda culpae repetitio, ut iustior videatur damnatio ibi (Iob XX, 19): *Quoniam confregit domum pauperis.* In prima adhuc duo sunt. Describit enim primo poenam particulariter, secundo universaliter ibi (Iob XX, 18): *Luet, quae fecit omnia.* | In prima quinque sunt, sc. quod E 27d
punietur profunde, quod amare, quod delectabilium amissione, quod pernecabiliter[b], et quod sine consolatione.

Et hoc est: **Ossa illius**, profundissima sc. suorum intimorum | receptacula, **im**- F 30d
**plebuntur**, sagina sc. delectationis vitiorum, **vitiis adolescentiae suae.** Ez XXXII, (27): ,Iniquitates eorum in ossibus eorum.‘ **et cum eo**, impio sc. non deserente vitia, **in pulvere**, in quem ipse convertetur post mortem, **dormient.** Prv XXII, (6): ,Proverbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.‘ Is ult. (LXV, 20): ,Peccator centum annorum maledictus erit.‘

Qua de causa autem hoc sit, expla|nat B 39d
subdens: **Cum enim dulce fuerit in ore eius**, 12
cordis sc., **malum**, culpae sc. Ps. (LXXII, 7): ,Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.‘ **abscondet illud sub lingua sua**, blandae sc. locutionis et excusationis. Ps (CXL, 4): ,Non declines cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis.‘

**Parcet illi**, culpae sc. delectabili. Gre- 13
gorius[1]: ,Malo, quod diligit, parcit: qui hoc non poenitendo[c] persequitur nec derelinquet.‘ Et hoc est: **et non derelinquet illud**, per poenitentiam sc., hoc est, mollium est, qui nihil tristitiae pati volunt in poenitentia semper sibi parcentes, contra quod dicitur Iob X, (1): ,Dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animae meae.‘ **et celabit in gutture suo**, malum sc., contra quod dicitur Iob XXXI, (30): ,Non dedi ad peccandum guttur meum.‘ Et post pauca (Iob XXXI, 33): ,Si abscondi quasi homo peccatum meum, et celavi | in M 55b
sinu meo iniquitatem meam.‘ Quod enim celatur in gutture, ad hoc celatur, ut diu in gustu sit, et guttur diu delectetur.

Et subdit, quod amare: **Panis eius**, 14
hoc est refectio iniquitatis. Prv IV, (17):

[a] ostendit *add. FM.* [b] penetrabiliter *F*; *cf. col. 241/32.* [c] puniendo *FM.*

[1] *Greg., Mor. 15, 12, 14; Migne 75, 1087 1088.*

,Comedunt panem impietatis, et vinum
iniquitatis bibunt.' Quod autem iste pa-
nis in amaritudinem convertetur, sequitur:
**in utero illius**, hoc est in intimis eius,
**vertetur**, supple per poenam, **in fel aspi-**
**dum intrinsecus.** Prv XX, (17): ,Suavis
est homini panis mendacii; et postea im-
plebitur os eius calculo.' Eccli XXXI,
(29): ,In nequissimo pane murmurabit
civitas.' Et dicit fel aspidum, ut mor-
tiferum intelligatur. Dt XXXII, (33):
,Venenum aspidum insanabile.'
Et subdit, quod subtractione delecta-
15 bilium: **Divitias, quas devoravit**, hic supple
luxuriose vivendo. Lc XV, (30): ,Devora-
vit substantiam suam vivendo luxuriose
cum meretricibus.' Devorare autem
notat cum aviditate glutire. Ir LI, (34):
,Absorbuit me quasi draco, replevit ven-
trem suum teneritudine mea.' **evomet**;
hoc, quod delectabile est in devoratione,
sordet in vomitu, et hoc, quod delectabile
fuit in culpa, sordet in poena. Is XXVIII,
T 35d (8): ,Omnes | mensae repletae sunt vo-
mitu sordiumque, ita ut non esset locus.'
**et de ventre eius extrahet eas Deus**; hoc
significatur Tob VI, (5), ubi angelus prae-
cepit dicens: ,Exentera hunc piscem.'
Piscis enim voluptuosum significat, qui ex-
enteratur, quando hoc, quod voluptuose de-
voravit, felleis humoribus cogitur evomere.
16 Et subdit, quod pernecabiliter: **Caput**
**aspidum suget.** Aspis serpens est non
audiens in cantatorem et venenum habet
pernecabile, et significat daemones, qui
praesunt obstinatis, qui doctores non
audiunt, cuius caput suget, qui cum
B 40a delectatione initia suggestionis eius | re-
M 55c cipit, quod sub alia metaphora | dicitur
Is LIX, (5): ,Ova aspidum ruperunt, et
telas aranearum texerunt.' Ps (LVII,
5 6): ,Sicut aspidis surdae et obturantis
aures suas, quae non exaudiet vocem in-
cantantium.'
Et hoc exaggerans subdit: **et occidet**
**eum lingua viperae.** Vipera dicitur eo,
quod vi pariat, per quam violenta tentatio
daemonis designatur, cui voluptuosus, dum
consentit, occiditur; lingua enim persua-
sionem serpentis significat. De talibus
dicitur Lc III, (7): ,Genimina viperarum,
quis vobis demonstravit fugere a ventura
ira?' Act ult. (XXVIII, 3): ,Vipera a ca-
lore cum processit, invasit manum eius.'
Et quod sine consolatione subdit: **Non** 17
**vide|at**, per experimentum sc., **rivulos** E 28a
**fluminis**, hoc est rivulos afflu|entis boni- F 31a
tatis divinae, **torrentes**, hoc est calore
caritatis divinae torrentis solutos, **mellis**,
hoc est divinae dulcedinis, **et butyri**, quod
significat crassitudinem delectationis di-
vinae consolationis. De quo de sanctis
dicitur in Ps (XXXV, 9): ,Inebriabuntur ab
ubertate domus Tuae: et torrente volup-
tatis Tuae potabis eos.' Is ult. (LXVI,
12): ,Ecce Ego declinabo in vos sicut flu-
vium pacis et quasi torrentem inundan-
tem gloriam gentium, quam sugetis.' Is
LV, (2): ,Audite audientes Me, et com-
edite bonum, et delectabitur in crassitu-
dine anima vestra'[a]. Haec enim omnia sub-
trahentur damnatis, unde possunt dicere
hoc Os XIII, (14): ,Consolatio abscondita
est ab oculis meis.'
Et subdit universaliter: **Luet, quae fecit,** 18
**omnia.** Eccle XII, (14): ,De omni errato
adducet te Deus in iudicium.' **nec tamen**
**consumetur.** Bernardus[b 1]: Ita semper
moritur, quod numquam permoritur. Iob
XXI, (32): ,In congerie mortuorum vigi-
labit.' Vigilat enim mortuus, cuius vita
semper intercipitur et numquam permo-
ritur. Apc IX, (6): ,Desiderabunt mori, et
mors fugiet ab eis.' **iuxta multitudinem**
**adinventionum suarum**, novorum | sc. pec- M 55d
catorum, **sic et sustinebit**, in poenis sc.,
Apc XVIII, (7): ,Quantum glorificavit se
et in deliciis fuit: tantum date ei tor-
mentum et luctum.'
Et ut iustior sit damnatio, repetit cul-
pam impietatis, quae est cupiditas, ut
dicit Gregorius[2]. I. ad Tim VI, (10):

[a] mea *FM.* [b] B *corr.* *F in* G.

[1] *Cf. Bernard., De consid. 5, 12, 26 (Migne 182, 803) et Greg., Mor. 15, 17, 21 (Migne 75, 1092).*
[2] *Cf. Greg., Mor. 15, 18, 22; Migne 75, 1093.*

,Radix omnium malorum est cupiditas.‘
19 Et hoc est: **Quoniam confringens**, violen-
ter supple, **nudavit**, hoc est, spoliavit, **do-
mum pauperis**. Is III, (14 15): ,Rapina
pauperis in domo vestra. Quare atteritis
populum Meum, et faciem pauperum com-
molitis?‘ Et hoc exaggerat subdens:
**domum rapuit**, hoc est facultates domus,
et sic iniustus fuit aliena rapiendo. Hab
II, (6): ,Vae ei, qui multiplicat non sua:
T 36a usquequo etiam aggravat contra | se den-
sum lutum?‘ **et non aedificavit eam**, ali-
cui sc. pauperi beneficium impendendo,
cuius signum est, quod dicitur Lc XVI,
B 40b (21): ,Quod Lazarus cupiebat satur|ari de
micis, quae cadebant de mensa divitis,
et nemo illi dabat.‘ Hab II, (9): ,Vae,
qui congregat avaritiam malam domui
suae, ut sit in excelso nidus eius.‘
20 **Nec est satiatus venter eius**, hoc est
avaritia eius. Prv XIII, (25): ,Venter
impiorum insatiabilis.‘ Eccle V, (9):
,Avarus non implebitur pecunia.‘ **et cum
habuerit, quae concupierat**, per avaritiam
supple, **possidere non poterit**, morte sc.
praeventus. Lc XII, (20): ,Hac nocte
repetent a te animam tuam, et quae prae-
parasti, cuius erunt?‘ Eccle V, (12 13):
,Divitiae conservatae in malum Domini
sui; pereunt enim in afflictione pessima.‘
21 Et subdit causam: **Non remansit de
cibo eius**, quod sc. pauperibus porrigeret.
Ez XVI, (49): ,Haec fuit iniquitas Sodo-
mae sororis tuae: superbia, saturitas pa-
nis et abundantia, et otium ipsius et
filiarum eius, et quia manum egeno et
pauperi non porrigebant.‘
**et propterea nihil permanebit de bonis
M 56a | eius**, quin sc. omnibus bonis spolietur.
Hab II, (8): ,Quia tu spoliasti gentes
multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui
fuerint de populis.‘ Ps (LXXV, 6): ,Dor-
mierunt somnum suum, et nihil invene-
runt omnes viri divitiarum in manibus
22 suis.‘ **Cum satiatus fuerit**, abundantia sc.
divitiarum, desiderio suo satisfecerit, **ar-
tabitur**, solitudine sc. II. Rg ult. (XXIV,
14): ,Coartor undique nimis.‘ **aestuabit**,
anxietate sc. perdendi, quod habet. Dn
XIII, (22): ,Angustiae mihi sunt undique.‘

**et omnis dolor**, hoc est perfectus dolor,
**irruet in eum**. Irruet dicit, quod vio-
lenter tenebit dolor. I. ad Thess V, (3):
,Cum dixerint: pax et securitas; tunc
repentinus eis superveniet interitus, sicut
dolor in utero habenti, et non effugient.‘
I. Tim ult. (VI, 9): ,Qui volunt divites
fieri, incidunt in tentationem, et in la-
queum diaboli, et in desideria multa et
nociva, quae mergunt hominem in inter-
itum | et perditionem.‘ F 31b
**Utinam**. 23
Tangit affectum | congratulationis ad E 28b
iustitiam et ponit quinque, ut furor iudi-
cis sc. ferveat, ut condemnatus effugium
non habeat, ut crudelibus torquendus tra-
datur, ut ab omnibus elementis impugne-
tur. Et quinto subdit, quod in hoc ger-
men iniquitatis eius demonstretur.
Et hoc est: **Utinam impleatur venter
eius**, hoc est totius capacitatis eius pro-
fundum, ut totus sc. plenus sit poenis,
**ut emittat**, quem sc. ex misericordia hac-
tenus continuit, **in eum iram furoris sui**,
hoc est ex ferventi ira poenam. Dt
XXXII, (22): ,Ignis succensus est in furore
Meo, et ardebit.‘ Soph III, (8): ,Effun-
dam super eos indignationem Meam, om-
nem iram furoris Mei.‘ **et pluat**, ordinatis
sc. stillis poenarum, **super illum**, sc. im-
pium, **bellum suum**, hoc est poenas, qui-
bus continue impugnetur. Iob XXXVIII,
(22 23): ,Numquid ingressus es thesauros
nivis, aut thesauros grandinis aspexisti?
| Quae praeparavi in tempus hostis, in M 56b
diem pugnae et belli?‘ Ps (X, 7): ,Pluit
super peccatores laqueos: ignis et sul-
fur, et spiritus procellarum.‘
Et subdit, quod sine effugio patietur,
et hoc est: **Fugiet arma ferrea**; per fer- 24
rum, quod cetera dom|at metalla, sicut B 40c
dicitur Dn | II, (40), intelligitur poena T 36b
praesens, qua Deus armatur ad doman-
dos impios. Sap. V, (18): ,Accipiet ar-
maturam zelus illius.‘
Hanc autem poenam poenitentiam re-
futantes fugiunt impii. Ps (LXXII, 5 6):
,In labore hominum non sunt, et cum
hominibus non flagellabuntur. Ideo te-
nuit eos superbia.‘ **et irruet in arcum**

**aereum.** Aes vocat hic commixtionem
cupri vel stagni et plumbi, quod, quia
imputribile est, poenam aeternam signi-
ficat. Arcum autem dicit, quia de longe
ferit et profunde. Sap V, (22): ,Ibunt
directe emissiones fulgurum, et tamquam
a bene, hoc est fortiter, curvato arcu
nubium exterminabuntur.' Supple: Qui,
25 sc. arcus, **Eductus** potenti dextera sagit-
tarii **et egrediens de vagina sua**, vagi-
nam vocant corium, in quo tensum sa-
gittarii portant arcum, et significat vagina
occultum Dei iudicium, quod tunc mani-
festabitur, arcus autem scripturam, cu-
ius veritate condemnabuntur. Iob XXIX,
(20): ,Arcus in manu mea instaurabitur.'
**et fulgurans**, hoc est clara iustitia spi-
cula sententiae emittens, **in amaritudinem
suam**[a], hoc est impii; et hoc est, quod
dicitur Mt XXV, (41): ,Ite, maledicti, in
ignem aeternum.' Ps (CXIX, 4): ,Sagit-
tae potentis acutae.' IV. Rg IX, (24):
,Iehu tetendit arcum manu, et percussit
Ioram inter scapulas; et egressa est sa-
gitta per cor eius.' Ioram fluvius inter-
pretatur et significat defluentem in con-
cupiscentiam; Iehu autem interpretatur
maleficus et significat diabolum, qui aucto-
ritate Dei ferit impios. Ps (XVII, 15):
,Misit sagittas suas, et dissipavit eos:
fulgura multiplicavit, et conturbavit eos.'

Et subdit, qualiter crudelibus torquen-
dus tradetur; et hoc est: **vadent** primo
M 56c in persuasione | culpae **et venient** in in-
flictione poenae **super eum**, impium sc.,
**horribiles**, daemones sc. Hab I, (7): ,Hor-
ribilis et terribilis est, ex semetipso iu-
dicium et onus eius egredietur.' Et
ibidem[b]: ,Crudelis est, et non miserebi-
tur.' Is XIX, (4): ,Tradam Aegyptum
in manu dominorum crudelium.'

26 **Omnes tenebrae**, hoc est perfectae te-
nebrae, **absconditae sunt in occultis eius**,
hoc est in conscientiis peccatorum, et
istae tenebrae sunt interiores. Ps (LXXXI,
5): ,Nescierunt neque intellexerunt, in
tenebris ambulant.' Et cum istis pro-
icietur in tenebras exteriores. Mt XXIV[1],
(2): ,Proicite eum in tenebras exteriores;
ibi erit fletus et stridor dentium.'

Et subdit, qualiter impugnatur ab ele-
mentis orbis, primo ab igne: **devorabit
eum ignis**, affligens sc. et adurens, **qui
non succenditur**, ab homine supple, sed
ab ira Dei. Is XXX, (33): ,Praeparata
est ab heri Tophet, a rege praeparata,
profunda et dilatata. Nutrimentum eius
ignis et ligna multa, flatus Domini sicut
torrens sulfuris succendens eam.'

**affligetur relictus in tabernaculo** | **suo.** F 31c
Post resurrectionem enim in corpore et
anima pu|nietur, corpus enim taberna- B 40d
culum dicitur Iob XV, (34): ,Ignis de-
vorabit tabernacula eorum, qui munera
libenter accipiunt.'

Et sub|dit, quod caelum revelabit, quod E 28c
occultum est, et hoc est: **Revelabunt** 27
**caeli**, hoc est caelestes sancti angeli,
**iniquitatem eius.** Dt XXXI, (28): ,Testes
| invocabo contra eos caelum et terram.' T 36c
Et hoc est, quod sequitur: **et terra**, hoc
est terreni, **consurget adversus eum.** Sap
V, (21): ,Pugnabit cum eo orbis terra-
rum adversus insensatos.'

Et subdit, qualiter sic aperietur, quod
seminavit in domo conscientiae, et hoc
est: Et tunc supple **Apertum erit germen** 28
**domus illius.** Gregorius[2]: ,Omne ma-
lum, quod in conscientia nascebatur, ad-
veniente iudice ostenditur.' Eccli VII,
(3): ,Fili, non semines mala in sulcis in-
iustitiae, et non | metes ea in septuplum.' M 56d
**detrahetur**, pondere sc. suae iniquitatis
**in die furoris Dei**, hoc est in die iudicii,
quando Deus ostendet furorem. II. Petr
II, (4): ,Rudentibus inferni detractos in
tartarum tradidit cruciandos.'

Post haec omnia subdit epilogando:
**Haec est pars hominis impii a Deo**, hoc 29
est, quam sortietur a Deo. Ps (CXLVIII,
8): ,Ignis, grando, nix, glacies, spiritus
procellarum pars calicis eorum.' Totum
enim pessimum est, cuius haec pars est,
et explanat subdens: **et**, id est, **haere-**

[a] amaritudine sua *E.* [b] ibidem *CC, cf. Ir 6, 23.*

[1] *Cf. Mt 8, 12.* [2] *Greg., Mor. 15, 32, 38; Migne 75, 1101.*

**ditas verborum eius**, Dei sc., quia haec praedixit[a] in scripturis, **a Domino**, iustum sc. iudicium iudicante. Eccli X, (13): ‚Cum enim morietur homo, haereditabit serpentes et bestias et vermes.‘

## CAPITULUM XXI.

1 **Respondens autem Iob dixit.**

SICUT obiectio aliorum trium tota formatur ex adiunctis impio secundum iustitiae debitum, ita responsio Iob tota formatur ex instantiis contra universalitatem dicti eorum. Credebant enim illi, quod sicut ex subiecto proposito infertur adiunctum illi subiecto, verbi gratia: Iste est fur, sequitur, ergo est errabundus de nocte; ita e contrario ex adiuncto infertur subiectum, iste est errabundus de nocte, ergo est fur; cum tamen haec consequentia non convertatur impediente fallacia consequentis, sicut in primo elenchorum dicit Aristoteles [1]; ita isti videntes, quod impius iustitia exigente puniendus est, et cum non sit iniquitas apud iudicem, arguebant, quod puniendus punitus est[b], et credebant converti consequentiam, quod, si punitus est, impius est; unde omnes obiectiones trium peccant secundum fallaciam consequentis; e contrario autem omnes rationes Iob ex instantiis formantur contra hanc generalem positionem, quod Deus in hac vita retribuit secundum merita bonis bona, et malis mala, quod plane dixit Eliphaz, et, si dissimulat malorum
M 57a prosperitatem et bonorum | adversitatem, quod haec in fine retributionis cum cumulo recompensat, quod plane dixit Baldach,
B 41a vel quod haec | alto consilio permittit, ut impius profundius cadat, et bonus ad feliciora restituatur, quod aperte dixit Sophar. Contra quod apertiores instantias ferens, quam hactenus fecit, respondet Iob, et ideo diligenter audiri deprecatur.

Et dividitur capitulum in duas partes: Primo enim respondet homini, secundo orationi ibi (XXI, 7): *Quare ergo impii vivunt.* Prior illarum habet tria: Quod oratio est attendenda, et altitudo eius formidanda, et quod est stupenda.

Et hoc est: **Respondens autem Iob**, et homini et orationi, **dixit**, hoc enim iustum
est, quod sapiens ad interrogata | respon- T 36a
deat et eos, qui ignorant, informet et arrogantias eorum compescat. Os V, (5): ‚Respondebit arrogantia Israel in faciem eius.‘ Eccli V, (14): ‚Si est tibi intellectus, responde proximo.‘

**Audite, quaeso, sermones meos.** Is LV, 2
(2): ‚Audite audientes me.‘ Prv I, (5): ‚Audiens sapiens sapientior erit.‘ **et agite poenitentiam**, errorem sc. vestrum re-
vocantes. | Iob ult. (XLII, 6): ‚Ipse me F 31a
reprehendo, et ago poenitentiam.‘ Et quia audire volentis est et quidam invite audiunt, ideo infert, quod saltem patienter
audiant. Et hoc est: **Sustinete me, ut** 3
**et**[c] **ego loquar.** Hebr ult. (XIII, 22): ‚Sufferatis verbum solatii‘[d]. Sap VIII, (12):
‚Tacentem me | sustinebunt, et loquentem E 28a
me respicient.‘ **et post mea, si videbitur**, supple bonum vobis, **verba ridete**, supple, si risu digna sunt. Is LIX, (6): ‚Opera eorum inutilia et risu digna‘ [2].

Et quod oratio formidanda sit, subdit:
**Numquid contra hominem**, hoc est de 4
factis humanis, **disputatio mea est**, quasi dicat non, immo de factis divinis. Iob
XIII, (3): ‚Disputare cum | Deo cupio.‘ M 57b
Ir XII, (1): ‚Iustus quidem Tu es, Domine, si disputem Tecum: verumtamen iusta loquar ad Te.‘ **ut merito non debeam contristari?** hoc est pavore concuti. Iob IX, (3): ‚Si voluero contendere cum eo, non respondebo ei unum pro mille.‘ Et ibidem (IX, 32): ‚Neque viro, qui similis mei est, respondebo, neque, qui mecum in iudicio, ex aequo possit audiri.‘

Et subdit, quod stupenda: **Attendite me**, 5
supple loquentem, **et obstupescite** in[e] admiratione iudiciorum Dei. Ir II, (12): ‚Obstupescite[e], caeli, super hoc.‘ **et superponite digitum ori vestro**, hoc est, os com-

[a] hoc promisit *FM.* [b] esset *FM.* [c] et *om. FM.* [d] salutis *FM.* [e] in . . . Obstupescite *om. E.*

[1] *Cf. Arist., De soph. elench. 5, 2 (I 279).* [2] *Cf. Ir 51, 18.*

primite, ne contradicatis. Sap VIII, (12): ,Sermocinante me plura, manus ori suo imponent.'

6 Et stuporis subdit rationem: **Et ego, quando recordatus fuero,** supple iudiciorum Domini, **pertimesco**, ad tantam sc. altitudinem. Gn XVIII, (27): ,Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis.' **et concutit carnem meam**, hoc est infirmitatem meam, **tremor.** Iob IX, (14): ,Quantus sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo?' Hab III, (2): ,Domine, audivi auditum Tuum et timui.'

7 **Quare ergo.**

Hic respondet orationi, et dividitur in
B 41b partes duas. Primo enim ponit instantiam, sed quia crederet aliquis, quod vellet emendare iudicia Dei, ideo in secunda parte excusat hoc ibi (XXI, 22): *Numquid Deum docebit quispiam.*

Prima harum in duas dividitur: In quarum[a] prima ostendit prosperitatem impiorum; sed quia posset dici, quod non essent perfecte impii et obstinati, ideo in secunda parte ostendit hoc ibi (XXI, 14): *Qui dixerunt Deo: recede a nobis.*

In prima ostendit, qualiter prosperantur in se, in heredibus, in bonis et in mundi gaudiis.

Et hoc est: **Quare ergo**, supple, si verum dicitis, quod Deus in hac vita reddit bonis bona et malis mala, unde con-
M 57c iunctio ergo obviative | legenda est; **impii vivunt**, supple, cum morte digni sint. Rom I, (32): ,Quia talia agunt, digni sunt morte, non solum, qui faciunt ea, sed etiam, qui consentiunt facientibus.' **sublimati**, dignitatibus supple. Eccle III,
T 37a (16): ,Vidi sub caelo in loco | iudicii impietatem, et in loco iustitiae iniquitatem.' Eccle X, (6): ,Positum stultum in dignitate sublimi, et divitem sedere deorsum.'

Sed quia dignitas corroboratur[b] divitiis, subdit: **confortatique divitiis?** Iob XLI, (24): ,Non est potestas super terram, quae possit ei comparari.' Iac II, (6): ,Divites per potentiam opprimunt vos.' Et hoc explanat per partes subdens: **Semen eorum**, iniquorum sc. filii, 8
**permanet**, in prosperitate sc., **coram eis**, ut sc. laetentur in filiis, cum sc. secundum merita deberent exterminari. Sap IV, (6): ,Ex iniquis omnes filii, qui nascentur, testes sunt nequitiae in parentes eorum.' Sap III, (16): ,Filii adulterorum in consummatione erunt, et ab iniquo toro semen exterminabitur.' **propinquorum**[c] **turba**, descendentium sc. a semine, **et nepotum in conspectu eorum**, supple permanet in prosperitate, cum tamen secundum ordinem iustitiae scriptum sit Sap IV, (3): ,Multigena impiorum multitudo non erit utilis, et adulterinae plantationes non dabunt radices altas.'

Et quod prosperentur in | facultatibus, F 32a
subdit: **Domus eorum**, hae sunt[d] facul- 9
tates ad domum pertinentes, **securae sunt**, nullo sc. eos impugnante. Iud XVIII, (10): ,Intrabimus ad securos, in regionem latissimam.' Ps (LXXII, 3): ,Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns.' **et pacatae.** Mt XII[e]: ,Dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quae possidet.' **et non est virga Dei**, hoc est disciplina, **super eos.** Ps LXXII, (5): ,In labore hominum nos sunt, et cum hominibus non flagellabuntur.'

**Bos eorum concepit**, | hoc est multitudo 10
boum, et conceptus notat, quod malum M 57d
sterilitatis ablatum erat ab eis. Sed quia boves concipientes aliquando faciunt | ab- E 29a
ortum, hoc auferens subdit: **et non abortivit.** Item quia partus aliquando non proficit ex defectu[f] | nutrimenti, ideo ad- B 41c
dit: **vacca peperit et**, supple ex defectu nutrimenti, **non est privata fetu suo.** Os IX, (11): ,Gloria eorum a[g] partu et ab utero et a conceptu.'

Et qualiter prosperantur in gaudiis mundi, subdit: **Egrediuntur quasi greges**, 11
supple multiplicati, **parvuli eorum.** Ex I, (7): ,Quasi germinantes multiplicati sunt; ac roborati nimis impleverunt terram.' **et infantes eorum.** Infantes

[a] quarum *om. FM.* [b] roboratur *EFM.* [c] **propter iniquorum** *FM.*
[d] hoc est *EFM.* [e] Matth XII *CC. Cf. Lc 11, 21.* [f] propter defectum *EFM.*
[g] cum *FM.*

vocat filios familias, qui vocem liberam ad loquendum adhuc non habebant, **exsultant lusibus**, tripudiis sc. et choreis. Ir XXXI, (4): ‚Adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium.‘

12 Et modos ludi subdit: **Tenent tympanum**, quod ictibus sonat, **et citharam**, quae sonat motu fidium sive chordarum, **et gaudent ad sonitum organi**, in fistulis sc. et vocibus, per quae omne genus musicorum intelligitur. Ex XV, (20): ‚Egressae sunt omnes mulieres post Mariam cum tympanis et choris.‘ I. Rg XVIII, (6 7): ‚Egressae sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes chorosque ducentes in occursum Saulis regis, in tympanis laetitiae et in sistris; et mulieres praecinebant ludentes.‘

13 **Ducunt in bonis dies suos**, hoc est, huic
T 37b vitae concessos in deliciis expendunt. | Sap II, (6 7): ‚Fruamur bonis, quae sunt, et utamur creatura, tamquam in iuventute celeriter. Vino pretioso et unguentis nos impleamus.‘

Et quia posset aliquis dicere, quod mortem sustinebunt, ideo addit: **et in puncto**, hoc est in fine, quasi in indivisibili temporis, **ad inferna descendunt** per mortem, quasi dicat, hoc modicum, quod
M 58a debitum naturae | solvunt, prosperitatem totius vitae non diminuit. Lc XVI, (25): ‚Fili, recepisti bona in vita tua.‘

Quod autem impii sunt, qui sic prosperantur, ostendit, et dicit duo, sc. quod impii et quod obstinati ibi (XXI, 17): *Quotiens lucerna.* In prima parte adhuc duo dicit, unum sc. per se, et alterum per accidens ibi (XXI, 16): *Verumtamen.* Quod autem sint impii, per duo probat, sc. quod Deum nesciunt, et quod Deum contemnunt.

14 Et hoc est: **Qui**, hoc est quia illi, **dixerunt Deo**, et si non verbis, tamen moribus: **Recede a nobis.** Is XXX, (11): ‚Cesset a facie nostra sanctus Israel.‘ Glossa[a] [1] inducit illud Psalmi (XIII, 1): ‚Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus‘[a]. Quomodo autem haec dixerint, subdit: **scientiam viarum Tuarum**, hoc est mandatorum Tuorum, **nolumus.** Is LIX, (13): ‚Aversi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri.‘ Sap V, (6): ‚Erravimus a via veritatis et iustitiae; lumen non luxit nobis.‘

Et subdit de contemptu: **Quis est Omni-** 15
**potens**, cum contemptu legendum est, quasi dicat: Contemnimus eum; **ut ei serviamus?** Simile dixit Pharao, Ex V, (2): ‚Nescio Dominum, et Israel non dimittam.‘ **et quid nobis prodest**, hoc est,
nihil mercedis | speravimus, **si oraverimus** B 41a
**illum?** corde, ore et opere sc. Mal III, (14): ‚Dixistis: Vanus est, qui servit Deo, et quod emolumentum est, quia custodivimus praecepta eius, et quia ambulavimus tristes coram Domino exercituum?‘ Sap II, (22): ‚Ignoraverunt sacramenta Dei, nec speraverunt mercedem iustitiae, nec iudicaverunt honorem animarum sanctarum.‘

Per accidens autem subdit, quod non consentit in sententiam eorum, ne et ipse
impius iudicetur. Et | hoc est: **Verum-** 16
**tamen**, quamvis ista dicant impii, **quia** F 32b
**non sunt in manu eorum**, hoc est in potestate eorum, **bona sua**, sc. in quibus prosperantur, sed potius in potestate Dei. Lc XII, (20): ‚Stulte, hac nocte repetunt animam tuam, et quae praeparasti cuius erunt?‘ Eccle VI, (2): ‚Vir, cui
dedit Deus divitias et substantiam | et M 58b
honorem, et nihil deest animae suae ex omnibus, quae desiderat; nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.‘ **consilium impiorum**, quo sc. contemptis aeternis elegerunt adhaerere praesentibus, **longe sit a me.** Gn XLIX, (6): ‚In consilium eorum non veniat anima mea.‘ Ps (CXI, 10): ‚Consilium impiorum peribit.‘

Et subdit, quod sunt obstinati, qui nec poenis corriguntur, nec amore posteritatis, nec longioris vitae desiderio, et hoc
est: **Quotiens lucerna impiorum exstingue-** 17

[a] Glossa . . . Deus *om. EFM.*

[1] *Glossa ad Iob 21, 15; Migne 113, 815.*

tur. Lucerna dicitur omne, quod propter delectationem[a] visus | illuminat oculos. Unde II. Rg XIV, (7) mulier dixit de filio, quem dilexit: ‚Quaerunt exstinguere scintillam meam, quae relicta est.‘ Unde Iob, quando | in prosperitate fuit, dixit, Iob XXIX, (3): ‚Quando splendebat lucerna eius super caput meum, et ad lumen eius ambulabam in tenebris?‘ Haec lucerna exstinguitur, quando ab impio prosperitas tollitur, et timor illius exstinctionis non retrahit a malitia. Hoc significatum est I. Rg III, (3), ubi Heli non vidit ‚lucernam Dei, antequam exstingueretur.‘

**et**, supple quotiens, **superveniet eis**, impiis sc., **inundatio**, sc. afflictionum propter iniquitatem, et haec supple consideratio, etiam non retrahit. Thr III, (54): ‚Inundaverunt aquae super caput meum; dixi: Perii.‘

**et**, supple quotiens, **dolores dividet**, hoc est, diversos habebit, **furoris sui?** hoc est furoris Dei, et supple hoc etiam non retrahit, quin obstinate adhaereat iniquitati. Ir V, (3): ‚Percussisti eos, et non doluerunt; attrivisti, et renuerunt accipere disciplinam.‘

18 Et hoc exaggerat subdens: **Erunt sicut paleae**, trituratae sc. et comminutae, **ante faciem venti**, hoc[b] est flatus iudicii divini. Ps (LXXXII, 14): ‚Pone illos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti‘[b]. **et sicut favilla**, iam sc. igne concupiscentiae | combusta, **quam turbo**, dominicae sc. indignationis **dispergit**. Is I, (31): ‚Erit fortitudo vestra ut favilla stuppae, et opus vestrum quasi scintilla: et succendetur utrumque simul, et non erit, qui exstinguat.‘ Et intendit, quod omnia | haec considerans impius ita obstinatus est, quod a malitia non recedit.

Quae autem sit causa huius ex parte
19 permissionis divinae, subdit: **Deus servavit filiis illius**, non successione naturae tantum, sed imitatione malitiae, **dolorem patris**, in culpa sc. et poena. Ex XX, (5): ‚Ego sum Deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem.‘ **et cum reddiderit**, supple Deus, dolorem, **tunc sciet**. Glossa[1]: ‚Culpa oculos claudit, poena aperit.‘ Exemplum est de Antiocho II. Mach IX, (12), qui afflictione in sensum veniens ita ait: ‚Iustum est, subditum esse Deo, et hominem mortalem non paria Deo
sentire.‘ Et tunc supple **Videbunt oculi** 20
**eius**, impii sc. cordis potius quam corporis, **interfectionem suam**, hoc est causam interfectionis. Sap V, (3): ‚Dicent intra se prae angustia spiritus gementes.‘ Et post pauca (Sap V, 6): ‚Ergo erravimus a via veritatis.‘ **et**, supple tunc, **de furore Omnipotentis bibet**, impius sc. Ir XXV, (27): ‚Bibite et inebriamini, et vomite et cadite et nolite consurgere.‘ Ps LXXIV, (9): ‚Faex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terrae.‘

Et subdit, quod amore posteritatis non retrahitur, quamvis sciat, quod propter peccatum suum posteritas dissipabitur.
Et hoc est: **Quid enim ad eum pertinet**, 21
respectu sc. delectationis peccati, **de domo sua post se?** supple delenda propter suam iniquitatem, dummodo enim possit inique facere, non curat de subversione domus. Is XIV, (21 20 21): ‚Non consurget in aeternum | semen pessimorum. Praeparate filios eius occisioni.‘

Et subdit, quod nec amor | longioris vitae retrahit eum ab iniquitate. | Et hoc est: **et si numerus mensium eius dimidietur?** Scit enim scriptum in Ps (LIV, 24): ‚Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.‘ Tanta est enim libido peccati, quod propter nihil damnorum vel periculorum peccare dimittit. Ps (XXXV, 2): ‚Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso: Non est timor Dei ante oculos eius.‘

**Numquid Deum.** 22

Hic ex praemissis concludit propositum, et habet tres partes, sc. propositi conclusionem, contra adversarium invectio-

[a] oculorum vel *add.* EFI. [b] hoc . . . venti *om.* E.

[1] *Greg., Mor.* 15, 41, 58; *Migne* 75, 1111.

nem ibi (Iob XXI, 27): *Certe novi*[a]; et falsitatis reprehensionem ibi (XXI, 34): *Quomodo ergo consolamini.*

In primo tria sunt, sc. quod apud Deum non sit iniquitatis confessio: instantiae, quam dedit de ipso impio, expositio; dissimilium in vita similis mortis, et exitus acceptio.

Et hoc est: **Numquid Deum**, qui sc. omnia scit et omnia gubernat, **docebit quispiam**, hoc est, docere poterit, **scientiam** dispositionis vel inferiorum. Is XL, (13 14): ‚Quis adiuvit[b] spiritum Domini? et consiliarius eius fuit, et ostendit illi? E 29c Cum quo | iniit consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam iustitiae, et erudivit eum scientiam, et viam prudentiae ostendit illi?‘

Et subdit rationem, quare doceri non potest, **qui**, hoc est, quia ille **excelsos iudicat?** hoc est angelos et caelestes substantias, per quae inferiora gubernantur et disponuntur. Propter quod etiam Sap B 42b | XIII, (2) stellae dicuntur ‚rectores orbis terrarum‘. Eccli XVII, (14): ‚In unamquamque gentem proposuit rectores.‘ Et intelligitur hoc de angelis. Si ergo regit regentes, etiam in inferioribus totum regimen sibi deputatur. Ps (XLIV, 7): ‚Virga directionis virga regni Tui.‘ Omnium enim quatuor disputantium confessio fuit, quod apud regentem Deum nulla esset iniquitas, ut in ante habitis iam dictum est.

Et explanat instantiam, ut evidentior 23 appareat. **Iste**, | sc. impius obstinatus, M 59a **moritur robustus**, viribus sc. et domo, **et sanus** corpore, nulla afflictus per totam vitam infirmitate, **dives** facultatibus **et felix** potentatu et gloria.

24 Et explanat hoc per singula: **Viscera eius**, hoc est, intima eius, ut filii eius et posteri, **plena sunt adipe**, hoc est pingui[c] fortuna. Iob[d] XV, (27): ‚Operuit faciem crassitudo, et de lateribus eius arvina dependet.‘ **et medullis dulcibus**[e], pinguibus et mollibus **ossa illius**, hoc est, amici, quibus confortatur, **irrigantur** ad continuum nutrimentum. Ir XLVIII, (11): ‚Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, requievit in faecibus suis, nec transfusus est de vase in vas, et in transmigrationem non abiit; idcirco permansit gustus eius in eo, et odor eius non est immutatus,‘ ac si dicat: Nihil unquam infortunii in tota vita sua passus est. Exemplum de divite epulone Lc XVI, (19). **Alius** 25 **vero** dissimilis fortunae **moritur in amaritudine animae suae**, quam sc. per totam vitam sustinet nihil habens prosperitatis, **absque ullis opibus**, quae vel opem vel opes ferant, ut illud Thr III, (15) verificetur de eo: ‚Replevit me amaritudine, inebriavit me absinthio.‘ Exemplo de Lazaro[1] paupere et bono. Ps (LXXXVII, 16): ‚Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea.‘ Unde | Abraham de utro- T 38a que dixit[2]: ‚Fili, recepisti bona in vita tua, et Lazarus sc. mala,‘ et neuter recepit pro meritis in vita, quod etiam multi mirantur, quod tractat Salomon Eccle V, (5) et praecipit: ‚Ne dicas coram angelo: Non est providentia.‘ Et post pauca (Eccle V, 7): ‚Non videris calumnias egenorum, et violenta iudicia, et subverti iustitiam in provincia, non mireris super hoc negotio.‘

**attamen**, quamvis dissimiles fuerint in 26 vita supple, **in pulvere**, | in quem sc. M 59b convertentur, **simul dormient**, hoc est, similem exitum accipient, ita sc. quod nec malo retribuitur malum, nec bono bonum in hac vita, quod etiam afflixit Salomonem. Eccle II, (15): ‚Dixi in corde meo: Si unus et stulti et meus occasus erit, quid mihi prodest, quod maiorem sapientiae dedi operam?‘ **et vermes operient eos**, putredine sc. Is XIV, (11): ‚Subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes.‘

Ex dictis | autem invehitur contra ad- F 32d ver|sarios veritatis, et hoc est: **Certe novi** 27 B 42c

[a] *vocavi FM.* [b] audivit *EFM.* [c] bona *EFM.* [d] supra *EFM.*
[e] sc. *add. EFM.*

[1] *Lc 16, 20 21.* [2] *Lc 16, 25.*

**cogitationes vestras**, hoc est cogitationes
sive inductorias[a] ratiocinationes. Ps (XCIII,
11): ‚Dominus scit cogitationes hominum,
quoniam vanae sunt.‘ **et sententias**, hoc
est conclusiones, supple **contra me** in-
ductas, **iniquas**, supple esse falsas. Iob[b]
XVI, (9): ‚Suscitatur falsiloquus adversus
faciem meam contradicens mihi.‘

28 In quo autem falsi sint, subdit: **Dicitis
enim** obiciendo mihi: **Ubi est domus prin-
cipis?** tyranni sc. et oppressoris, ac si
dicat: Non permittit Deus eos regnare,
sed delet domus eorum; hoc enim dixit
Eliphaz supra IV, (7—9): ‚Recordare,
obsecro, quis umquam innocens periit?
aut quando recti deleti sunt? Quin po-
tius vidi eos, qui seminant dolores, et
metuunt eos flante Deo periisse et spi-
E 29d ritu | irae eius esse consumptos.‘
**et**, supple dicitis: **ubi**, sunt sc., **taber-
nacula impiorum?** quae deleta esse di-
citis iudicio Dei; hoc supra dixit Eliphaz
(XV, 34): ‚Ignis devorabit tabernacula
eorum, qui munera libenter accipiunt.‘
Sententia ergo vestra et iniqua et falsa
esse probata est.

29 Et hoc confirmat subdens: **Interrogate
quemlibet de viatoribus**, qui multa trans-
eunt et multa vident in diversis locis.
Hebr XI, (13): ‚Confitentes, quoniam
M 59c peregrini et hospites | sunt super terram.‘
**et haec eadem**, supple quae ego dico de
impio et bono, **illum intelligere cognosce-
tis.** Liquet enim ad sensum, quod Deus
in hac vita non retribuit pro meritis. Ir
XXXI, (34): ‚Omnes scient Me a maiore
eorum usque ad minorem eorum.‘

Et subiungit causam, quare impius
30 prosperatur: **Quia in diem perditionis**, ex-
tremum sc. quando in anima et corpore
perdetur, **servatur**, in prosperitate supple,
**malus** et obstinatus, **et**, sic supple pros-
peritate fortunae deceptus, **ad diem fu-
roris ducetur**, quando ferventem[c] iram
Dei sustinebit. II. Mach VI, (14): ‚In
aliis nationibus Dominus patienter ex-
spectat, ut eas, cum dies iudicii advene-
rit, in plenitudine peccatorum puniat.‘ Ps
(LXXIV, 3): ‚Cum accepero tempus, ego
iustitias iudicabo.‘ Dt XXXII, (41): ‚Si
acuero ut fulgur gladium Meum, et ar-
ripuerit iudicium manus Mea: reddam ul-
tionem hostibus Meis.‘

| Quod autem propter hoc non fit in- T 38b
iquitas apud Deum, subdit: **Quis arguet**, 31
hoc est, arguere potest, **coram eo vias
eius?** Hoc est vias Dei, quae sunt sem-
per coram eo, hoc[d] est in lumine prae-
sentiae suae. Iob XL, (3): ‚Numquid
irritum facies iudicium Meum, et contem-
nabis Me, ut tu iustificeris?‘ **et quae
fecit**, supple Deus, servando impium in
prosperitate et iustum in adversis tribu-
lando, **quis reddet illi?** Iob IX, (12):
‚Quis dicere potest: Cur ita facis?‘ Sap
XII, (12): ‚Quis enim dicet Tibi: Quid
fecisti? aut quis stabit contra iudicium | B 42d
Tuum?‘

Et redit ad impium: **Ipse**, sc. impius 32
prosperitate illectus, **ad sepulchra ducetur**
in anima sepultus in inferno, ut dives
epulo Lc XVI, (22), et in corpore in
terra. Ps (XLVIII, 12): ‚Sepulchra eo-
rum domus illorum in aeternum.‘ **et** dam-
natus ad poenas **in congerie mortuorum**,
hoc est, ubi congesti | sunt in inferno M 59d
mali mortui, **vigilabit.** Vigilare dici-
tur, qui sensum actu habet ad imitatio-
nem; unde cum poenam actu sentiant,
vigilare dicuntur damnati. Ez XXXII,
(23): ‚Data sunt sepulchra in novissimis
laci, et facta est multitudo eius per gy-
rum sepulchri eius.‘

Qualiter autem ductus sit ad tale se-
pulchrum, subdit: **Dulcis fuit glareis Co-** 33
**cyti.** Cocytus, ut dicunt philosophi[1],
fluvius infernalis est, qui latine luctus
interpretatur, et significat concupiscentiam,
quae ad luctum trahit. Glarea autem
ex lapillis est, quos impetus fluvii trahit,

[a] inductas *TEFM.* [b] Supra *EFM.* [c] quia furentem *FM.* [d] id *EFM.*

[1] *Cf. Virg., Aen. 6, 297. Cic., De nat. Deor. 3, 17, 43 (Lips. 1869 IV, 2, 107) et Tusc. 1, 5, 10 (Lips. 1866 IV, 1, 246). S. Thomas, In Iob 21 (ed. Venet. 1745 I 103).*

et significat eos, qui concupiscentia trahuntur ad[a] interitum. Dn VII, (10): ‚Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius,' iudicis sc.

Quantae autem efficaciae sit fluvius, subdit: **et**, supple Cocytus, **post se omnem hominem trahet**, humum sc. sapientem. Ille enim undis concupiscentiae non resistit. Idc V, (21): ‚Torrens Cison[1] traxit cadavera eorum.' Cison viris vomens dolorem interpretatur et fluvium infernalem significat, qui trahit cadavera eo-
F 33a rum, qui in concupiscentiis vivunt. | **et**, supple idem fluvius, **ante se**, supple impellit violenter, **innumerabiles**; multi enim sunt, qui violentia concupiscentiae etiam resistentes deiciuntur, quos Aristoteles[1] in VII. Ethic. incontinentes vocat, qui quidem sanam habent rationem, sed vi passionis vincuntur. Idc V, (21) postquam dixit: ‚Torrens Cison traxit cadavera eorum', addidit: ‚Torrens Cadumin.' C a d u m i n autem mare antiquorum interpretatur, hoc est, mare concupiscentiae omnes operit et etiam antiquam habentes rationem et canam violenter impellit.

Ex his omnibus ergo confirmat pro-
34 positum: **Quomodo ergo**, coniunctio haec
M 60a invectionem notat, | **consolamini me frustra**, dicentes sc., quod patienter agam, quia
E 30a poena sit purgatio peccati. Iob XVI, (2): | ‚Consolatores onerosi omnes vos estis.' **cum responsa vestra**, quibus me sc. impugnatis, **repugnare ostensa sint veritati?** II. ad Tim II, (24 25): ‚Servum Domini non oportet litigare; sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.' Hieronymus in pro-
T 38c oemio | galeato[2]: ‚Sancta quippe rusticitas solummodo sibi prodest; et quantum aedificat ecclesiam Dei ex vitae merito, tantum nocet, si destruentibus non resistat.'[b]

## CAPITULUM XXII.

**Respondens autem Eliphaz Themanites** 1
**dixit.**

HAEC responsio in duas partes dividitur. | In prima redarguit beatum B 43a
Iob; in secunda revocat ad poenitentiam ibi (XXII, 21): *Acquiesce ergo ei.*

Prima dividitur in duas: Redarguit enim primo in particulari, secundo in universali ibi (XXII, 6): *Abstulisti enim pignus.*

In prima tria sunt, sc. quod Deo homo non est comparabilis, quod factum hominis nihil Deo conferre potest, eo quod bonum hominis non est addibile divinae perfectioni, et quod Deus in homine non potest punire nisi peccata.

Et hoc est: **Respondens autem Eliphaz**, qui propter canitiem mentis sola vetustas interpretatur, **Themanites**, qui fuit tritus in studiis litterarum. Sap IV, (8): ‚Cani sunt sensus hominis.' Bar | III, (23): ‚Filii M 62a
Agar, qui exquirunt sapientiam, quae de terra est, negotiatores terrae et Theman et confabulatores et | exquisitores pru- F 34b
dentiae et intelligentiae.' **dixit**, ut sc. corrector falsitatis. Aristoteles[3] in primo Elenchorum: Opus sapientis duplex est: Non mentiri quidem eum, de quibus novit, et mentientem manifestare posse.

Et ideo iste primo manifestans mentientem, ut sibi videtur, subdit: **Numquid** 2
**Deo comparari potest homo**, hoc idem dixerat supra IV, (17) et dixit, sibi esse revelatum: ‚Numquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?' Et hoc est, quod subdit: **etiam cum perfectae fuerit scientiae?** perfectione sc. scientis, non perfectione scibilis. In divinis nemo est perfectae scientiae nisi Deus. I. ad Cor XIII, (9): ‚Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus.' Perfectio autem scientiae est, quod ad modum humanum perfecte

[a] mortem et *add. EFM.*
[b] *hic add. FM, quae notavi col. 131 annot. a — 142 annot. b.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 7, 7, 1 (II 83).* [2] *Hier., Ep. ad Paulinum 53, 3; Migne 22, 542.*
[3] *Arist., De Soph. Elench. 1, 6 (I 277). Cf. Alb., De Elench. 1, 1, 3 (II 530).*

homo sapit. Io XVI[a]: ,Non est discipulus super magistrum.' Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Et intendit, quod Deus tam perfectae scientiae est in istis inferioribus, quod hominem melius videt et discutit et despicit in cogitatu et verbo et actu, quam homo se ipsum videre possit. Eccli XXIII, (28): ,Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum.' Hebr IV, (12 13): ,Discretor cogitationum et intentionum cordis. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius.'

Et subdit probans, quod Deus in eo non punit nisi peccata; si enim aliud puniret, propter aliquem profectum faceret et non intuitu iustitiae. Et hoc removet
3 dicens: **Quid prodest Deo, si iustus fueris?**
M 63a quasi dicat, nihil, sed tibi ipsi prodest. |
Ps (XV, 2): ,Bonorum meorum non eges.' Gregorius[1]: Dum se fruitur, nullius boni indiget. **aut quid ei confers**, adiciendo sc. ad bonum eius, **si immaculata fuerit vita tua?** Non enim conferimus ei, sed ipse confert nobis, ut boni simus. I. Par ult. (XXIX, 11 14): ,Cuncta, quae in caelo et in terra sunt, Tua sunt: omnia et de manu accepimus et dedimus Tibi.' Ps (CXVIII, 1): ,Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.'

Et excludit falsam responsionem, quae
T 38a posset fieri. Posset | enim dici, quod Deus
Iob percussisset, ut eum impediret, ne
4 parificaretur sibi. Et hoc est: **Numquid**
**timens arguet te**, quasi dicat: non. In nullo enim te timet, quia in nullo impediri potest a bonitate sua. Est XIII,
B 43b (9): | ,In ditione Tua[b] cuncta sunt posita,
et non est, qui possit resistere Tuae voluntati.' Rom IX, (19): ,Voluntati eius, quis resistit?'

Et de causa punitionis suae subdit: **et**, supple numquid, **veniet tecum in iudicium?** ut iudicetur, supple tecum, utrum iuste vel iniuste tecum agat, quasi dicat: non. Ps (L, 6): ,Vincas, cum iudicaris.' Iob IX, (20): ,Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem
me ostendero, pravum me | comprobabit.' E 30b
**Et non**, hoc est nonne, **propter malitiam** 5
**tuam plurimam**, supple arguet te, et dicitur malitia peccatum, quod non ex infirmitate vel ignorantia, sed sola malitia perpetratur, et dicitur plurima, quia in consuetudine multiplicata. Ir II, (19): ,Arguet te malitia tua, et aversio tua increpabit te.' **et infinitas iniquitates tuas?** quas sc. commisisti in opere. Iniquitas enim infinita est, quia nec finis est nec ad finem. II. Par ult.[2]: Super arenam maris multiplicatae sunt iniquitates
| meae. Ps[c] (XXXVII, 5): ,Quoniam in- M 63b
iquitates meae supergressae sunt caput meum'[c].

**Abstulisti enim.** 6

Hic redarguit in speciali et dicit duo: Primo enim ponit peccatum cum poena, secundo ponit rationes invectivas in contrarium ibi (XXII, 12): *An cogitas.* Adhuc in prima duo sunt, peccati improperatio et poenae interminatio ibi (XXII, 10): *Propterea circumdatus es.* Tria pec-
cata improperat in prima: avaritiae, vio|- F 34c
lentiae, et inimicitiae. Avaritiae dupliciter, in rapiendo et retinendo.

Et hoc est: **Abstulisti enim pignus fratrum tuorum**, supple in aliquo illis necessario, sc. in veste vel supellectili, **sine causa**, iustitiae supple, sicut faciunt tyranni exactiones super pauperes ponentes et pignora capientes. Ex XXII, (26 27): ,Si pignus a proximo tuo acceperis, vestimentum ante solis occasum reddes ei. Ipsum est enim solum, quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat.' Am II, (8) improperando dicit filiis Israel: ,Super vestimentis pignoratis accubuerunt'[d]. Et hoc exaggerat subdens: **et nudos**, id est nudulos,

[a] *sic CC. Cf. Lc 6, 40; Io 15, 20. om. FM.* [b] Domine *add. FM.*
[c] Ps . . . meum *om. E.* [d] occupaverunt *FM.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 16, 2, 2; Migne 75, 1121.*
[2] *Non inveni. Cf. 1 Esdr 9, 6. Ps 138, 18. 2 Par 36, 14.*

parum sc. vestitos, **spoliasti vestibus.** Iob
XXIV, (7): ‚Nudos dimittunt homines in-
dumenta tollentes.‘
Et subdit de avaritia in retinendo:
7 **Aquam,** hoc est poculentum, **lasso**[a], hoc est
sitibundo, **non dedisti.** Mt XXV, (42):
‚Sitivi, et non dedistis Mihi bibere.‘ Lassus
plus sitit quam alius. Is XXI, (14): ‚Oc-
currentes sitienti ferte aquam.‘ **et esurienti
subtraxisti panem,** hoc est esculentum.
Mt XXV, (42): ‚Esurivi, et non dedistis
Mihi manducare.‘ Is[b] XXI, (14): ‚Cum
M 63c panibus occurrite fugienti.‘ I. Io III, | (17):
‚Qui habuerit substantiam huius mundi,
B 43c et viderit | fratrem suum necessitatem
patientem, et clauserit viscera sua ab eo:
T 39a | quomodo est caritas Patris in eo?‘
8 Et subdit de violentia: **In fortitudine
brachii tui,** hoc est in oppressione vio-
lentiae, **possidebas terram,** hoc est ter-
minos aliorum violenter subiecisti. Idt
I, (7): ‚Misit ad omnes, qui habitant in
Cilicia et Damasco et Libano‘, ut sub-
icerent se sibi, et subiecit in potentia
Holofernis. Et Iudith (III, 4 6) oppressi
dixerunt ei: ‚Sint omnia nostra sub lege
tua. Nos et filii nostri servi tui sumus.
Veni nobis pacificus dominus, et laeti ser-
viemus tibi.‘ **et potentissimus obtinebas
eam,** hoc est violentia potentiae tuae et
non aliquo iure. Am VI, (14): ‚In forti-
tudine nostra assumpsimus nobis cornua.‘
Idt I, (4): ‚Gloriabatur quasi potens in
potentia sua.‘
9 Et subdit de vitio inimicitiae: **Viduas
dimisisti vacuas,** spoliando sc. et non iudi-
cando eis. Is I, (23): ‚Pupillo non iudicant,
et causa viduae non egreditur ad eos.‘ **et
lacertos pupillorum,** hoc est vires pupillo-
rum, **comminuisti.** Vidua dicitur viro
ydua[c], hoc est divisa; pupillus, qui non
habet patrem defensorem. Et per illos
intelligitur omne genus miserabilium per-
sonarum, quae misericordiam coram eo
non invenerunt. Ps (XCIII, 6): ‚Viduam et
advenam interfecerunt et pupillos occide-
runt.‘ Thr ult. (V, 3): ‚Pupilli facti
sumus absque patre, matres nostrae quasi
viduae.‘
His culpis interminat poenam: **Propterea** 10
**circumdatus es laqueis,** hoc est tribulatio-
nibus, ut laqueis te tenentibus. Ps (IX, 16):
‚In laqueo isto, quem absconderunt, com-
prehensus est pes eorum.‘
Et improperat, quod | in talibus peccatis M 63d
sperabat impunitatem. Et hoc est: **et
conturbat te formido subita,** hoc est non
sperata, sc. quam meruisti. Dionysius
ad Gaium Monachum[1]: ‚Subito fit, quod
fit praeter spem.‘ Is XXX, (13 14): ‚Sub-
ito, dum non speratur, veniet contritio
eius et conteretur.‘ **Et putabas** in talibus 11
peccatis exsistens **te tenebras non visurum,**
id est tenebras tribulationis non exspecta-
turum[d], | quod fuit praesumptio. Sap V, E 30c
(15): ‚Spes impii quasi lanugo, quae a
vento tollitur.‘ Ps (CXLII, 3): ‚Collocavit
me in obscuris sicut mortuos saeculi.‘ Et
hoc explanat subdens: **et impetu aquarum
inundantium,** hoc est fluctuantium tribu-
lationum, **non oppressum iri?** hoc est non
oppressurum esse, impetu sc., poteras enim
scire, quod talis impetus te esset oppres-
surus. Thr III, (54): ‚Inundaverunt aquae
super caput meum; dixi: Perii.‘ Ion II,
(4): ‚Omnes gurgites Tui et fluctus Tui
super me transierunt.‘
Et ponit rationes invectivas in con-
trarium duas, et hoc est: **An cogitas,** 12
**quod Deus excelsior caelo sit,** et supple
ita elongatus a nostris actibus[e], | sc. quod F 34d
Deus[f] non videat. Hoc explanat sub-
dens: **et super stellarum verticem,** hoc
est polos, super quos volvuntur[g] stellae,
**sublimetur?** et ita regat caelestia, quod | B 43d
oculo considerationis non feratur ad nostra.
**Et dicis,** propter hoc supple: **Quid enim** 13
**novit Deus?** sc. de nostris actibus. Idem
Ez VIII, (12): ‚Dicunt enim: Non videt
Dominus nos, dereliquit Dominus terram.‘

[a] lapso *FM.* [b] Ps *FM.* [c] idua *Macrob., Saturn. 1, 15, 17 (Lips. 1868 p. 78).*
[d] experiturum *FM,* experturum *E.* [e] actionibus *F.* [f] nos *FM.*
[g] vertuntur *FM.*

[1] *Dion., Ad Gai. 3:* ἐξαίφνης repente *(Migne 3, 1069). Cf. Alb., Sent. 3, 15, 9 (XXVIII 284)* subito.

Iob XI, (8): ‚Excelsior caelo est, et unde cognosces?‘ Et hoc explanat subdens: **et quasi per caliginem iudicat**, supple de nostris. Per caliginem iudicare est ad voluntaria et casualia et fortuita non
T 39b M 64a immediata consideratione se habere, || sed ea, quae frequenter fiunt per necessaria utrumque perpendere, et per necessaria, et frequentia aliquid de voluntariis et casualibus utcumque iudicare. Eccli XXIII, (25 26): ‚Quis me videt? Tenebrae circumdant me, et parietes cooperiunt me, et nemo circumspexit me: quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus.‘

14 Et hoc est, quod subdit: **Nubes latibulum eius**, hoc est, providentia eius non extenditur, nisi usque ad nubes exclusive. Ps (XVII, 12): ‚Posuit tenebras latibulum suum.‘ Et hoc est quod sequitur: **nec nostra considerat**, sc. facta et dicta et cogitata, et ad litteram hoc fuit quorundam philosophorum[1] opinio sive error, quod providentia Dei ultra motum caelorum non extenderetur, et ad inferiora non veniret nisi per aliud et per accidens; per aliud, per partes sc. periodi; per accidens, quia per impressiones accidentales inferioribus. Et videntur in hunc errorem consentire et Alexander[2] et Averrois[3] et quidam alii Peripateticorum.

Et hoc est, quod subdit: **et circa cardinales caeli**, in quibus sc. moventur caelestia, **perambulat**, providendo sc. et ordinando, quae uno modo se habent. Ps (CXIII, 16): ‚Caelum caeli Domino: terram autem dedit filiis hominum.‘

Et inducit secundam invectivam ratio-
15 nem: **Numquid semitam saeculorum**, latam sc., quae ducit ad mortem. Mt VII, (13): ‚Lata est via, quae ducit ad mortem, et multi sunt, qui ambulant per eam.‘ **custodire cupis**, ut sc. sequaris phantasias errorum et concupiscentias sensuum, quasi dicat: Non debes. Ir II, (5 6): ‚Ambulaverunt per[a] vanitatem, et vani facti sunt? et non dixerunt: Ubi est Dominus?‘ **quam calcaverunt viri iniqui?** errantes sc. et in errorem | mittentes. II. ad Tim III, M 64b
(13): ‚Mali homines proficiunt in peius, errantes et in errorem mittentes.‘ Is LIX, (8): ‚Semitae eorum incurvatae sunt eis; omnis, qui calcat in eis, ignorat pacem.‘

Et subdit, qualiter Deus vindicavit illos:
**Qui sublati sunt ante tempus suum.** Ps 16
(LIV, 24): ‚Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.‘ Is XXXVIII, (12): ‚Dum adhuc ordirer, succidit me.‘ **et fluvius**, divinae sc. indignationis, **subvertit fundamenta eorum**, hoc est positiones, in quibus suas fundebant intentiones et errores. Mt VII, (27): ‚Venerunt flumina, flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina eius magna.‘ Eccli X, (17): ‚Sedes ducum superborum destruxit Deus.‘

Et subdit causam: | **qui**, hoc est, quia 17
B 44a illi errore sc. et facto, **dicebant Deo: Recede a nobis**, hoc est, elongare, ne nostra consideres. Iob XXI, (14): ‚Dixerunt Deo: Recede a nobis, scientiam viarum Tuarum nolumus.‘ **et quasi nihil posset facere Omnipotens**, supple in istis inferioribus, **aestimabant eum.** Iob XXI, (15): ‚Quis est Omnipotens, ut serviamus ei? et quid nobis prodest, si | oraverimus E 30d
eum?‘ Econtra tamen scriptum est Lc I, (37): ‚Non erit impossibile apud Deum omne verbum.‘

Et quod ex hoc ingrati fuerint et er-
rantes, subdit: **cum ille implesset domos** 18
**eorum bonis**, sc. quae | non nisi a Deo T 39c
accipere potuerunt. Iob XII, (6): ‚Abundant tabernacula praedonum, audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.‘ **Quorum sententia procul sit a me!** In hoc quaerit se iustificare. Ps (XXV, 4): ‚Non sedi cum concilio vanitatis; et cum iniqua gerentibus non introibo.‘

[a] post *FM*.

[1] *Cf. Alb., Metaph. 9, 2, 4 (VI 615).*
[2] *Cf. Alexandri Aphrod. Comm. in Metaph. Arist. Λ, 6, 1071 b, 3 (Berol. 1847 p. 659; 1891 p. 685); cf. Alb., Metaph. 11, 2, 10 (VI 627).*
[3] *Cf. Alb., Metaph. 11, 2, 21 (VI 644).*

Ostensa autem destructione impii prop-
M 64c ter errores, quibus iste non | consentit,
ostendit sibi consentientes, et describit
19 eos, et hoc est: **Videbunt iusti**, vindictam
sc. factam in impium **et laetabuntur.** Ps
(LVII, 11): ‚Laetabitur iustus, cum viderit
F 35a vindictam.' **et innocens**, sicut | ego supple,
**subsannabit eos.** Prv I, (26): ‚Ego in
interitu vestro ridebo et subsannabo, cum
vobis, quod timebatis, advenerit.' Quod
autem ita sit, per effectum ostendit. Et
20 suppletur quia **Nonne succisa est erectio
eorum?** impiorum sc. omni tempore. Iob
XL, (7): ‚Respice cunctos superbos, et
confunde eos et contere impios in loco
suo.' Ps (LXXII, 18): ‚Deiecisti eos, dum
allevarentur.' **et reliquias eorum**, succes-
sores sc. et imitatores, **devoravit ignis?**
Iob XX, (26): ‚Devorabit eum ignis, qui
non succenditur.'

21 **Acquiesce ergo.**

Revocat hic ad poenitentiam et dicit
tria. Primo enim revocat; secundo multa
bona promittit redeunti ibi (XXII, 23): *Si
reversus fueris;* tertio subiungit rationem
ibi (XXII, 29): *Qui enim humiliatus fuerit.*

In revocatione duo sunt; sc. revocatio
et forma revocationis.

Et hoc est: **Acquiesce ergo ei**, Deo sc.
percutienti, ut sc. ad ipsum revertaris
per conformitatem voluntatis, **et habeto
pacem**, tunc enim amplius te non per-
sequetur. Unde per contrarium dicitur
Is IX, (12 13): ‚Adhuc manus eius ex-
tenta: et populus non reversus ad per-
cutientem se.' De pace Phil IV, (7):
‚Pax Dei, quae exsuperat omnem sensum,
custodiat corda vestra; et intelligentias
vestras.' **et per hoc** sc., quod acquiescis
ei, **habebis fructus optimos**, consolationem
sc. virtutis et refectionem, quae per disci-
plinam inducitur. Hebr XII, (11): ‚Omnis
quidem disciplina in praesenti quidem
M 64d videtur non esse gaudii, sed moeroris: |
postea autem fructum pacatissimum ex-
ercitatis per eam reddet iustitiae.' Ps
(XXII, 4): ‚Virga Tua et baculus Tuus
ipsa me consolata sunt.'

Et subdit de forma redeundi: **Suscipe** 22
**ex ore eius legem**, in praeceptis sc. et
iudiciis. Eccli XLV, (6): ‚Dedit illi cor
ad praecepta, et legem vitae et disci-
plinae.' Is VIII, (16): ‚Liga testimonium,
signa legem in dis|cipulis meis.' **et pone** B 44b
**sermones eius**, quibus sc. intellectus in-
formetur ad veritatem, **in corde tuo.** Lc
II, (19): ‚Maria autem conservabat omnia
verba haec, conferens in corde suo.' Ps
(CXVIII, 11): ‚In corde meo abscondi
eloquia Tua, ut non peccem Tibi.'

Et promittit multa bona redeunti, in
divitiis, in deliciis, in exauditione oratio-
num et in successu votorum. Et hoc
est: **Si reversus fueris** per poenitentiam 23
**ad Omnipotentem** Deum, qui potest lapsos
erigere, **aedificaberis**, supple in omnibus
bonis. Ex I, (21): ‚Quia timuerunt ob-
stetrices Deum, aedificavit illis domos.'
Glossa [1]: Domos virtutum. | Ir IV, (1): ‚Si T 39d
converteris, Israel, ait Dominus, ad Me
convertere: si abstuleris offendicula a
facie Mea, non commoveberis.'

Et hoc est: **et longe facies iniquitatem
a tabernaculo tuo**, ut sc. nec tu impius
sis, nec aliquis habitans tecum. Ps (C, 7):
‚Non habitabit in medio domus meae, qui
facit superbiam.'

**Dabit pro terra silicem**, hoc est abun- 24
danter, sicut terram, lapidem pretiosum,
quem silicem hic vocat; hunc enim primo
ponit, quia in pretiosissimis est. Ez
XXVIII, (13): ‚Omnis lapis pretiosus ope-
rimentum tuum.' Ez XXVII, (22): ‚Ne-
gotiatores tui, cum universis primis aroma-
tibus et lapidibus pretiosis.' **et pro silice**,
supple includendo **torrentes | aureos**, hoc M 65a
est abundanter aurum, ac si torrens ef-
flueret. Is LX, (6): ‚Omnes de Saba
venient, aurum et thus deferentes.'

**Eritque Omnipotens contra hostes tuos.** 25
Is XI, (13): ‚Hostes Iuda peribunt.' **et
argentum**, quod ad commutationes valet,
**coacervabitur tibi**, quasi magnis cumulis.
Bar III, (18): ‚Argentum thesaurizat et
aurum, in quo confidunt homines.' Os II,
(8): ‚Argentum multiplicavi ei, et aurum.'

[1] *Non inveni; cf. Migne 113, 188 et 34, 501.*

26 Et subdit de deliciis: **Tunc super Omni-**
E 31a **potentem**, supple te adiuvan|tem, **deliciis**
**affluens.** Eccle II, (1): ‚Dixi in corde
meo: Vadam, et affluam deliciis et fruar
bonis.‘

Et infert de exauditione orationis: **et ele-**
**vabis ad Deum faciem tuam.** In oratione
sc. II. Par XX, (12): ‚Hoc solum habemus
F 35b residui, ut oculos nostros dirigamus | ad
27 Te.‘ **Rogabis eum**, de omni eo sc., quod
vis, **et exaudiet te.** Is LVIII, (9): ‚Tunc
invocabis, et Dominus exaudiet; clamabis,
et dicet: Ecce adsum.‘ **et vota tua**, quae
ex voluntate facis, **reddes.** Augustinus[1]:
Vovere voluntatis est, reddere necessi-
tatis. Is XIX, (21): ‚Vota vovebunt Do-
mino et solvent.‘ Ps (LXV, 13 14):
‚Reddam vota mea, quae distinxerunt
labia mea.‘

28 Et subdit de successu votorum: **De-**
**cernes rem** licitam et bonam, quamcum-
que vis, **et veniet tibi.** II. Rg XXIII, (5):
‚Cuncta salus mea, et non est quidquam
ex ea, quod non germinet.‘ Ps (XXXVI, 4):
‚Delectare in Domino: et dabit tibi peti-
tiones cordis tui.‘ **et in viis tuis**, hoc
est operibus, **splendebit lumen**, gratiae sc.
B 44c et veritatis. Is LVIII, (8): | ‚Erumpet
quasi mane lumen tuum, et sanitas tua
citius orietur.‘

29 Horum omnium supponit rationem: **Qui**
M 65b **enim humiliatus fuerit**, | supple in poeni-
tentia, **erit in gloria.** Lc XIV, (11): ‚Qui
se humiliat, exaltabitur.‘ Prv XXIX, (23):
‚Humilem spiritu suscipiet gloria.‘ Iac IV,
(6): ‚Deus superbis resistit, humilibus
autem dat gratiam.‘ **et qui inclinaverit**
**oculos suos**, non extollens sc. ad mala et
verecundus in turpibus. Eccli XXVI, (12):
‚Fornicatio mulieris in extollentia oculo-
rum eius.‘ Ps (CXVIII, 37): ‚Averte
oculos meos, ne videant vanitatem.‘ **ipse**
**salvabitur.** I. ad Tim II, (4): ‚Qui
vult omnes homines salvos fieri et ad
30 agnitionem sui nominis venire.‘ **Salva-**
**bitur innocens**, non enim interficitur nisi
peccator. Ps (C, 8): ‚In matutino inter-
ficiebam omnes peccatores terrae.‘ Dn
XIII, (53): ‚Innocentem et iustum ne inter-
ficias.‘ **salvabitur autem in munditia**, hoc
est pro munditia, **manuum suarum**, hoc
est operum | suorum. Is III, (10): ‚Dicite T 40a
iusto, quoniam bene, quoniam fructum ad-
inventionum suarum comedet.‘ Ps (XCVII,
1): ‚Salvavit sibi dextera eius et brachium
sanctum eius.‘ Prv ult. (XXXI, 13):
‚Operata est consilio manuum suarum.‘

## CAPITULUM XXIII.

**Respondens autem Iob dixit.** 1

ISTA responsio Iob dividitur in duas partes: In prima ostenditur, quod secundum libram iustitiae humanae iustus invenietur; in secunda, quod iniustitia hominum malorum in eo non invenitur[a]. Et hoc incipit infra (XXIV, 1) ibi: *Ab Omnipotente non sunt abscondita tempora.*

In prima duo sunt: primo petit libram iustitiae humanae; secundo ostendit, in quibus iustus est ibi (XXIII, 11): *Vestigia eius secutus est pes meus.*

Adhuc in prima duo sunt. Petit enim primo, ut iudicetur ut homo; secundo refutat, quod[b] non iudicetur[b] ut Deus vel aliquid divinum vel super hominem exsistens ibi (XXIII, 6): *Nolo multa fortitudine.*

In prima harum tres sunt paragraphi.
In primo respondet quaerenti; in secundo
quaestioni petens, | ut factum suum ad M 65c
iudicium veniat; in tertio ostendit, qualiter causam suam proponet.

Et hoc est: **Respondens autem Iob**
**dixit**, quaerenti sc. et quaestioni. Iob
XIV, (15): ‚Vocabis me, et ego respon-
debo Tibi.‘ Eccli V, (14): ‚Si est tibi
intellectus, responde proximo.‘ **Nunc quo-** 2
**que**, cum sc. ex vestris consolationibus
deberem relevatus esse, **in amaritudine**
**est sermo meus.** Ex vestris enim impro-

[a] reperietur *FM.* [b] iudicari *FM.*

[1] *Cf. Aug., De coniug. adult. 1, 34, 30 (Migne 40, 468) et Epist. 127 (al. 45), 8 (Migne 33, 486) necnon Enarr. in Ps. 75, 16 (Migne 36, 967).*

periis in amaritudinem deductus sum. Ir
II, (21): ‚Quomodo ad amaritudinem con-
versa es vinea aliena?‘ et, id est quia,
**manus plagae meae**, hoc est, percussio
**aggravata est**, ex vestris sc. improperiis
**super gemitum meum**, hoc est super do-
lorem, de quo gemo. Iob XVI, (2): ‚Con-
solatores onerosi omnes vos estis.‘ Ps
(LXVIII, 27): ‚Super dolorem vulnerum
meorum addiderunt.‘ Thr I, (21): ‚Audi-
erunt, quia ingemisco ego, et non est, qui
consoletur me.‘

3 Et subdit, quod petit iudicem: **Quis**
B 44a **mihi tribuat**, signum | desiderii est. Gre-
gorius[1]: ‚Electi, cum contra votum quod-
libet agi conspiciunt, ad occulta Dei re-
currunt, ut in eis videant, quia inordinate
E 31b intus non disponitur, | quia inordinatum
esse foris videbatur.‘

Cognoscere autem petit eum per
signa; et hoc est: **ut cognoscam**, et in-
venire per veritatem, et hoc est: **et in-
veniam illum.** Ct III, (4): ‚Paululum
F 35c cum pertrans|issem, inveni, quem diligit
anima mea.‘ Et quia petit iudicem sub-
dit: **et veniam usque ad solium eius**,
hoc est eminens et verum iudicium. Ir
XIV, (21): ‚Solii gloriae Tuae recordare,
ne irritum facias foedus Tuum nobiscum.‘
Is XVI, (5): ‚Praeparabitur in miseri-
cordia solium eius, et sedebit super illud
in veritate in tabernaculo David, iudicans
et velociter reddens, quod iustum est.‘
Iob[a] XVI, (20): ‚Ecce enim in caelo est
testis meus et conscius meus in excelsis‘[a].

M 65d Et subdit, qualiter proponit causam: |
4 **Ponam coram eo iudicium**, causae meae
supple, ut sc. ipse praesentia luminis sui
perlustret eam. Ps (XLII, 1): ‚Iudica
me, Deus, et discerne causam meam.‘ Iob
X, (2): ‚Indica mihi, cur me ita iudices?‘
T 40b **et os meum implebo increpationibus**, | in-
crepans sc. me, in quibus accusabilis in-
veniar. Prv XVIII, (17): ‚Iustus a prin-
cipio sermonis accusator est sui.‘ Iustum
enim est, ut homo increpet se, in quibus
Deus accusat eum. Ir XXXI, (19): ‚Post-
quam ostendisti mihi, percussi femur
meum. Confusus sum, et erubui, quoniam
sustinui opprobrium adolescentiae meae.‘

**ut sciam verba, quae respondeat mihi** 5
Deus, iustus iudex sc. Simile in Ps
(XXXVIII, 5): ‚Locutus sum in lingua
mea. Notum fac mihi, Domine, finem
meum, et numerum dierum meorum, quis
est: ut sciam, quid desit mihi.‘ **et intel-
ligam**, intus sc. per collationem rationis[b],
**quid loquatur mihi**, condemnans sc. vel
iustificans me. Hab II, (1): ‚Super cu-
stodiam meam ego stabo, et figam gradum
meum super munitionem; et contemplabor,
ut videam, quid dicatur mihi, et quid re-
spondeam ad arguentem me.‘

Et subdit refutans iudicium, quod su-
per hominem est, et hoc est: **Nolo multa** 6
**fortitudine**, iustitiae suae supple[c], quae
super hominem est, **contendat mecum.**
Iob IX, (3): ‚Si voluerit contendere cum
eo, non respondebit ei unum pro mille.‘
Ps (CXLII, 2): ‚Non intres in iudicium
cum servo Tuo, quia non iustificabitur in
conspectu Tuo omnis vivens.‘ **nec magni-
tudinis suae mole**, hoc[d] est immensa iu-
stitiae suae excellentia[d], **me premat**, hoc
est, opprimat; sic enim in humanis nihil
iustum est, quia aut negligentia aut in-
firmitate aut ignorantia aut desidia cor-
poris pollutum est. Is LXIV, (6): ‚Quasi
pannus menstruatae universae iustitiae
nostrae.‘ | M 66a

**Proponat aequitatem contra me.** Chry- 7
sostomus[2]: Aequitas est iustitia dulcore
misericordiae temperata. Hoc est, ad
aequum in|firmitatis humanae iudicet me. B 45a
Iob XVI, (22): ‚Utinam sic iudicaretur
vir cum Deo, quomodo iudicatur filius
hominis cum collega suo.‘

**et perveniat ad victoriam iudicium
meum**, sc. pro meritis malis non punior.
Iob XIII, (18): ‚Si fuero iudicatus, scio,

[a] Iob . . . excelsis *om. FM.* [b] intentionis *FM.* [c] sc. *FM.*
[d] hoc . . . excellentia *om. E.*

[1] *Greg., Mor. 16, 27, 34; Migne 75, 1138.*
[2] *Cf. Chrys., In Ps. 142, 1 (Migne 55, 448) et In Matth. 18, 1 (Migne 57, 265).*

quod iustus inveniar.‘ Quare autem excellentiam magnitudinis refutat, dicit causam, et suppletur sed, et est sensus: supple ad manifestum eius iudicium venire non
8 possum, quia **Si ad orientem iero** considerans, quidquid oritur in mundo, **non apparet**, manifestus sc. in natura, aeternitate enim excedit omne, quod oritur. I. ad Tim VI, (16): ‚Lucem inhabitat inaccessibilem,‘ quae sc. omnem ortum lucis praecedit. **si ad occidentem**, considerans sc. omne, quod occidit in mundo, **non intelligam illum**, carentia enim finis excedit omne, quod occidit. Eccle I, (5): ‚Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur.‘ Et similiter omnia illa, quorum generatio et corruptio est in circulo solis.

9 **Si ad sinistram**, supple iero, considerans, in quibus deficit virtus vitae et motus, **quid agam?** ut sc. comprehendam eum, quasi dicat: nihil. In ipso enim penitus nihil deficit et nihil sinistrum est, et nulli deficienti similis est. Ps CI, (28): ‚Tu idem ipse es, et anni Tui non deficient.‘ Et hoc est, quod sequitur: **non apprehendam eum.** Prv III, (16): ‚In dextera eius longitudo dierum, in sinistra eius divitiae et gloria.‘ **si me vertam ad dexteram**, considerans sc. omne,
T 40c quod perfectum est | in creaturis, **non**
E 31c F 35d **videbo** | **illum.** | Immensitate | enim suae
M 66b perfectionis omne perfectum in creaturis excedit, et ideo ex creaturis perfecte contemplari non poterit nisi longe distans ab eis. Iob XXXVI, (25): ‚Omnes vident eum, unusquisque intuetur[a] procul.‘ Is XXX, (27): ‚Nomen Domini venit de longinquo.‘

10 **Ipse vero**, sc. quem ego non comprehendo nec ego aperte video, **scit** scientia perfectae comprehensionis et aperte **viam meam**, hoc est vitam meam. Eccli XXIII, (28): ‚Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum.‘ Ps (XXXII, 15): ‚Qui finxit sigillatim corda eorum et intellexit omnia opera eorum.‘ **et probavit me**, hoc est, tribulationibus probatum ostendit, **quasi aurum, quod per ignem transit.** Eccli II, (5): ‚In igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.‘ Ps (XXV, 2): ‚Proba me, Deus, et tenta me; ure renes meos et cor meum,‘ ‚et vide, si via iniquitatis in me est‘[1].

**Vestigia eius.** 11

Ostendit hic, in quo iustus invenitur, et in quo pervenit ad victoriam iudicium eius, et in quo probatus est, ut aurum, et dicit quatuor.

Primum, quod imitatus est in viis iustitiae; secundum, quod hoc facere debuit; tertium est, quod Deus iniuste secum non egit; quartum, quod ex plagis non desperavit.

In primo duo sunt. Primo enim ponit metaphoram, secundo explanat eam.

Et hoc est: **Vestigia eius.** | V e s t i g i a B 45b
hic dicuntur signa divinae voluntatis, quae sunt quinque, praeceptum sc., prohibitio, permissio, consilium et operatio[b]. **secutus est pes meus**, hoc est affectus meus, quia quod praecepit fecit, quod prohibuit dimisit, quod permisit patienter sustinuit, quod consuluit adimplevit, quod operatus est pro exemplo habuit. Is XXVI, (8): ‚In semita iudiciorum Tuorum sustinuimus | Te: nomen Tuum, et memoriale M 66c
Tuum in desiderio animae.‘ Ruth II, (7): ‚Spicas colligit remanentes sequens messorum vestigia, et de mane usque nunc stat in agro, et nec ad monitum quidem domum reversa est.‘

**viam eius custodivi**, hoc est legem eius. Prv VI, (23): ‚Mandatum lucerna est, et lex lux, et in via vitae increpatio disciplinae.‘ **et non declinavi ex ea.** Nm XX, (17): ‚Via regia incedemus, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes.‘

Et metaphoram explanat subdens: **A** 12
**mandatis labiorum eius**, hoc est scripturae vel revelationis eius, **non recessi.** Ps (CXVIII, 32): ‚Viam mandatorum Tuorum

[a] contemplatur *FM*. [b] Versus: Praecipit et prohibet, permittit, consulit, actus *T in marg.*

[1] *Ps 138, 24.*

cucurri, cum dilatasti cor meum‘, **et in**
**sinu meo**, hoc est in occulto cordis mei,
**abscondi verba oris eius**, quae ipse sc.
per sanctos pronuntiavit, hoc est, abscon-
dite meditatus sum, ut essent mihi forma
vitae. Ps (XXXIX, 9): ‚Ut facerem vo-
luntatem Tuam: Deus meus, volui et le-
gem Tuam in medio cordis mei.‘

Quod autem hoc facere debuit, subdit:
13 **Ipse enim solus est**, hoc est, verae essen-
tiae nomen tenuit, quem totus orbis se-
qui debet. Dt XXXII, (39): ‚Videte,
quod Ego sum solus, et non est Deus
praeter Me.‘ Ex III, (14): ‚Qui est,
misit me ad vos.‘ **et nemo avertere**, quin
fiant supple, **potest cogitationes eius**, hoc
est consilia eius. Gregorius[1]: Deus non
T 40d mutat consilium. Is | XLVI, (10): ‚Con-
silium Meum stabit, et omnis voluntas
Mea fit.‘ **et anima eius**, hoc est intima
voluntatis eius, **quodcumque voluit**, volun-
tate sc. beneplaciti, **hoc fecit**. Est[a] XIII,
(9): ‚Non est qui possit resistere volun-
tati Tuae.‘ Rom IX, (19): ‚Voluntati eius
quis resistit‘[a]. Ps (CXXXIV, 6): ‚Om-
nia, quaecumque voluit, fecit in caelo,
M 66d et | in terra et in mari et in omnibus
abyssis.‘

Et subdit, quod non iniuriam fecit per-
cutiendo, quia apud eum non est iniqui-
14 tas. Et hoc est: **Cum expleverit in me**
**voluntatem suam**, quam sc. in omni crea-
tura sua explere potest. Rom IX, (21):
‚An non habet potestatem figulus luti.‘
I. Rg III, (18): ‚Dominus est; quod vult,
faciat.‘ Ir XVIII, (6): ‚Sicut lutum in
manu figuli, sic vos in manu Mea, domus
F 36a Israel, dicit Dominus.‘ | **et alia multa si-**
**milia**, quibus sc. me feriat et de opere
suo voluntatem suam faciat, **praesto sunt**
E 31d **ei**, hoc est | parata. Iob VI, (9 10):
‚Solvat manum suam, et succidat me. Et
haec sit mihi consolatio, ut affligens me
doloribus non parcat, nec contradicam
sermonibus Sancti.‘

15 **Et idcirco**, supple quia tam excel|lens
B 45c est, et in eum non cadit iniquitas, **a facie**
**eius**, hoc est a praesentia plagae eius,
**turbatus sum**. Ps (LXXVI, 5): ‚Turbatus
sum, et non sum locutus.‘ **et**, id est
quia, **considerans eum**, hoc est excellen-
tiam et iustitiam eius, **timore sollicitor**,
timens sc., quod aliquid puniat in me,
quod ego ipse non video. Is XXI, (3 4):
‚Horrui, cum audirem; turbatus sum, cum
viderem. Emarcuit cor meum.‘

Si autem aliquis quaerat, ubi sit timor
iste, respondet subdens: **Deus mollivit cor** 16
**meum**, timore sc. et amore. Molle enim
est, quod facile cedit tangenti et non re-
sistit. II. Rg XXIII, (8): ‚Ipse quasi
tenerrimus ligni vermiculus.‘ Ligni enim
vermiculus ita mollis est, quod etiam
tactus non sentitur, quia nulli resistit.

Et hoc est, | quod sequitur: **et Omni-** M 67a
**potens**, cui nihil sc. resistit, **conturbavit**
**me**, ad poenitentiam supple. II. ad Cor
VII, (9): ‚Conturbati enim estis secun-
dum Deum, ut in nullo detrimentum pa-
tiamini ex nobis.‘

**Non enim perii**, per desperationem supple, 17
**propter imminentes tenebras**, tribulatio-
num sc. Iob XIII, (15): ‚Etiam, si occiderit
me, sperabo in eum.‘ **nec operuit faciem**
**meam**, mentis sc. et rationis, **caligo**, quae
lumen rationis obruat[b]. Mich VII, (8):
‚Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea
est.‘ Et post pauca (VII, 9): ‚Educet
me in lucem, videbo iustitiam eius.‘

## CAPITULUM XXIV.

### Ab Omnipotente. 1

IN hoc capitulo ostendit, quod iniustitia hominum malorum in eo non invenitur, et dividitur in partes duas. In quarum prima ostendit, quod mala non fecit; in secunda, quod ea detestatus est et maledixit talia operantes ibi (XXIV, 18): *Maledicta sit pars eius.* In prima duo sunt: Veritatis confessio et iniquitatis excusatio ibi (XXIV, 2): *Alii terminos transtulerunt.* Et hoc est: **Ab Omni-**

[a] Est . . . resistit *om. FM.* [b] obumbrat *FM.*

[1] *Greg., Mor. 16, 37, 46; Migne 75, 1144.*

**potente**, cuius providentia usque ad particularia extenditur[a], **non sunt abscondita tempora**, hoc est particularia[a], quae geruntur in tempore. Iob ult. (XLII, 2):
T 41a ,Scio, quia omnia potes et nulla | Te latet
cogitatio.' Ps (XXXII, 15): ,Qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.' Et sic omnia nostra nota sunt Deo. Hebr IV (13): ,Omnia nuda et aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.'

Licet autem nostra nota sint ei, sua tamen nobis non sunt nota, et hoc est, quod subdit: **qui autem noverunt eum,** immensum sc. et excellentem omnia creata, **dies ignorant illius,** hoc est illustrationes sapientiae, quibus et qualiter ipse scit
M 67b res, hoc est, homo comprehendere | non
potest. Ps (CXXXVIII, 6): ,Mirabilis facta est scientia Tua ex me: confortata est, et non potero ad eam.' Sap VII, (29): ,Haec est speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum; luci comparata, invenitur prior.' Iob XXXVI, (24): ,Memento, quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri.'

B 45d Et subdit de excusatione peccati | et
habet duas partes. Primo ostendit, qualiter a malis perpetratur malum in opere; secundo, qualiter repugnat lumini intelligentiae ibi (XXIV, 13): *Ipsi fuerunt*[b] *rebelles lumini.* In primo duo sunt; primo[b] enim describit peccatum aliena rapientium; secundo peccatum eorum[c], qui sine freno faciunt malum[c] ibi (XXIV, 5): *Alii quasi onagri.* In primo primo describit in universali, secundo in particulari dupliciter.

2 Et hoc est: **Alii terminos transtule-**
**runt,** alienas sc. possessiones usurpando. Os V, (10): ,Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminos: super eos effundam quasi aquam iram meam.' Is V, (8): ,Vae, qui coniungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis usque ad terminum loci.'

Et exponit in particulari, primo in communibus, secundo in miserabilibus personis. Et hoc est: **diripuerunt greges,** Ez XXXIV, (5): ,Direptus est grex meus
eo, quod | non esset | pastor.'[1] Diri- F 36b E 32a
pere autem dicit, quia quilibet pro voluntate partem rapuit. Ez XXXIV, (3): ,Lac comedebatis, et lanis cooperiebamini, et, quod crassum erat, occidebatis.' **et paverunt eos**, hoc est, depasti sunt eos. Mich III, (2): ,Violenter tollitis pelles eorum desuper eos[d] et carnem eorum desuper ossibus[d] eorum?'

Et subdit de miserabilibus personis, a quarum damno nulla traxit eos miseri-
cordia: **Asinum pupillorum abegerunt.** 3
Per asinum oniferum animal et im-
mundum intelligitur, omne | animal ad M 67c
adiumentum laboris creatum; per pupillos autem miserabiles personas non habentes patronum vel defensorem. Is XXXIII, (1): ,Vae, qui praedaris: nonne et ipse praedaberis?'

**et abstulerunt pro pignore bovem viduae,** quae virum defensorem non habet, et per bovem intelligitur omne animal ad laborem et ad esum creatum, et pro pignore intelliguntur illi, qui tallias[2] ponunt violentas. Dt XXIV, (10—12): ,Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, ut pignus auferas: sed stabis foris, et ille tibi proferet, quod habuerit. Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus.' Ablato enim bove et esculento et adiumento laboris destituta est vidua.

**Subverterunt pauperum viam.** Augusti- 4
nus[3]: Pauper est non sufficiens sibi. Via
| autem subverti dicitur, quando ab- T 41b
latis necessariis via vitae non invenitur. Eccli XXXIV, (25): ,Panis egentium vita pauperum est; qui defraudat illum, homo sanguinis est.' **et oppresserunt pariter,** hoc est omnes **mansuetos terrae.** Augu-

[a] extenditur . . . particularia *om. FM.* [b] *fuerunt . . .* primo *om. E.*
[c] sine freno mala facientium *FM.* [d] *sic! CC.*

[1] *Cf. Bar 4, 26.* [2] *Cf. Du Cange, Glossarium 6, 496 (Paris. 1846).*
[3] *Cf. Aug., De civ. Dei 7, 12; Migne 41, 204.*

stinus[1]: Mansuetus est, qui alium sua iniuria non provocat nec provocatur ab aliena. Illi autem propter religionem et amorem virtutis se vindicare noluerunt. Ps (XCIII, 5 6): ‚Populum Tuum, Domine, humiliaverunt, et haereditatem Tuam vexaverunt. Viduam et advenam interfecerunt et pupillos occiderunt.‘

B 46a Et subdit | improperando peccatum libertatis ad malum, quod sc. sine freno pec-
5 catum perpetrant: **Alii, quasi onagri**, asini sc. silvestres, **in deserto**, in campis sc. licentiae sine freno sc. rationis, legis et virtutis, **egrediuntur ad opus suum**, violentiae sc. et rapinae. Iob XI, (12): ‚Vir vanus in superbiam erigitur et quasi pullum onagri se liberum natum putat.‘ Ir II, (24): ‚Onager, assuetus in solitu-
M 67d dine, | in desiderio animae suae attraxit ventum amoris sui: Nullus avertet eam.‘ De operibus eorum Is LIX, (6): ‚Opera eorum opera inutilia, et opus iniquitatis in manibus eorum.‘

Et hoc explanat subdens, primo in universali, secundo in sex particularibus, et hoc est: **vigilantes ad praedam**, hoc est vigilanter praedam exercentes, **praeparant**, supple ex praeda, **panem**, hoc est refectionem, **liberis** in malitia se imitantibus. Prv I, (11): ‚Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem.‘ Et post pauca (Prv I, 13): ‚Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domus nostras spoliis.‘

Et subdit in particulari primo de escu-
6 lento: **Agrum non suum**, hoc est fructus agri non sui, **demetunt**. I. Rg XXIII, (1): ‚Philisthiim oppugnant Ceilam[a] et diripiunt areas.‘

Secundo subdit de poculento: **et vineam eius, quem**[b] **vi oppresserunt**, et vi sc. ab eo vineam abstulerunt, **vindemiant**. Exemplum III. Rg XXI, (13) de vinea Naboth, quem interfici fecit Iezabel, et possedit vineam.

7 Tertio subdit de indumento: **Nudos dimittunt homines**, hoc est denudatos, et qualiter hoc fiat, subdit: **indumenta tollentes**, hoc est auferentes. Lc X, (30): ‚Despoliaverunt eum, et plagis impositis abierunt, semivivo relicto.‘ Ct V, (7): ‚Tulerunt pallium meum custodes murorum.‘ Mich II, (8): ‚Desuper tunicam pallium sustulistis.‘ Et hoc exaggerat subdens: **quibus non est operimentum in frigore**, quo sc. se defendant. Gn[c] XXXI | F 36c
(40): ‚Nocte ac die aestu urebar et gelu.‘
**quos imbres montium rigant**, qui frigidi 8
sunt et nivosi. I. ad Cor IV, (11): ‚E|su- E 32b
rimus, et sitimus, et nudi sumus.‘ | **et non** M 68a
**habentes velamen**, vestimenti sc., **amplexantur lapides**, hoc est, prae verecundia nuditatis sub lapidibus se abscondunt. Hebr XI, (38): ‚In solitudinibus errantes, in montibus et in speluncis et in cavernis terrae.‘

Quarto subdit de miserabilibus personis defensorem non habentibus: **Vim fecerunt**, 9
hoc est, violentiam intulerunt, **depraedan|tes pupillos** non retracti misericordia T 41c
**et vulgum pauperem**, hoc est publicum, ne per ignorantiam excusentur, **spoliaverunt**. Is X, (2): ‚Ut opprimerent in iudicio pauperem, et vim facerent causae humilium populi mei, ut | essent viduae B 46b
praedae eorum et pupillos diriperent.‘

Quinto subdit de miserrimis personis:
**Nudis**, hoc est nudulis, et id est **inceden-** 10
**tibus absque vestitu** sive pannosis, vestitus enim indumentum decens est, **et esurientibus**, sufficientem sc. cibum non habentibus, **tulerunt**, hoc est, abstulerunt, **spicas**, quas post terga metentium collegerunt. Ruth II, (2): ‚Vadam et recolligam spicas in agro, quae fugerunt manus metentium, ubicumque clementis patrisfamilias in me reperero gratiam.‘ I. Par XXII, (14): ‚Ecce ego in paupertate mea praeparavi impensas domus Domini.‘ Pauperculos enim diligit Dominus.

Et hoc exaggerat ulterius: **Inter acer-** 11
**vos eorum meridiati sunt**, hoc est, prandia paraverunt in meridie. Naturale enim est in meridie prandere, quando multa

[a] Zeilam *EFM*. [b] quam *FM*. [c] Ier XXXII *FM*.

[1] *Cf. Aug., Enarr. in Ps. 33, 5; Migne 36, 310.*

praeparantur ad cibum et quando sc. sol nutrimentum praecedentis comestionis accedens[a] ad summum a loco digestionis evocavit ad membra. Unde Gn XLIII, (25 26) cum Ioseph comesurus esset cum fratribus suis, dicitur, quod ingressus est Ioseph ad comedendum in meridie. Ct[b] I, (6): ,Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie'[b]. Exemplum huius est de tyrannis, qui in domibus pauperum prandia sibi parare faciunt et satiant se de acervis pauperum. Quorum paupertatem exaggerans subdit: **qui calcatis torcularibus** M 68b **sitiunt**, eo | quod vinum calcatum in torculari non sufficit ad sitim exstinguendam. Is XVI, (9): ,Super vindemiam tuam et super messem tuam vox calcantium irruit.'

Sexto subdit, quod etiam civiles, non solum pauperes vexaverunt, dicit enim Aristoteles[1], quod rusticus nec bonus nec malus est, eo quod incivilis est, i. e. non dispositus ad virtutem, et tales sunt pauperes, de quibus locutus est, sed in hoc non contenti.

12 **De civitatibus fecerunt viros gemere**, politiis[c] sive civitatibus et virtutibus civilibus studentes, conturbantes sc. eos et spoliantes. De qua civitate dicitur in Ps (LXXXVI, 3): ,Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.' Quod deplorat Ieremias Thr I, (4): ,Omnes viae[d] eius destructae: sacerdotes eius gementes; virgines eius squalidae, et ipsa oppressa amaritudine.' **et animae vulneratorum**, pauperum sc. et civium **clamabunt** ultionem postulantes. Apc VI, (9 10): ,Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimonium, quod habebant: et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine, sanctus et verus non vindicas nostrum sanguinem et[e] non iudicas de his, qui habitant in terra'[e]. **et Deus inultum abire non patitur.** Dt XXXII, (41): ,Reddam ultionem hosti|bus meis.' T 41d Dt XVIII, (19): | ,Ego in tempore ultor B 46c exsistam.' Ps (XCIII, 1): ,Deus ultionum Dominus.'

Et subdit, quomodo rebelles fuerunt lumini omnis intelligentiae verae, et dicit duo, sc. odium lucis vel luminis et dilectionem tenebrarum. Et hoc est: **Ipsi** 13 **fuerunt rebelles lumini**, intelligentiae sc. veritatis. Io III, (19): ,Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.' **nescierunt** per approbationem **vias eius**, hoc est luminis, quae sc. ad opera iustitiae vadunt. Prv IV, (18): ,Semita iusti quasi lux splendens et crescens in perfectam diem.' **nec reversi sunt**, per poeni|tentiam supple, **per** F 36d **semitas** | **illius**, hoc est lucis. Io XII, M 68c (36): ,Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.'

Et subdit, qualiter dilexerunt opera tenebrosa[f] sc. in homicidiis, in adulteriis et in furtis, et hoc est: **Mane primo**, 14 **vigilans** sc. ad praedam **consurgit**, hoc est, sensu et viribus surgit, **homicida**, sanguinem sc. sitiens et **interficit ege|num**, E 32c qui circuit ostia egenus est, **et pauperem**, qui non sufficit sibi. Gn XLIX, (27): ,Mane comedet praedam, et vespere dividet spolia.' Ps LXXXI, (5): ,Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulant.' **per noctem vero**, qui sc. de die vispolio[g][2] fuit, **erit quasi fur in furvo**[h], hoc est in nigro subtrahens. Io X, (10): ,Fur non venit, nisi ut furetur et mactet et perdat.'

Et subdit de adulterio: **Oculus adulteri** 15 alienae uxori se commiscens **observat caliginem**, in qua sc. suam malam voluntatem perficiat. Ps (XXXIV, 6): ,Fiat via illorum tenebrae et lubricum'. **dicens: Non me videbit oculus**; tale enim peccatum tenebras diligit. Prv VII, (9 10):

[a] antecedens *E*, ascendens *TFM*. [b] Ct . . . meridie *om. FM*.
[c] poligegiis *BT*, politegiis *FM*, *om. E*. [d] partes *E*, portae *FM*.
[e] et . . . terra *om. FM*. [f] tenebrarum *E*. [g] vispilio *EFM*, vispillo *T*.
[h] in nocte *F*, infirmo *M*.

[1] *Cf. Arist, Polit. 2, 3, 3 (I 525).* [2] *Cf. Du Cange:* vispoliator *6, 856 et* vispilio *6, 787.*

‚In obscuro, advesperascente die, in noctis
tenebris et caligine mulier occurrit ornatu
meretricio, praeparata ad capiendas[a] ani-
mas.‘ **et operiet vultum suum.** Grego-
rius[1]: ‚Adulter ne cognoscatur.‘ Eccli
XXIII, (25 26): ‚Homo, qui transgreditur
lectum suum, contemnens in animam suam
et dicens: Quis me videt? Tenebrae circum-
dant me, et parietes cooperiunt me, et
nemo circumspexit me.‘

Et de utrisque subdit, de adulteris sc.
16 et furibus: **Perfodiunt in tenebris domos,**
ut sc. clam ad patremfamilias ingrediantur.
II. ad Tim III, (6): ‚Ex his sunt, qui
penetrant domos et captivas ducunt mu-
lierculas oneratas[b] peccatis.‘ **sicut in die**
**condixerant sibi,** adulter sc. et adultera.
Dn XIII, (12 14): ‚Condixerant enim sibi,
ut simul venirent.‘ **et ignoraverunt lu-**
M 68d **cem.** | Ir XIII, (16): ‚Date Domino Deo
vestro gloriam, antequam tenebrescat, et
offendant[c] pedes vestri ad montes cali-
ginosos.‘

17 **Si subito apparuerit aurora,** hoc est
aliquid luminis illustrantis mala opera
eorum, **arbitrantur,** hoc dolentes supple,
**umbram,** hoc est, imaginem, **mortis.** Gre-
B 46d gorius[2]: ‚Quia, qui | perverse egerunt, pu-
niri timent, corrigi nolunt.‘ Io III, (20):
‚Qui male agit, odit lucem, et non venit
ad lucem, ut non arguantur opera eius.‘
Et hoc est: **et sic in tenebris,** hoc est
tenebrosis operibus, **quasi in luce ambu-**
T 42a **lant,** | hoc est, in poenis proficiunt. II. ad
Tim. III, (13): ‚Mali homines proficiunt
in peius.‘ Eph V, (11 12): ‚Nolite com-
municare operibus infructuosis tenebrarum,
magis autem redarguite. Quae enim in
occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere.‘

Et subdit de levitate peccati huius:
18 **Levis est,** adulter sc. et fornicator **super**
**faciem aquae,** quae qualibet sc. aura de-
ducitur. Gregorius[3]: ‚Quia, quaelibet hunc
aura tentationis tetigerit, sine tarditate
retractionis trahit.‘ Unde de Ruben
adultero Gn XLIX, (4) dicitur: ‚Effusus
es sicut aqua, non crescas: eo quod ascen-
disti cubile patris tui et maculasti stra-
tum eius.‘ Omnia haec imposuit Eliphaz
Iob, et ideo hic de omnibus his se excu-
savit, et quod talia detestetur per male-
dictionem talium, ostendit.

**Maledicta.**

Dividitur autem pars ista in partes
duas. In prima ostendit, quod maledicti
sunt tales, et quod detestatur eos; in se-
cunda, quod, si etiam talis esset, ab eis,
qui obiciunt sibi, non posset argui ibi
(XXIV, 25): *Quod si non est ita.* In
prima exponit maledictionem per poenas,
primo damni, secundo sensus, et tertio
repetit culpam, ut iustior sit poena.

Et hoc est: **Maledicta sit pars eius in**
**terra,** hoc est, quam in terra possidet. | M 69a
Haec enim maledicitur, in quantum est
sibi causa maledictionis. Gn III, (17):
‚Maledicta terra in opere tuo.‘ Et Gn
IV, (11): ‚Maledictus eris super terram.‘
Maledictionem enim meruit in terrenis
divitiis, deliciis et honoribus. In his enim
maledictionem meruit. Et propter hoc
omnibus talibus dicitur Mt XXV, (41):
‚Ite, maledicti!‘ Sap XII, (11): ‚Semen
erat maledictum ab initio.‘ Maledictio
enim est mali poenae addictio; poena enim
mala est, ut dicit Augustinus[4], in quan-
tum contrariatur naturae bonae. Et ponit
damnum: **nec ambulet per viam vinearum,**
| via vinearum metaphorice est laeti- F 37a
tiarum et gaudiorum; pampinis enim et
ancis[5] vinea generat amoenitatem et re-
frigerium, fructu autem laetitiam et bo-
nae spei facit hominem. Idc IX, (13):
‚Dixit vitis: Non possum deserere vinum
meum, quod laetificat Deum et | homines.‘ E 32d
Is XVI, (10)[d]: ‚In vineis non exsultabit.‘

Et subdit poenam sensus et damnatio-
nis: **Ad nimium calorem,** aestuantis sc. 19
gehennae propter fervorem libidinis. Is
XXX, (33): ‚Flatus Domini sicut torrens

[a] decipiendas *TFM.* [b] ornatas *FM.* [c] ostendant *FM.* [d] Ier XLVIII *CC.*

[1] *Greg., Mor. 16, 61, 75; Migne 75, 1157.* [2] *ib. 16, 63, 77; ib. 75, 1158.*
[3] *ib. 16, 65, 79; ib. 75, 1159.* [4] *Cf. Aug., In Ps. 40, 9; Migne 36, 460.*
[5] *Alb., De veget. 6, 35, 236 (Berol. 1867 p. 458).*

sulfuris succendens eam.‘ **transeat**, successione sc. poenarum **ab aquis nivium**, quibus sc. infunditur gelu mortificante, propter hoc quod per cupiditatem terrenorum alxit[a] in eo igniculus caritatis. Mt
B 47a XXIV, (12): ‚Et quia abundavit | iniquitas, refrigescet caritas multorum.‘ De hoc frigore de bona muliere dicitur: Prv ult. (XXXI, 21): ‚Non timebit domui suae a frigoribus nivis; omnes enim domestici sui vestiti sunt duplicibus,‘ hoc est caritate Dei et proximi. Et est miserabile, quia[b] in hac vita non transitur de frigidissimo transitu in calidissimum nisi per medium, quod est temperatum. In inferno autem de excellentia mortificantis frigoris transitur ad aestum urentis ignis ita, quod numquam erunt in medio. Et hoc est ideo, quia in peccatis transierunt
M 69b T 42b | a frigore cupiditatis | ad aestum libidinis absque eo, quod umquam attingant medium virtutis. Dicit enim Aristoteles[1], quod vitium in excellentia est, virtus autem in medio. Propter has duas poenas dicitur Mt XXV, (30) et Mt VIII, (12): ‚Ibi erit fletus et stridor dentium,‘ fletus propter ignem, stridor propter gelicidium. **et usque ad inferos peccatum illius**, supple transeat per impoenitentiam. Io VIII, (24): ‚Moriemini in peccatis vestris.‘

Et quia possent fieri suffragia pro ipso, quae tamen damnatis nihil prosunt, sub-
20 dit: **Obliviscatur eius misericordia**, suffragiorum sc. Iac II, (13): ‚Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam.‘ Sap VI, (7): ‚Exiguo conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.‘ **dulcedo illius** per antiphrasim, hoc est amaritudo, **vermis**, sc. conscientiae mordentis. Is ult. (LXVI, 24): ‚Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur.‘ Eccli X, (13): ‚Cum morietur homo, hereditabit serpentes et bestias et vermes.‘ Bernardus[2]: Horreo vermem rodentem, ignem urentem et pondus catenarum, stridentium urentium nec tamen consumentium. **non sit in recordatione**, ad bonum sc. nec apud Deum nec apud angelos nec apud homines. Is ult. (LXV, 17): ‚Non erunt in memoria priora, nec ascendent super cor.‘ **sed conteratur**, hoc est diversis poenis teratur, **quasi lignum infructuosum**, quod non nisi venenosum fructum attulit. Lc III, (9): ‚Securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur.‘ Lc XIII, (7): ‚Ecce, tres anni sunt, ex quo quaero fructum in ficulnea hac, et non invenio: succide ergo eam, ut quid etiam terram occupat?‘

Et ut iustior sit | poena, repetit cul- M 69c
pam adulterii primo, deinde oppressionis.
Et hoc est: **Pavit enim**, ad libidines supple 21
**sterilem**, hoc est adulteram, in qua nihil nisi sterilis libido quaeritur, **et quae non parit**, supple heredem ex proprio matrimonio non producit. Eccli XXIII, (32): ‚Mulier relinquens virum suum peccabit et statuens heredem ex alieno matrimonio.‘ Unde, et si parit, viro suo non
parit. **et** | **viduae non bene fecit.** Vi- B 47b
dua hic larga significatione dicitur propria coniux a thoro separata, cui non bene facit, qui adulterae commiscetur. Mal II, (14): ‚Dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tuae, quam tu despexisti, et haec particeps tua, et uxor foederis tui.‘

Et subdit de peccato oppressionis: **De-** 22
**traxit fortes**, sanctos sc., qui vere fortes sunt. Gn XXXII, (28): ‚Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praevalebis?‘ Is XL, (31): ‚Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem.‘ **in fortitudine sua**, hoc est robore potentiae
saecularis. Iac II, | (6): ‚Nonne divites F 37b
per potentiam opprimunt vos, et ipsi pertrahunt vos ad iudicia?‘ **et**, supple ideo, **cum steterit**, statu sc. saecularis potentiae, **non credet vitae suae**, hoc est, securus non erit. Sap XVII, (10): ‚Cum sit

[a] *sic BTE*, arsit *FM*. [b] mirabile quod *FM*.

[1] *Cf. Arist., Mor. magna 1, 22, 1 (II 147).* [2] *Cf. Bern., De consid. 5, 12, 25; Migne 182, 803.*

timida nequitia, data est in condemnationem impiorum.' Iob XV, (21): ,Sonitus terroris semper in auribus eius; et cum pax sit, ille insidias suspicatur.'

(Macrobius[a][1] super somnum Scipionis: Dionysius aulae Siculae inclementissimus incubator familiari quodam suo solam beatam existimanti vitam tyranni, volens quantum perpetuo metu misera ipse semper et periculorum plena esset ostendere, gladium vagina raptum et a capulo de filodemii[b] pendentem mucrone demisso iussit familiaris illius capiti inter epulas
M 69d imminere, | cumque ille et Siculas copias et tyrannicas opes praesente periculo asperneretur. ,Talem', inquit Dionysius, ,vitam, quam beatam putabas, sic semper mortem imminentem vidimus, aestima, quando esse felix poterit, qui timere non desinit.'[a])

Sed quia Deus omnem poenitentem re-
E 33a cipit, ostendit, quod iste poenitens | non
23 fuit, et hoc est: **Dedit** | **ei Deus locum**
T 42c **poenitentiae**, supple et tempus, sicut fecit ante cataclysmum originali mundo. Gn VI, (3): ,Eruntque dies illius CXX anni.' Mt IV, (17): ,Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum.' **et ille abutitur eo in superbiam**, qua sc. se contemnit Deo subicere et praecepto eius per humilitatem poenitentiae. Is XVI, (6): ,Audivimus superbiam Moab, superbus est valde.' Iob XXI, (15): ,Quis est Omnipotens, ut serviamus ei?' **oculi autem eius**, hoc est tota mentis consideratio et sollicitudo, **sunt in viis eius**, impii sc., qualiter prosperetur. Ir IV, (22): ,Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.'

Quam instabilis autem sit fortuna, quam
24 circumspicit, subdit: **Elevati sunt ad modicum**, fastu sc. saeculari **et non subsistent**, in aeternum supple. I. Mach II, (63): ,Hodie extollitur, et cras non invenietur.' Eccli X, (11): ,Omnis potentatus vita brevis.' **et**, id est quia, **humiliabuntur**, hoc est, ut viles in humum deicientur. Ps (CXXXIX, 11): ,In ignem deicies eos: in miseriis non subsistent,' **sicut omnia**, saecularia supple. I. ad Cor VII, (31): ,Praeterit figura mundi huius.' Gregorius[2]: ,Qui mundanis innititur, mundanis cadentibus necesse est ut ipse cadat.' **et auferentur** de mundo et vita. Ps (CIII, 29): ,Auferes spiritum eorum, et deficient.' **et sicut summitates spicarum**, excussis sc. granis **conterentur**, tribulationibus sc. poenarum. Lc III, (17): ,Cuius ventilabrum
| in manu sua, et permundabit aream M 70a
suam, et triticum quidem congregabit in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili.'

Deinde apostrophat, et ad condisputantes se convertit imponens eis culpam,
quam sibi imposuerunt: **Quod si non est** 25
**ita**, supple sicut dixi, **quis** ex vobis, | sc. B 47c
qui in simili culpa estis, sicut mihi imponitis, **me potest arguere esse mentitum**, et hoc est verum in disputationibus rhetoricis, quae fiunt coram iudice, ubi repellitur adversarius eo, quod in simili culpa est. Mt VII, (5): ,Eice primum trabem, hypocrita, de oculo tuo, et tunc videbis, ut educas festucam de oculo fratris tui.' Io VIII, (46): ,Quis ex vobis arguet Me de peccato?' **et ponere**, accusando sc. **ante Deum** iustum iudicem **verba mea?** cum sc. sitis in culpa, quam mihi imponitis. Io VIII, (7): ,Si quis sine peccato est, primus in illam lapidem mittat.'

## CAPITULUM XXV.

**Respondens autem Baldach Suhites** 1
**dixit.**

HAEC est ultima impugnatio, qua impugnatur[c] sentententia beati Iob, unde in hac[d] responsione lentescit Baldach et in propria sententia deficit et redit ad
concordiam | beati Iob, unde in[d] hoc capi- F 37c

[a] (Macrobius . . . desinit) *addidi ex FM.* [b] filo tenui *Macrobius.*
[c] implicatur *FM.* [d] hac . . . in *om. E.*

[1] *Macrob., Comm. in Somn. Scip. 1, 10, 16 (Lips. 1868 p. 515).*
[2] *Greg., Mor. 17, 9, 11; Migne 76, 16.*

tulo tria dicuntur, sc. excellentia eorum, de quibus loquitur, per quam excusari vult, si non perspectam protulit veritatem; secundo, quod per illuminationem desuper factam cum beato Iob redit in concordiam ibi (XXV, 3): *Numquid est numerus;* tertio humanam ostendit infirmitatem ad sublimia capienda, ut per hoc
T 42d iterum excusetur, si aliquid mi|nus bene dixit ibi (XXV, 4): *Numquid iustificari potest.*

Et hoc est: **Respondens autem Baldach**, qui propter canam sapientiam, quam habuit, vetusta sola interpretatur, **dixit** et non respondet homini, sed tantum orationi, eo quod iam concordare incipit in sententiam beati Iob. Mt V, (25): ,Esto consentiens adversario tuo, dum es cum
2 | eo in via.' **Potestas et terror apud eum**
M 70b **est**, hoc est terribilis potestas, ut unum substantivum in adiectivum alterius resolvatur, sicut ibi:

,Arma virumque cano' [1],

hoc est armatum virum. Ex XV, (11): ,Terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia.' Et intelligit de potestate tam in sapientia quam in opere, et etiam in sublimitate naturae. Ex XX, (18): ,Perterriti ac pavore concussi, steterunt procul.' **qui**, tamen supple, licet excelsus sit et immensus, **facit concordiam in sublimibus suis**, hoc est, ut concordes sint sublimia sua speculantes, sicut sapientiam, providentiam, gubernationem et huiusmodi. Ez I, (24): ,Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei.' Dionysius [2] dicit, quod ala significat altivolas in divinas contempla-
E 33b tiones, | quae sublimes sunt, et dum singula animalia volant, singula suis viis volant et diversis. Cum autem fit vox super firmamentum, ut ibidem dicitur, simul stant et submittunt alas suas, et vox quidem significat illuminationem desuper descendentem, status concordiam, submissio alarum defectum intellectus nostri ad divina.

Modum | autem istius concordiae sub- B 47d
iungit: **Numquid est numerus militum eius?** 3
M i l i t e s Dei dicuntur, qui militant in exercitiis inquisitionis sapientiae divinae, quorum quidem non est numerus, quoad nos. Dn VII, (10): ,Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei.'

Et cum omnes militant, omnes illuminantur et exaltantur in lumine sc., et hoc est, quod sequitur: **et super quem non surgit lumen illius?** L u m e n dicitur illuminatio ad veritatem. Ps (XXXV, 10): ,In lumine Tuo videbimus lumen.' I. ad Cor IV, (6): ,Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris.' Et dicit: s u r g i t, quia continue exaltantur in lumine inquirentes
Deum. Ps (XXXIII, 6): ,Accedite | ad M 70c
eum et illuminamini.' Et in lumine illo ad concordiam veritatis revertuntur. Prv IV, (18): ,Semita iusti quasi lux splendens et crescens in perfectum diem.' Ps (LXXXVIII, 16 17): ,In lumine vultus Tui ambulabunt, et in nomine Tuo exsultabunt tota die,' hoc est perfecta luce, ,et in iustitia Tua exaltabuntur.' Sic illuminata est facies Moysi ex consortio sermonis Domini. Ex XXXIV, (35) et II. ad Cor III, (18): ,Nos omnes, revelata facie gloriam Dei speculantes [a], in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem.'

Et subdit, qualiter humanae infirmitati imputandum est, si aliquid minus habens dixit, antequam in lumine Dei proficeret,
et hoc est: **Numquid iustificari**, hoc est 4
rectificari intellectum et affectum, **potest homo**, factus sc. ab humo, **comparatus Deo?** hoc est comparatus divinis. Sap IX, (14):
,Cogitationes mor|talium timidae et in- T 43a
certae providentiae nostrae.' Et paulo post (IX, 16 17): ,Quae in terra sunt, difficile aestimamus, et quae in prospectu sunt, invenimus cum labore. Quae autem in caelis sunt, quis investigabit? Sensum autem Tuum quis sciet? nisi Tu dederis

[a] contemplantes *FM.*

[1] *Vergil., Aen. 1, 1 (Lips. 1850 p. 85).* [2] *Cf. Dionys., De cael. Hierarch. 13, 4; Migne 3, 303.*

sapientiam et miseris spiritum sanctum Tuum de altissimis?‘ **aut apparere mundus**, hoc est mundi intellectus, **natus de muliere?** quasi dicat: Natus de muliere immersum habet intellectum et in carnem et in concupiscentiam, et ideo adeptum
F 37d et mundum intellectum | habere vix potest. Dicit enim Avicenna[1] in VI° de naturalibus, quod sanctus intellectus est, sive mundus, qui a phantasiis et erroribus liber est, et a carne penitus aversus. Iob XIV, (4): ‚Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne Tu, qui solus es?‘

5 Et hoc probat a maiori subdens: **Ecce etiam luna**, quae principaliter ad illuminationem tenebrarum posita est, **non splendet.** Gn I, (16): ‚Fecit lunam, ut praeesset nocti‘, et haec non splendet lumine proprio.
M 70d Eccli XLIII, (7): ‚Luna | luminare, quod minuitur in consummationem.‘ **et stellae**, quae tamen mundae videntur, **non sunt mundae in conspectu eius**, hoc est in comparatione ad ipsum. Sap VII, (29): ‚Haec est speciosior sole, et super omnem
B 48a dispositionem stel|larum; luci comparata, invenitur prior.‘ Et suppletur, si id, quod magis videtur inesse, non inest, nec id, quod minus; hoc est, si id, quod magis videtur lucere, non lucet, nec id, quod minus.

6 Et hoc est: **quanto magis**, supple non lucet, **homo putredo**, hoc est, qui est putredo. Mt VI, (23): ‚Si lumen, quod in te est, tenebrae sunt; ipsae tenebrae quantae erunt?‘ Et nota, quod primus homo putredo est in natura, secundus autem natus ab illo vermis est de putredine natus.

Et hoc est: **et filius hominis vermis.** Ps (XXI, 7): ‚Ego sum vermis, et non homo.‘ Is XLI, (14): ‚Noli timere, vermis Iacob.‘ Et intendit, quod, qui vermis est, quod ita putredini alligatus est, quod divina contemplari perfecte non potest.

## CAPITULUM XXVI.

**Respondens autem Iob dixit.** 1

DEFICIENTIBUS[a] adversariis suis[b] Iob hic confortat[c] sententiam suam, et quia sententia sua in duobus consistit,
| sc. quod gubernatio Dei, qua gubernat E 33c
mundum, sit dissimilis regimini humano, sicut ea, quae est secundum excellentiam sapientiae et scientiae Dei, et quod non sit[d] secundum ordinem iustitiae humanae. Ideo pars ista usque ad verba Eliu dividitur in partes duas. In quarum prima excellentiam Dei ostendit, in secunda autem se ponens in exemplum confirmat, quod ordine iustitiae humanae humana non regit. Infra (XXVII, 1) ibi: *Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam.* Prima dividitur in tres, secundum quod in tribus excellentia Dei ostenditur. Primo ostendit eam in operibus creationis, dispositionis et ornatus; secundo in retributione meritorum, infra (XXVII, 1) ibi: *Addidit quoque Iob;* tertio in investigatione sapientiae Dei, secundum quod per vestigium | et imaginem relucet in crea- M 71a
turis. Infra (XXVIII, 1) ibi: *Habet argentum venarum suarum.*

Praesens capitulum in tria dividitur. Primo enim iam multum confundit adver|- T 43b
sarium; secundo ex operibus omnia[e] excellentem ostendit Deum ibi (XXVI, 7): *Qui extendit aquilonem;* tertio dictorum ponit epilogum ibi (XXVI, 14): *Ecce ex parte dicta sunt.*

Prima duos habet paragraphos: Primo ex ratione confundit adversarium, secundo ex timore ibi (XXVI, 5): *Ecce gigantes.* In prima duo sunt, ex quibus confunditur adversarius, sc. quod praesumit iuvare fortem, et quod praesumit sapienti dare consilium.

Et hoc est: **Respondens autem Iob dixit.** Respondens, inquam, homini primo, et secundo orationi. Rom I, (14

[a] omnibus *add. EFM.* [b] suis *om. FM.* [c] conformat *FM.*
[d] regit *FM.* [e] omnibus *FM.*

[1] *Cf. Alb., Summa theol. 2, 5, 25, 2, 3 (XXXII, 282).*

15): ‚Sapientibus et insipientibus debitor
sum, ita quod in me promptum est.‘
Eccli V, (14): ‚Si est tibi intellectus, re-
sponde proximo tuo: sin autem, sit ma-
nus tua super os tuum, ne capiaris in
verbo indisciplinato, et confundaris.‘

Et subdit, quod forti dedit adiutorium:
2 **Cuius adiutor es?** hoc est, diligenter con-
sidera, quod excellenter fortis tuo adiu-
torio non indiget. Iuvare autem voluit,
quando iustitiam Dei humanis rationibus
voluit confirmare, et hoc est, quod sub-
B 48b dit: **numquid imbecillis?** supple, es ad|-
iutor, quod pium esset. Rom XV, (1):
‚Debemus, nos firmiores, imbecillitates
infirmorum sustinere.‘ Et hoc explanans
subdit: **et sustentas brachium eius**, hoc
est brachium regiminis eius, **qui non est
fortis?** quasi dicat, hoc non fecit, sed
fortem confortare praesumis, quando ra-
tione humana regimen eius fulcire inten-
dis. Is XL, (11): ‚In brachio suo con-
gregabit agnos.‘ Is XXX, (30): ‚Terrorem
brachii sui ostendit, in comminatione fu-
roris.‘

Et subdit de praesumptione sapientiae,
quod consilium dedit sapienti, et hoc est:
3 **Cui dedisti consilium?** Is XL, (13): ‚Quis
F 38a ad|iuvit spiritum Domini? aut quis con-
M 71b siliarius | eius fuit?‘ Et ostendit ei, et
irridendo subdit per ironiam: **forsitan illi,
qui non habet sapientiam?** Rom XI,
(33): ‚O altitudo divitiarum sapientiae et
scientiae Dei!‘ Ir X, (7): ‚Tuum est
decus: inter cunctos sapientes gentium,
et in cunctis regnis eorum nullus est si-
milis Tibi.‘ **et**, supple, quia hoc facere
non potuisti, **prudentiam tuam ostendisti**,
supple esse, **plurimam.** Sapientia quidem
in laude est, plurima vero in vituperium.
Rom XII, (3): ‚Dico omnibus, qui sunt
inter vos: non plus sapere, quam oportet
sapere, sed sapere ad sobrietatem.‘ Pto-
lemaeus[1] in principio Almagesti: Qui ex-
tendit scientiam suam ultra industriam,
quae in ipso est, sicut pastor debilis cum
multis ovibus. Prv XXV, (27): ‚Sicut,
qui mel comedit multum, non est ei bo-
num; sic qui perscrutator est maiestatis,
opprimetur a gloria.‘

Et hoc confirmat per rationem sub-
dens: **Quem docere voluisti?** licet supple 4
docere non posses. Is XL, (14): ‚Quis
instruxit eum?‘ **nonne eum, qui fecit spi-
ramentum?** hoc est primum sapientiae
receptaculum. Gn II, (7): ‚Inspiravit in
faciem eius spiraculum vitae.‘ Eccli XVII,
(6): ‚Creavit illis scientiam spiritus, et
sensu implevit corda eorum.‘

Et subdit repressionem adversariorum
ex timore: **Ecce gigantes**, de fortitudine 5
sua sc. praesumentes et Deo se oppo-
nentes. Gn | VI, (4): ‚Gigantes erant in T 43c
terra in diebus illis.‘ Et post pauca (Gn
VI, 4): ‚Isti sunt potentes a saeculo vi|ri E 33d
famosi.‘ **gemunt sub aquis**, in undationem
sc. ultionis divinae. Thr III, (54): ‚Inunda-
verunt aquae super caput meum; dixi:
Perii.‘ **et qui habitant cum eis**, sc. imi-
tatores eorum similiter gement. Hebr II,
(2): ‚Omnis inoboedientia iustam accepit
mercedis retributionem.‘

Et ne credant latere posse, subdit:
**Nudus est infernus coram illo.** Eccli 6
XXIII, (28): ‚Oculi Domini lucidiores | M 71c
super solem, circumspicientes omnes vias
hominum, et profundum abyssi.‘ Hebr
IV, (13): ‚Non est ulla creatura invisi-
bilis in conspectu eius.‘ **et nullum est
operimentum perditioni**, hoc est his, qui
perdi debent. Iob XXXIV, (22): ‚Non
sunt tenebrae, et non est umbra mortis,
ut abscondantur | ibi, qui operantur in- B 48c
iquitatem.‘

**Qui extendit aquilonem.** 7

Repressa importunitate adversariorum
excellentiam Dei ostendit, in tribus sc.
operibus creationis, dispositionis, et or-
natus.

Et hoc est: **Qui extendit aquilonem**,
hoc est caelum ab aquilone. Dicit enim
Aristoteles[2] in II. de Caelo et Mundo,
quod longitudo caeli est ab aquilone in
meridiem, et si imaginaremur hominem

[1] *Cf. Alb., Metaph. 2, 1, 1 (VII 116) et Phys. 1, 1 Comm. (VIII 6).*
[2] *Cf. Arist., De caelo et mundo 2, 2, 8 (II 391).*

dextra caelum volventem ab oriente in
occidentem, caput esset in aquilone et
pedes in meridie, sicut poetae[1] finxerunt
esse Atlantem. Secundum naturam igitur
principium extensionis caeli ab aquilone
est. Ps (CIII, 2): ‚Extendens caelum
sicut pellem.‘ **super vacuum.** Vacuum
dicitur capacitas mundi, in qua nihil ad-
huc factum fuerat. In creatis enim se-
cundum naturam primum creatum cae-
lum est. Is XLII, (5): ‚Haec dicit Do-
minus creans caelos et extendens eos.‘ **et
appendit terram super nihilum,** ut caelum
sc. in extremo sit in summo, et terra sit in
imo. Is XLIV, (24): ‚Ego sum Dominus,
faciens omnia, extendens caelos solus, sta-
biliens terram, et nullus Mecum.‘ Gn I,
(1 2): ‚In principio creavit Deus caelum et
terram. Terra autem erat inanis et vacua.‘

Et per extrema intelligit etiam media,
ignem sc., aërem et aquam, et subdit de
**8** opere dispositionis: **Qui ligat aquas, in
nubibus suis,** aquas ligare in nubibus
M 71d est aquas vaporabiliter in nubes con|ver-
tere et virtute caeli tenere, donec virtutes
caelestes induant, quibus infusae terris
terram ad germinandum moveant. Iob
XXXVII, (16): ‚Numquid nosti semitas
nubium magnas, et perfectas scientias?‘
**ut non erumpant pariter deorsum,** sed
supple guttatim resolutae proportionaliter
terram infundant, quae pariter erumpentes
terram subverterent, et vim tollerent ger-
minantium sicut in diluvio. Gn VII. Is
LV, (10): ‚Quomodo descendit imber, et
F 38b nix de caelo, et illic ultra non rever|titur,
sed inebriat terram, et infundit eam, et
germinare eam facit.‘

Qualitates enim elementales ad species
generatorum non moverent, nisi virtutes
T 43d caelestes induerent; calidum enim ignis
consumeret, frigidum inferiorum elemen-
torum motum abscideret et mortificaret,
humidum vero diffluere faceret et siccum
non continuaretur ad corporum quantita-
tem et figuram. Unde non per se, sed
virtutibus caeli movent ad species gene-
ratorum, et hoc declarat subdens: **Qui** **9**
**tenet vultum solii sui,** solium Dei cae-
lum est, in quo sedet sicut in solio con-
tinens et regens omnia. Prv XX, (8):
‚Rex, qui sedet in solio iudicii sui, dis-
sipat omne malum in|tuitu suo.‘ Vultus B 48d
autem solii istius superficies est con-
versa ad inferius, et est superficies stel-
lata. Per figuram enim stellarum et vir-
tutem influit elementis omnem virtutem
generationis et corruptionis et hanc tenet,
quamdiu virtutes generationis et corrup-
tionis influit, hoc est quamdiu mundus
stat. Iob XXIII, (3): ‚Quis mihi tri-
buat, ut cognoscam et inveniam illum,
et veniam usque ad solium eius?‘ Inde
enim Deus, ut prima causa, omnibus his,
quae | sunt, esse et motum influit. Is M 72a
ultimo (LXVI, 1): ‚Caelum sedes mea, et
terra scabellum pedum meorum.‘ **et ex-
pandit super illud nebulam suam.** Ne-
bula vapor dicitur, quia, cum virtus
caeli inferioribus infunditur, necesse est,
quod inferiora rationabiliter ad receptio-
nem aperiantur et eleventur, et hoc fit
per evaporationem. Eccli XLIII, (24):
‚Medicina omnium in festinatione nebulae.‘

**Terminum circumdedit aquis,** humidum **10**
sc. a sic|co distinguens. Gn I, (9): ‚Con- E 34a
gregentur aquae in locum unum, et ap-
pareat arida.‘ Iob XXXVIII, (8): ‚Quis
conclusit ostiis mare, quando erumpebat
quasi de vulva procedens.‘ Et paulo post
(XXXVIII, 10): ‚Circumdedi illud termi-
nis Meis, et posui vectem et ostia.‘ **usque
dum finiantur lux et tenebrae,** hoc est suc-
cessio lucis et tenebrarum sive noctis et
diei, hoc est, quamdiu mundus stabit in suc-
cessione generationis et corruptionis. Gn
VIII, (22): ‚Nox et dies non requiescent.‘

De modo autem confirmationis subdit:
**Columnae caeli contremiscunt;** columnae **11**
sunt praecepta confirmantia caelum, quae
contremiscunt, quando cum reveren-
tia oboediunt. Bar III, (33): ‚Qui emittit
lumen, et vadit et vocavit illud, et
oboedit illi in tremore.‘ **et pavent ad**

[1] *Cf. Horat., Carm. 1, 34, 11 (Lips. 1870 p. 27); cf. Verg., Aen. 8, 136 sqq (Lips. 1850 p. 236); cf. Ovid., Fast. 5, 169 (Argent. 1807 p. 128).*

**nutum eius.** Nutus Dei signum voluntatis eius est, ad quod signum omnis oboedit creatura. Mt VIII, (27): ‚Qualis est hic, quia venti et maria oboediunt ei?‘

Et hoc idem est in elementis inferiori-
12 bus. Unde sequitur: **In fortitudine illius,** hoc est in fortitudine[a] praecepti eius, **repente maria congregata sunt.** Maria dicit pluraliter[b] propter amphitritem et mediterraneam. Gn I, (10): ‚Congregationes aquarum appellavit maria.‘ Ps (CIII, 9): ‚Terminum posuisti, quem non transgrediuntur, neque convertentur operire terram.‘

M 72b Nec hoc | tantum est in corporalibus, sed etiam in spiritualibus; ordinat enim et disponit etiam id, quod per malitiam voluntatis obnititur. Et hoc est, quod sequitur: **et prudentia eius percussit superbum,** hoc est Satan, in omnibus effectibus suis. Is LI, (9): ‚Numquid non Tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?‘ Sap
T 44a VIII, (1): | ‚Attingit ergo[c] a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.‘

B 49a Post dispositionem sup|ponit[d] de ornatu
13 incipiens a summo: **Spiritus eius,** hoc est Dei, **ornavit caelos,** per stellas sc. et imagines stellarum. Eccli XLIII, (10): ‚Species caeli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis Dominus.‘ Et subito transit ad infimum: **et obstetricante manu eius,** hoc est sapientia operationis eius, **eductus est,** supple de non esse in esse ad terrae ornatum, **coluber tortuosus;** coluber maximum animalium est, per quod intelligitur omnis terrae ornatus in animalibus et etiam ornatus aquae et
F 38c aeris. Ps (CIII, 26): ‚Dra|co iste, quem formasti ad illudendum ei.‘ Quidam tamen litteraliter exponentium locum hunc per draconem intelligunt[e] ornatum caeli quendam, motum sc. VII planetarum in circulis deferentibus per modum tortuositatis draconis zodiacum intersecantibus, per quem totus motus fit omnium stellarum, qui a philosophis[1] vocatur motus planes, hoc est erraticus, et vocatur iste circulus draco. Unde distinguunt motum capitis et caudae draconis, caput autem et caudam vocant nodos, in quibus iste circulus intersecat zodiacum, et dicunt hos nodos quolibet anno ab oriente in occidentem moveri XVIII gradibus, quem Arabes vocant geusaar[2], quem Deus in caelo produxit in esse, ut stellae, quae quasi vivificum principium sunt | in caelo, signis M 72c
undique inveherentur[f], et ita exponunt Abraham[3], Isaac[4] et Moyses Aegyptius[5], philosophi Iudaeorum.

His dictis ponit epilogum, per quem ad intentam redit conclusionem, et hoc est: **Ecce haec,** supple quae dicta sunt, **ex** 14
**parte dicta sunt,** hoc est imperfecte. I. ad Cor XIII, (9): ‚Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus.‘ **viarum eius,** hoc est de viis eius, hoc est de operibus, quia Graeci carent ablativo et genetivum ponunt loco ablativi. Et concludit, quod intendit: **et cum vix parvam stillam,** hoc est minimum quid stillans ab ipso in signum[g] operum eius, **sermonis eius,** hoc est de ipso, **audierimus,** hoc est, per auditum percepimus. Is XL, (15): ‚Ecce gentes quasi stilla situlae, et quasi momentum staterae reputatae sunt.‘ **quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?** Tonitruum enim sine concussione capitis non auditur, et significat excellentiam sermonis de Deo | in se ipso, E 34b
qui tam excellens est, quod omnem excellit[h] cogitatum et concutit intellectum et confundit. Iob XXXVII, (4): ‚Tonabit voce magnitudinis suae, et non investigabitur, cum audita fuerit vox eius.‘ Et ibidem (XXXVII, 5): ‚Tonabit Deus in voce sua mirabiliter.‘

[a] virtute *FM.* [b] in plurali *FM.* [c] enim *FM.* [d] subdit *FM.*
[e] volunt intelligi *FM.* [f] veherentur *FM.* [g] signo *EFM.* [h] evertit *EFM.*

[1] *Cf. Arist., Metaph. 11, 8, 6 (II 607) et De mundo 2 (III 628). Cf. Alb., S. th. 2, 9, 34, 4 (XXXII 375).*
[2] *Freytag, Lexic. arab.-lat. I 324:* gauzahar, caput et cauda draconis.
[3] *Cf. Abraham, Buch Ramah 8 (Francof. 1852 p. 52).* [4] *Non inveni.*
[5] *Rabbi Moses Maim. Dux 2, 10 (Basil. 1629 p. 206).*

## CAPITULUM XXVII.

1 **Addidit quoque Iob.**

HIC incipit pars, in qua excellentiam
B 49b Dei in retributione meritorum ma|-
nifestat. Dividitur autem in partes duas.
In prima parte, quia sermo de moribus
creditur ei, qui diligit virtutem et hone-
T 44b statem, ut dicit Philosophus in IX. | Ethi-
corum[1], ostendit honestatem dicentis. In
secunda ipsum sermonem proponit ibi
(XXVII, 8): *Quae est enim spes hypo-
critae.* In prima duo sunt, sc. honestas
dicentis, et iniuria contradicentis ibi
M 72d (XXVII, 7): *Sicut | impius.* In prima
adhuc duo sunt, sc. propositum perseve-
randi in vita virtutis, et honestas pristi-
nae conversationis, et mali etiam in alio
displicentia.

Et hoc est: **Addidit quoque Iob.** Cum
enim demonstraverit vias Dei in mundi
conditione, addidit, ut demonstraret
easdem in bonorum et malorum retribu-
tione, **assumens parabolam,** in quo tangit
modum loquendi; per similitudines enim
loquitur probans id, quod intendit. Ps
(LXXVII, 2): ,Aperiam in parabolis os
meum: loquar propositiones ab initio.'
Mt XIII, (34): ,Sine parabolis non loque-
batur ad eos.' **et ait,** per iuramentum
sc. confirmans veritatem sc. de divinis:
2 **Vivit Deus,** in vice adverbii est vivit
Deus, sicut etiam III. Rg XVII, (1):
,Vivit Deus, in cuius conspectu sto.' Hoc
est, per vitam Dei iuro, et est in vice
adverbii iurandi, ut Edepol[2] et Castor!
hoc est per aedem Apollinis iuro et per
Castorem, **qui abstulit iudicium meum,**
hoc est per poenas efficit, ut verum iu-
dicium de me non habeatur, sed sicut
culpabilis et obnoxius poenae iudicer. Is
LIII, (8): ,In humilitate iudicium eius sub-
F 38d latum est.' Iob XVI, (9): ,Rugae meae |
testimonium dicunt contra me.' **et Omni-
potens,** supple vivit, qui creatura sua
potest uti, ad quod vult, **qui ad amari-
tudinem adduxit animam meam,** damni
sc. et corporis afflictione. Ruth I, (20):
,Vocate me Marach[a]: hoc est amaram,
quoniam amaritudine me replevit valde
Omnipotens.'

**Quia donec superest halitus in me,** hoc 3
est spiritus vivificus. Et hoc exponens
subdit: **et,** id est, **spiritus Dei,** hoc est
a Deo datus **in naribus meis;** hoc dicit,
quia naturalis anhelitus est per nares, et
per os foeditus de stomacho procedens.
| Io VI, (64): ,Spiritus est, qui vivificat.' M 73a
Gn II, (7): ,Inspiravit in faciem eius spi-
ritum vitae.' Sap II, (2): ,Fumus et flatus
est in naribus nostris, et sermo scintillae
ad commovendum cor nostrum.'

**non loquentur labia mea iniquitatem,** 4
per labia fit distinctio sermonis et arti-
culatio, et intendit, quod distincto et
ordinato sermone iniquitatem non protulit.
Mal II, (6): ,Lex veritatis fuit in ore
eius, et iniquitas non est inventa in la-
biis eius.' **nec lingua mea,** per quam sc.
trahitur conceptus cordis in verbum, **me-
ditabitur mendacium.** Is LIII, (9), et
I. Petr II, (22): ,Peccatum non fecit, et
non est inventus dolus in lingua eius.' Et
nota, quod dicit meditabitur; ex me-
ditatione enim non protulit, licet forte ex
subreptione[b] | aliquando dixerit falsum. B 49c
Ps (V, 7): ,Perdes omnes, qui loquuntur
mendacium.'

Et subdit de detestatione falsitatis et
pravitatis: **Absit a me, ut iustos vos esse** 5
**iudicem,** quia enim odi iniquitatem in
me, non approbo eam in vobis. Prv VIII,
(13): ,Arrogantiam et superbiam et viam
pravam et os bilingue detestor.' Hab I,
(13): ,Mundi sunt | oculi Tui, ne videas T 44c
malum, et respicere ad iniquitatem non
poteris.' **donec deficiam,** per mortem sc.
**non recedam ab innocentia mea,** qua sc.
per culpam nulli nocui, nec aliena me
culpa noxium fecit. Ps (C, 2 3): ,Per-
ambulabam in innocentia cordis mei in | E 34c

[a] *sic CC,* Mara *Vulgata.* [b] subruptione *EFM.*

[1] *Cf. Arist., Ethic. Nic. 9, 3, 3 (II 106).*
[2] *Cf. Gesner, Thesaur. erud. schol. (Lips. 1735) II 269.*

medio domus meae. Non[a] proponebam ante oculos rem iniustam: facientes praevaricationes odivi.‘[a]

6 Et ideo supple **Iustificationem meam**, operum sc. meorum, **quam coepi**, ab ineunte sc. aetate, **non deseram**. II. Mach VI, (23): ‚Eleazarus cogitare coepit aetatis suae ac senectutis eminentiam dignam
M 73b et ingenuam nobilitatis canitiem, | atque a puero optimae conversationis actus et secundum sanctae et a Deo conditae legis constituta, respondit cito, se velle praemitti in infernum,‘ sc. antequam admittere illicita, propter vitae amorem. **neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea**, supple de mortali peccato, quia illa est vera reprehensio. I. Io III, (21 22): ‚Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: et quidquid petierimus, accipiemus ab eo.‘ Ps (LXXXIII, 13): ‚Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.‘

Et subdit, qualiter iniuriosus est, qui
7 sententiam veritatis impugnat: **Sit, ut impius, inimicus meus**; privatus est enim pietate[b], quae est benevolentia in bonos, et inimicus est boni potius quam hominis. Ps (CVIII, 4): ‚Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi.‘ Est VII, (6): ‚Hostis et inimicus noster pessimus est iste Aman,‘ qui iniquus[c] et impius interpretatur. Quod exponens subdit: **et**, id est **adversarius meus quasi iniquus**, hoc est similis iniquo; veritatem enim persequitur, et non hominem. Ps (XXIV, 19): ‚Odio iniquo oderunt me.‘ Act XIII, (10): ‚O plene dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas.‘

8 **Quae est enim spes.**

Postquam ostendit, quod sibi credendum est de moribus, proponit Dei iudicium in remuneratione malorum. Et hoc facit dupliciter, sc. in exspectatione mali et in descriptione mali, quod patietur per partes ibi (XXVII, 14): *Si multiplicati fuerint filii*. In prima duo sunt, sc. sententia Dei, quod nihil exspectat malus nisi malum, et quod haec sententia in cordibus omnium manifesta est ibi (XXVII, 11): *Docebo vos*.

Et hoc est: **Quae est enim spes hypocritae**, hoc est simulatoris, **si avare rapiat**, | hoc est per simulationem aliena M 73c
accipiat. Prv X, | (28): ‚Spes impiorum B 49d
peribit.‘ Prv XI, (9): ‚Simulator ore decipit amicum suum.‘ **et non liberet Deus animam eius?** Sensus est: Quid sperare potest, pro quo velit non liberari animam.
Iob II, (4): ‚Pellem | pro pelle, et cuncta, F 39a
quae habet homo, dabit pro anima sua.‘

Et ostendit, quod liberationem animae non recipiet, quia Deus eum non exaudiet.
Et hoc est: **Numquid Deus audiet**, hoc 9
est exaudiet, **clamorem illius**. Is ultimo (LXV, 14): ‚Prae dolore cordis clamabitis et prae contritione spiritus ululabitis.‘ **cum venerit super illum angustia?** hypocritam sc. et impium. Thr III, (8): ‚Sed et cum clamavero et rogavero, excludit orationem meam.‘ Prv I, (28):
‚Tunc invocabunt, | et non exaudiam: T 44d
mane consurgent ad me et non invenient
me.‘ **Aut poterit in Omnipotente delec-** 10
**tari?** Hoc est in Omnipotentis adiutorio ad delectationes redire, quasi dicat: non. Dicetur enim ei illud Lc XVI, (25): ‚Recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.‘ Prv I, (26): ‚In interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis, quod timebatis, advenerit.‘ **et**, supple numquid poterit, **invocare Deum**, hoc est in se vocare, ut reparatorem et consolatorem, **in omni tempore?** quasi dicat: non. Is I, (15): ‚Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos Meos a vobis; cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam.‘

Et subdit de huius sententiae mani-
festatione: **Docebo vos per manum Dei**, 11
hoc est per exempla bonorum et malorum, quae fecit Deus, **quae Omnipotens habeat**, quasi sc. pro forma iudicii sui et regula. Act XX, (26 27): ‚Innocens ego sum a sanguine omnium vestrum. Non

[a] Non . . . odivi *om. EFM.* [b] proprietate *FM.* [c] inimicus *EFM.*

enim subterfugi, quominus annuntiarem
vobis omne[a] consilium Dei.‘ Et ibidem
(Act XX, 20): ‚Quomodo nihil subtraxerim
vobis utilium, quominus annuntiarem vo-
bis[a], et docerem vos publice.‘ Et hoc est:
M 73d **non abscondam.** Sap | VI, (24): ‚Non
abscondam a vobis sacramenta Dei, sed
E 34d ab initio nativitatis investigabo, et po|nam
in lucem.‘

Et quod haec per se nota sint, subdit:
12 **Ecce enim vos omnes nostis**; scriptum
enim est in omnium cordibus. Ir XXXI,
(34): ‚Omnes sicut me a maiore eorum
usque ad minorem eorum.‘ **et quid**, hoc
est quare, **sine causa vana loquimini?**
pro falsitate sc. sub simulatione veritatis
disputando. Sap XIII, (1): ‚Vani sunt om-
nes homines, in quibus non subest scientia
Dei.‘ Prv XII, (8): ‚Qui vanus et excors
est, patebit contemptui.‘

Quid autem manifestum sit omnibus, sub-
13 dit, quod sc. **Haec est pars hominis impii**;
pars dicitur, quia totum infinitum est et
numquam finietur et ideo totum explicari
non potest. Ps (CXLVIII, 8): ‚Ignis, grando,
nix, glacies, spiritus procellarum, pars
calicis eorum.‘ **apud Deum**, hoc est apud
iustitiam divinam. Dt XXXII, (35 36):
‚Cum accepero tempus, ego iustitiae iudi-
B 50a cabo.‘ **et haereditas**, cui sc. | haerebunt,
**violentorum**, hoc est violentias aliis in-
ferentium, **quam ab Omnipotente**, cui nemo
resistere potest, **suscipient.** Sap VI, (7):
‚Potentes potenter tormenta patientur.‘

Et hoc describit per partes:
14 **Si multiplicati fuerint.**

Et primo ponit poenas in successione
posteritatis, secundo in utilitate divitia-
rum, tertio in multitudine poenarum in-
fernalium. Et hoc est: **Si multiplicati
fuerint filii eius.** Filii dicuntur succes-
sores naturae et successores malitiae.
Sap IV, (6): ‚Ex iniquis omnes filii, qui
nascuntur, testes sunt nequitiae in pa-
rentes suos interrogatione sua.‘ Et hoc
est: **in gladio erunt**, gladius hic dici-
M 74a tur vindicta ulciscens iniquitatem. | Iob
XIX, (29): ‚Fugite a facie gladii, quoniam
ultor iniquitatum gladius est.‘ Dt XXXII,
(41): ‚Si acuero ut fulgur gladium Meum,
et arripuerit iudicium manus Mea: red-
dam ultionem hostibus Meis.‘ **et nepotes**,
eius filii sc. filiorum, **non satu|rabuntur** T 45a
**pane**, hoc est prae inopia, et necessitatem
panis habebunt. Is XIV, (20 21): ‚Se-
men pessimorum. Praeparate filios eorum
occisioni in iniquitate patrum eorum: non
consurgent.‘ Os IX, (13): ‚Deducet ad
interfectorem filios suos.‘ **qui reliqui** 15
**fuerint ex eo**, de tota sc. progenie et
generatione, **sepelientur in interitu.** Is
XIV, (22): ‚Perdam Babylonis nomen et
reliquias et progeniem et germen.‘ **et
viduae illius**, orbatae maritis pessimis,
**non plorabunt**, sed potius laetabuntur,
quod a tam malis liberatae sunt.

Et subdit de amissione divitiarum: **Si** 16
**comportaverit quasi terram argentum**,
hyperbole est, hoc est abundanter. Et
argentum dicitur omne, quod argento
vel numismate[b] mensuratur, ut dicit Ari-
stoteles[1] in V. Ethicorum. III. Rg X,
(27): ‚Fecit, ut tanta esset abundantia
argenti, quanta et lapidum.‘ | **et sicut** F 39b
**lutum praeparaverit vestimenta**, in de-
corem sc., et per lutum nota, quod in
tanta abundantia sit, quasi ad conculcan-
dum. Hab II, (6): ‚Vae qui multiplicat
non sua, ut quid etiam aggravat contra
se densum lutum.‘ **praeparavit quidem**, 17
hoc est, congregavit. Lc XII, (20): ‚Quae
praeparasti, cuius erunt?‘ **sed iustus**, iu-
dex sc. condemnans eum et publicans
bona illius vel in fiscum congregans, **ve-
stietur illis**, hoc est, distribuet ad vestien-
dum, **et argentum**, supple congregavit,
**innocens**, publicus sc. iudex nulli nocens
per iniquitatem, **dividet**, vel | fisco vel ad M 74b
usum reipublicae. Iac V, (1 3): ‚Agite
nunc, divites, plorantes in miseriis, quae
supervenient vobis. Aurum vestrum et
argentum aeruginavit; et aerugo illius
erit vobis in testimonium, et manducabit
carnes vestras sicut ignis.‘ Eccle V,

[a] omne . . . vobis *om. B add. ex TEFM.*

[b] commutatur vel *add. FM.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 5, 5, 10 (II 58).*

(12): ,Divitiae conservatae in malum do-
B 50b mini sui.‘ Pereunt | enim in afflictione
pessima; et horum omnium quandam sub-
18 iungit rationem et suppletur, quia **Aedi-
ficavit sicut tinea domum suam**, quae,
quidquid aedificat, consumit, ita ille, quid-
quid congregavit per sollertiam, con-
sumpsit per avaritiae demeritum. Is XIV,
(11): ,Subter te sternetur tinea, et operi-
mentum tuum vermes.‘ **et sicut custos**,
vineae sc. vel cucumerarii **fecit umbra-
culum**, et in hoc nota stultitiam. Stultus
E 35a enim est custos, si propter parvum tem|-
pus magnum construit aedificium in pro-
ximo ab ipso derelinquendum, et ita stul-
tus est, qui aedificat in mundum. Is I,
(8): ,Derelinquetur sicut umbraculum in
vinea, et sicut tugurium in cucumerario,
et sicut civitas, quae vastatur.‘
19 Qualiter autem hoc fiat, subdit: **Dives,
cum dormierit**, somnum sc. mortis, **nihil
secum auferet** ex omnibus divitiis. I. ad
Tim ultimo (VI, 7): ,Nihil intulimus in
hunc mundum: haud dubium, quia nec
portare quid possumus.‘ **aperiet oculos
suos**, quos culpa clauserat, **et nihil in-
veniet**. Ps (LXXV, 6): ,Dormierunt som-
num suum, et nihil invenerunt omnes viri
divitiarum in manibus suis.‘
T 45b Et subdit de successione poe|narum in-
20 ferni, et hoc est: **Apprehendet eum, quasi
aqua, inopia**, hoc est omnis boni defectus,
M 74c quem apprehendit, aqua exterius operit
et intus replet, sicut inundationes inferni
exterius circumdant et intus replendo
cruciant. Sap V, (23): ,Flumina con-
currunt duriter.‘ **nocte**, quae a nocendo
dicitur, et significat tenebras inferni, **op-
primet eum tempestas**, hoc est impetus
indignationis divinae insiliens in eos.
Soph. I[a]: ,Dominus in tempestate viae
eius.‘
21 **Tollet eum ventus urens**, ventus
urens successio[b] diaboli est, quae facit
eum tolli a consortio omnis boni. Sap
V, (24): ,Contra illos stabit virtutis spi-
ritus, et tamquam turbo venti dividet
illos.‘ **et auferet**, supple ventus. Is LXIV,
(6): ,Iniquitates nostrae quasi ventus
abstulerunt nos.‘
Et hoc est, quod sequitur: **et velut
turbo rapiet eum de loco suo**, hoc est
de vita ista, ubi habitavit in deliciis.
Turbo ventus involutionis est et intel-
ligitur, quod undique poenis involvitur.
Is XXX, (30): ,In flamma ignis devoran-
tis: allidet in turbine et in lapide gran-
dinis.‘ Is XXVIII, (2): ,Sicut impetus
grandinis; turbo confringens.‘
**Emittet super eum**, poenas sc., quas 22
nunc ex misericordia continet, **et non
parcet**. Prv VI, (34 35): ,Zelus et furor
viri non parcet in die vindictae nec ac-
quiescet cuiusquam precibus, nec accipiet
pro redemptione dona plurima.‘ Iob XX,
(23): ,Emittat in eum iram furoris sui,
et pluat super eum bellum suum.‘ **de
manu eius fugiens fugiet**, hoc est, de
manu ferientis continue fugere appetit
propter amaritudines poenarum, | et ta- B 50c
men effugere non poterit. Is XVI, (2):
,Erit quasi avis fugiens.‘ **et stringet**, 23
supple severus | iudex, **super eum**, impium M 74d
sc., **manus suas**, ut evadere non possit.
II. Mach VI, (26): ,Manum omnipotentis
Dei nec vivus nec mortuus effugiam.‘ Dt
XXXII, (39): | ,Non est, qui de manu F 39c
mea possit eruere.‘ Et qualis sit in me-
moria vivorum, subiungit: **sibilabit super
illum**, in derisione sc. **intuens locum eius**,
sc. a quo cecidit et in quem cecidit.
Thr II, (15): ,Plauserunt super te mani-
bus omnes transeuntes per viam, sibila-
verunt et moverunt capita sua.‘ Is XIV,
(12): ,Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer,
qui mane oriebaris? corruisti in terram,
qui vulnerabas gentes?‘

## CAPITULUM XXVIII.

### Habet argentum. 1

IN hoc capitulo beatus Iob ostendit ex-
cellentiam sapientiae in vestigio crea-
turarum, et sunt alia tria capitula con-
cordantia super istud, sc. VIII. Proverbio-

[a] Soph. I *CC*; *cf. Nah 1, 3.* [b] temptationis *add. FM.*

rum, XXIV. Ecclesiastici, et maxime III. Baruch.

Dividitur autem in tres partes. In prima ostendit profundum sapientiae, secundum quod relucet in creaturis. In secunda ponitur inquisitio sapientiae ibi (XXVIII, 12): *Sapientia vero*[a] *ubi invenitur?* In tertia acquisitio et adeptio sapientiae ibi (XXVIII, 18): *Trahitur autem sapientia de occultis.*

In prima duo sunt. Primo enim ostendit | T 45c profundum sapientiae in his, quae generantur in profundo; secundo occultum sapientiae, quod ex profunditate causatur ibi (XXVIII, 7): *Semitam ignoravit avis.*

In prima quinque sunt, quorum primum est de generatione eorum, quae sunt in profundo, secundum de loco generationis, tertium de occultatione loci, quartum de transmutatione loci, quintum de conversione loci in locum alterius generationis. Et hoc est: **Habet argentum**, in imis sc. generatum **venarum suarum**, ex quibus sc. generatur | M 75a **principia**, a quibus sc. oritur per sapientiam divinam in profundis terrae. Dt VIII, (8 9): ,Terram, cuius lapides ferrum sunt, | E 35b et de montibus eius aeris metalla fodiuntur,' per aes enim intelligit omne metallum; **et auro locus est, in quo conflatur**; conflatur in quantum ad hoc, quod sit aurum, non quod liquescat in terrae visceribus, nullo sc. cooperante nisi sapientia divina. Unde Agg II, (9) dicit: ,Meum est aurum, et Meum est argentum.' Quod enim omnia ista a sapientia divina sint primo, et in libro de Causis[1], et in secundo Metaphysicae[2] probatur per talem rationem: Quidquid est in multis per unam rationem in ipsis, est in uno primo, quod est causa omnium eorum, formativa autem ad speciem in multis est per unam rationem in illis, ergo est in uno primo, quod est causa omnium aliorum. Primum autem formans constat, quod est sapientia divina. Illa enim influit in intelligentiam, intelligentia autem in animam, et anima in naturam, ut dicitur in libro de Causis[3]. Unde summum et primum, quod | B 50d in effectibus naturae investigatur, sapientia divina est, quae primum principium vitae est et esse, et primum principium luminis et virtutis et pacis, in qua sc. quiescit totus animus. Bar III, (14): ,Disce, ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul, ubi sit longiturnitas vitae et victus, ubi sit lumen oculorum et pax.'

Et subdit de aliis metallis generatis in imo. Primum sumitur iuxta argentum, secundum iuxta aurum. Et hoc est: 2 **Ferrum de terra tollitur**, ferrum enim nascitur de faeculento[4] argento vivo et scabroso[4] sulfure, a quibus, si scabrositas tollatur[b] et faeculentia et remaneat mineralis vis frigiditate congelans | M 75b humidum, valde depuratum efficitur argentum, ut dicit Avicenna in Alchimia[5]. Unde Dt VIII, (9): ,Cuius lapides ferrum sunt.'

Et subdit de eo, quod accipitur iuxta aurum: **et lapis solutus calore in aes vertitur**; lapis dicitur, ut dicit Hermes[6], omne, quod non evaporat in igne, eo quod sola coagulatione, quae generatio lapidis est, generatur, et est regulariter verum, ut in IV. Meteororum[7] dicitur, quod omne, quod coagulatur ex humido frigido, solvitur calido sicco, sicut argentum, aurum ferrum, aes et omnia metalla, quae in profundo terrae generantur. In prima enim generatione in lapide immixtum est aes, et igne solvente liquescit et depuratur. Dt XXXIII, (25): ,Ferrum et aes

[a] autem *FM.* [b] auferatur *FM.*

[1] *Cf. Lib. de Causis 8 (ed. Bardenhewer, Frib. 1882 p. 172); cf. Alb., De Causis 1, 4, 6 (X 421).*
[2] *Cf. Alb., Metaphys. 2, 1, 6 (VI 123).* [3] *l. c. annot. 1 (ib. p. 173).*
[4] *Cf. Alb., De min. 4, 1, 6 et 8 (V 90 et 94).* [5] *Cf. ib. 3, 1, 9 (V 71).*
[6] *Cf. Herm. Past. 1, 8, 2 (ed. Tubing. Hefele 1855 p. 332; Funk 1887 p. 357); cf. Alb., De min. 1, 1, 3 et 4 et 2, 1, 3 (V 5 et 27), ubi Herm., Secretum secretissimorum et lib. de min. virt. citantur.*
[7] *Alb., Meteor. 2, 8 (IV 758).*

T 45d calceamentum eius,‘ | hoc est, in tanta
F 39d abundantia | habebit, quod sint ad con-
culcationem; nemo enim calceamenta de
aere facit, et intendit, quod in occultissi-
mis et in imis terrae hoc non format,
nisi sapientia divina. Beatus Gregorius[1]
dicit, ‚quod argentum eloquentiae venas
accipit a sacra scriptura, ut sc. eloquentia
nullum modum ponat, quem sacra scrip-
tura non posuit. Eadem scriptura locus
est, in quo conflatur aurum sapientiae.
Non enim licet nobis sapere, nisi quod
scriptura praedeterminavit. I. ad Cor II,
(13): ‚Loquimur non in doctis humanae
sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus,
spiritualibus spiritualia comparantes.‘ Per
ferrum[2] autem, quod domat cetera me-
talla, intelligitur scientia argumentandi,
confringens[a] haereses, quae iterum non
habetur nisi per sapientiam divinam. Sap
VIII, (8): ‚Scit versutias sermonum et
dissolutiones argumentorum.‘ Per aes
vero, quod sonorum est, ut dicit Philo-
M 75c sophus[3], profecto, quoniam aere | plenum
est, ipsa sacra scriptura intelligitur, so-
nora et spiritu plena. Ez I, (7): ‚Scin-
tillae quasi aeris aspectus candentis.‘
Litteraliter autem intelligit, quod etiam
in infimis terrae vestigia sapientiae Dei
ostenduntur. In epistola ad Rom I, (20):
‚Invisibilia Dei per ea, quae facta sunt,
intellecta conspiciuntur; sempiterna quo-
B 51a que virtus | eius et divinitas.‘

Et subdit de loco generationis istorum:
3 **Tempus posuit tenebris**, hoc est, tempus
generationis istorum posuit in tenebris,
hoc est in terrae tenebrosis visceribus,
ubi undique circumposita terra et mons
evaporare non sinunt materiam et vapo-
rem ad ima, ut inspissetur, reflectunt;
omnia, quae in superficie terrae nascun-
E 35c tur et lucem attingunt, | aliquid vitae
participant, ut planta, animalia et homi-
nes; **et**, id est quia, **universorum finem**,
ad quem sc. per generationem duci potest,
**ipse**, Deus sc. summa sapientia **considerat**.
Unde, cum metalla et lapides nihil vitae
habeant, tempus generationis eorum pro-
prie in tenebris est, sola[b] enim habent
formam coagulationis. Iob XXXVIII, (18
19): ‚Indica mihi, ubi habitet lux, et
tenebrarum quis sit locus.‘

De occulto autem, quod est de sapien-
tiae operibus, in his subdit: **lapidem quo-
que caliginis**, hoc est in caligine natum,
**et id est umbram mortis**, hoc est in um-
bra, ubi nihil vitae est.

**Dividit torrens**, fluxus a monte[c] descen- 4
dens cum impetu torrore solis ex nivibus
liquefactis resolutus torrens vocatur, et
ideo cum impetu venit trahens secum la-
pides et ligna et terram multam, per quae
obruit et occultat in imis generata ab
hominibus, et hoc est, quod dividit talia
ab hominibus. Et hoc est, quod | dicitur M 75d
Is XLV, (3): ‚Dabo tibi thesauros abs-
conditos, et arcana secretorum, ut scias,
quia ego Dominus.‘ A quo autem dividat,
subdit: **a populo peregrinante**, peregri-
nans populus est vagis hospitiis ha-
bitans in terra, sicut praecipue sunt mi-
neras metallorum quaerentes, quibus di-
citur | Gn IV, (12): ‚Vagus et profugus T 46a
eris super terram‘ omnibus diebus vitae
tuae.

Quomodo autem dividat, subdit? **eos**, sc.
lapides caliginis, **quos oblitus est**;
oblitus esse dicitur, quia non cognovit,
**pes egentis hominis**, thesauros sc. propter
indigentiam inquirentis, **et**, id est quia,
**invios**. Bar III, (18): ‚Qui argentum
thesaurizant et aurum, in quo confidunt
homines, et non est finis acquisitionis
eorum? qui argentum fabricant et solliciti
sunt, nec est inventio operum illorum.‘
Talia enim, quia in profundissimis gene-
rantur, a paucis inveniuntur. Spiritua-
liter exponit Gregorius[4] dicens, quod
tempus posuit tenebris, quando umbris
veteris legis tempus statuit, ut ad lucem
veritatis reducerent, vel iniquis, quando
iniqui esse desistant. Is IX, (2): ‚Popu-

[a] configens *FM.* [b] solam *EFMT.* [c] fluxus a monte *iterum add. B.*

[1] *Greg., Mor. 18, 26, 39; Migne 76, 58.* [2] *Cf. col. 244/40 et Greg., Mor. 18, 27, 44; Migne 76, 61.*
[3] *Arist., De anima 2, 8, 1 (III 454).* [4] *Cf. Greg., Mor. 18, 31, 50; Migne 76, 64.*

lus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis.‘ Lapidem autem caliginis[1] dicit esse cor infidelitate caliginosum, obduratione pietatis durum, B 51b | frigiditate caritatis gelidum. Ez XXXVI, (26): ‚Auferam a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum.‘ Torrentem[2] dicit esse fluvium igneum, de quo dicitur Dn VII, (10): ‚Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.‘ Populum peregrinantem[3] dicit esse numerum electorum, qui hanc vitam sibi exilium deputant et ad supernam suspirant. F 40a Hebr XI, (13): | ‚Confitentes, quoniam peregrini et hospites sunt super terram.‘ Pedem egentis hominis[4] gressum Christi dicit M 76a | gradientis ad corda hominum illuminanda, convertenda et sanctificanda, cuius pes tales caliginosos obliviscitur. II. ad Cor VIII, (9): ‚Propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut vos illius inopia divites essetis.‘ Eosdem vocat invios[5], quia sanctae praedicationis verba ad tales viam non habuerunt. In Ps (LXII, 3): ‚In terra deserta et invia et inaquosa: sic in sancto aparuerunt tibi.‘ Positis operibus sapientiae in imo, tangit opera, quae facit in supremo in terrae superficie, et per ea, quae sunt in imo.

5 Et hoc est: **Terra, de qua oriebatur panis**, hoc est omne, quod ad nativitatis fructus pertinet, **in loco suo igne subversa est**, sicut in pentapoli patet. Gn XIX, (24), Sap X, (6 7): ‚Descendente igne in pentapolim, quibus in testimonium nequitiae fumigabunda constat deserta terra.‘ Tangit etiam per hoc vulcanos et thermas, quae sub terra sunt, quibus erumpentibus frequenter fundus fertilis subvertitur, erumpentibus ignibus de profundo et vapore cineres immensos exsufflante, sicut dicitur in III. Meteororum[6] et legitur in vita beatae Agathae[7].

Quid autem utilitatis ordina|nte sapientia[a] proveniat ex hoc, subdit: E 35d **Locus sap-** 6 **phiri**, hoc est locus generationis sapphiri, supple est, **lapides eius**, hoc est loci illius. Dum enim igne liquefaciente mineram humidum eliquatur, quasi in vitri puritate convertitur, in quod dum fumosum vaporis penetrat, sapphiri colorem accipit, fumosum enim pervio claro immix|tum sapphirinum est, T 46b et in talibus locis frequenter sapphiri inveniuntur. **et glebae illius aurum**, generatio enim auri est ex humido multum claro argenti | M 76b vivi et ex terrestri sulfureo multum depurato et digesto, quod praecipue in talis terrae glebis apparet. Quod beatus Gregorius[8] significare dicit, quia in loco, ubi est ira Dei, aliquis subvertitur, mentes sanctorum per exemplum caelestem induunt conversationem. Phil III, (20): ‚Nostra conversatio in caelis est.‘ Et terrenam substantiam quam gerunt in auri splendorem convertunt, dum sapientiae divinae se conformant. Gn II, (11 12): ‚Ibi invenitur aurum; et aurum terrae illius optimum.‘

Quam autem abscondita sint a nobis haec sapientiae opera, subdit: | **Semitam**, 7 B 51c horum sc. sapientiae operum in profundo, **ignoravit avis**. Avis dicitur subtilis et altivolus intellectus, qui ad tam profunda penetrare non potest. Bar III, (15): ‚Quis invenit locum eius? sc. sapientiae, et quis intravit thesauros eius?‘ Et post pauca (Bar III, 23): ‚Viam sapientiae nescierunt, nec commemorati sunt semitas eius,‘ quia sapientiam Dei in talibus effectibus non intellexerunt; **nec intuitus est eam**, *sc.* semitam sapientiae divinae, **oculus vulturis**. Narrat Avicenna[9] in VI. de naturalibus, quod secundum opi-

[a] divina *add. FM.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 18, 30, 47; Migne 76, 62.* [2] *ib.; ib. 76, 63.* [3] *Cf. ib. 18, 30, 48; ib.* [4] *ib. 18, 31, 50; ib. 76, 64.* [5] *ib.* [6] *Alb., Meteor. 3, 2, 17 (IV 635).* [7] *Cf. Acta SS. Boll. Febr. I 618 620 623 638; et Surius, 5 Febr. Vita S. Agathae 8 et 11 (ed. Taurin. II 123).* [8] *Cf. Greg., Mor. 18, 33, 52; Migne 76, 66.* [9] *Cf. Avic., De nat. 6, 5 (1508 f. 8d); cf. Alb., De animal. 23, 1, 114 (XII 504).*

nionem quorundam oculus vulturis ad quingentas leucas cadavera videt, et significat eos, qui subtilissima indagatione rerum naturas inquirunt et in eis sapientiam Dei non cognoscunt. Iob XXXIX, (28 29): ‚In petris manet, et in praeruptis silicibus commoratur, aquila sc. vel vultur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, et de longe oculi eius prospiciunt.‘ Mystice per avem intelligitur Christus in ascensione. Iob V, (7): ‚Homo natus ad laborem, avis ad volandum,‘ quae avis semitam ignoravit terrae sub-
M 76c versae, hoc | est corda reproborum. Mt VII, (23) secundum graecam translationem, quam legit Chrysostomus[1]: ‚Ego iurabo illis, quia numquam novi vos.‘ Gregorius[2] tamen legit a v i s genitivi casus, quia reprobi semitas Christi scire noluerunt. Iob XXI, (14): ‚Dixerunt Domino Deo: Recede a nobis, scientiam viarum Tuarum nolumus.‘ Idem Gregorius[3] dicit, quod vultur Christus est, qui de caelo cadaver nostrae mortalitatis aspexit, et descendens et ipsum accipiens se submisit. Iob XXXIX, (30): ‚Ubicumque fuerit cadaver, statim adest.‘ Idem[4] dicit, quod oculi huius vulturis sancti praedicatores sunt, quos reprobi nec intuentur nec respiciunt, propter quod legit o c u l o s, cum tamen vera littera sit o c u l u s. Act XIII, (46 et 51): ‚Paulus et Barnabas pulverem excusserunt in non recipientes se et constanter dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum
F 40b Dei; sed quia repellitis illud, | et indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes.‘

T 46c Et subdit, quam | ignota sit etiam in-
8 quirentibus via sapientiae: **Non calcaverunt eam**, hoc est semitam, **filii institorum**, hoc est mercatorum, et dicuntur hic institores sapientiae, quae de terra est, exquisitores et sapientiam Dei non invenientes. Bar III, (23): ‚Filii Agar, qui exquirunt prudentiam, quae de terra est, negotiatores terrae et Theman, et confabulatores, et exquisitores prudentiae et intelligentiae: Viam sapientiae nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius.‘ **nec pertransivit per eam**, semitam sc. sapientiae, **leaena**. L e a e n a animal est avidum praedae | et significat B 51d
philosophos fortitudine ingenii et aviditate studii omnia scibilia rapientes, qui tamen viam sapientiae Dei non invenerunt, prout inveniri debuit. Rom I, (21 22): ‚Obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.‘ I. ad Cor II, (8): ‚Quam nemo principum huius saeculi cognovit.‘

Quam tamen | aperte reluceat haec sa- M 76d
pientia in operibus manifestis, subiungit:
**Ad silicem extendit manum suam**, hoc 9
est potestatem ad montes in[a] silices conversos **subvertit a radicibus montes**[a], ut sc. casu montium revelarentur pretiosa in visceribus terrae generata, quod Gre-
gorius[5] | significare dicit subversionem[b] E 36a
superborum et durorum. Is XL, (4): ‚Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa.‘

**In petris rivos excidit**, ad litteram: de 10
solidis lapidibus et duris facit rivos effluere. Exemplum Num XX, (11), ubi cum Moyses virga bis percussit silicem, egressae sunt aquae latissimae, quod Gregorius[6] significare dicit, quod de frigidis et duris sapientia Dei informatis egrediuntur aquae doctrinae, ut[c] de Augustino et aliis quibusdam doctoribus sanctis, **et omne pretiosum vidit oculus eius**, etiam ab humanis oculis absconditum[d], et dicitur, quod v i d i t, quando videre facit. Eccli XXIII, (28): ‚Circumspicientes oculi

[a] in . . . montes *om. E.* [b] corda *FM.* [c] in apostolo Paulo patet et *add. FM.*
[d] Hebr IV, 13: Omnia nuda et aperta sunt oculis eius *add. FM.*

[1] *Cf. Chrys., In Matth. 24 (25), 1; Migne 57, 321, ubi non ita inveni, attamen Chrys., In Matth. op. imperf. hom. 19; Migne 56, 743.*
[2] *Greg., Mor. 18, 34, 54; Migne 76, 67.* [3] *ib.* [4] *Cf. ib. 18, 34, 54; ib. 76, 68.*
[5] *Cf. ib. 18, 36, 57; ib. 76, 69.* [6] *ib. 18, 37, 58; ib. 76, 70.*

Domini profundum abyssi intuentes in absconditas partes.'

11 **Profunda quoque fluviorum scrutatus est**, Deus sc. per sapientiam suam scrutari facit, hoc est profunda, ex quibus iugibus emanationibus fluunt flumina vel aquarum litteraliter vel scripturarum spiritualiter. Eccli XXIV, (40 41): ,Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquae immensae de fluvio.' **et abscondita produxit in lucem**, hoc est, produci fecit. Mt X, (26): ,Nihil opertum, quod non reveletur, neque absconditum, quod non sciatur.'

12 **Sapientia vero.**

Hic incipit inquisitio sapientiae et dicit duo: Inquisitionem sc. et probationem, quod inquirenda sit, ibi (XXVIII, 15): *Non dabitur aurum obrizum.* In primo tria sunt: sc. inquisitio sapientiae, ratio
M 77a | inquisitionis, et ubi non est inquirenda.

Et hoc est: **Sapientia vero ubi invenitur?**

Duo quaerit, sapientiam sc. et intelligentiam, et circa utrumque quaerit locum utriusque, unde praenotandum, quid sit
T 46d sapientia et quid sit | intelligentia, et quid sit locus utriusque. Sapientia dicitur communiter et proprie. Proprie dicitur sapientia, ut in primo Metaphysicae dicit Aristoteles[1], acceptio intellectus de primis, altissimis, difficillimis homini scire eo, quod remotissima sunt a sensuum acceptione, eo quod nec sensu accipiuntur nec cum sensibili nec in sensibilibus immixta
B 52a et confusa nec a sensibilibus per abstrac|tionem separata, et quae propter se et non propter aliud aliquid sciuntur, et haec sunt, quorum finis sciendi in ipsis est et sciendi gratia. Talia autem non sunt nisi Deus et divina, secundum quod divina sunt. Et de hac sapientia dicitur Sap XIII, (1): ,Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei.' In nullo enim alio scibili dictae differentiae omnes conveniunt, nisi in hoc scibili, quod est Deus. Sapientia communiter dicta est virtus uniuscuiusque particularis scientiae et artis, qui enim in illis attingit acceptionem ultimi et optimi, ad quod omnia alia ordinantur, et quod ratio est ordinis et dispositionis omnium aliorum, dicitur[a] sapiens et ordinator et dispositor omnium aliorum[a], secundum quod Aristoteles[2] dicit in primo Metaphysicorum, quod sapientis est ordinare, non ordinari, et talis acceptio ultimi, secundum quod est ratio ordinis et dispositionis omnium aliorum, dicitur sapientia. Et dicit sic[b] Aristoteles in VI. Ethicorum[3], quod sapientia est virtus scientiae vel artis, et sumitur virtus secundum definitionem Tullii[4] in fine primae Rhetoricae, quod virtus est dispositio perfecti ad | optimum. Cuius vir- F 40c
tutis medium est, ut dicit Aristoteles[5], ratio recta, qua disponuntur et ordinantur omnia, quae sunt ad unum finem ultimum scientiae vel artis.

Sapientia autem proprie dicta quaeritur
| hic et non communiter accepta, sc. scire M 77b
Deum in se et in omnibus differentiis divinorum et proprietatum et effectuum suorum. Intelligentia autem acceptio principiorum est, quae in divinis esse non potest nisi per auctoritatem revelationi innixam et fultam. Unde talis principiorum acceptio per revelationem vel per scripturam dicitur intelligentia. Sap IX, (17): ,Sensum Tuum quis sciet, nisi Tu dederis ei et miseris spiritum sanctum Tuum de altissimis?' Locus sapientiae et locus intelligentiae non potest esse, ut dicit Alpharabius in libro de intellectu et intelligibili[6], nisi adeptus sive possessus intellectus; est autem adeptus sive possessus liber intellectus, liber dico ex parte intelligentis et[c] ex parte intelligibilis. Ex parte intelligentis[c], ut ipse sc.

[a] dicitur . . . aliorum *om. FM.* [b] sicut dicit *EFM.* [c] et . . . intelligentis *om. E.*

[1] *Arist., Metaph. 1, 2, 4 (II 470).* [2] *Cf. ib. 1, 2, 3 (II 470).*
[3] *Arist., Eth. Nic. 6, 7, 1 (II 70).* [4] *Cf. Alb., Eth. 1, 1, 3, 2 (VII 8).*
[5] *Cf. Arist., Eth. Nic. 6, 13, 4 (II 75).*
[6] *Cf. Alb., De anima 3, 3, 6 (V 378) et De intellectu et intelligibili 2, 1, 8 (IX 514).*

intelligens a passionibus liber sit. Passiones enim, ut dixit Aspasius[1], commovent E 36b intellectum, | ut fumus et flatus oculum. Quantumcumque enim limpidus sit oculus, stans in fumo et flatu non videt, quemadmodum oportet eum videre, et formae visibiles fiunt in eo mobiles et obscurae; sic occupatus passionibus intelligens; passionibus dico irae, concupiscentiae, amoris, timoris, tristitiae, et gaudii non accipit, quemadmodum oportet eum accipere.

(Unde[a] Boetius[2] in libro de consideratione philosophiae:

Tu quoque, si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemque fugato
Nec dolor adsit,
Nubila mens est
Vinctaque frenis,
Haec ubi regnant[a].)

T 47a Liber autem ex parte intelligibilis | est, quod sit liber a continuo et tempore. Si enim coniunctus sit continuo simplex, intelligibile referet ad similitudines corporum, si autem coniunctum sit sensui, B 52b intelligibile referet ad phantasias et de|- M 77c ceptiones | phantasmatum, et ideo neutro dictorum modorum proprius locus est sapientiae vel intelligentiae, quia neutro dictorum modorum adeptus est et possessus, ut intellectus. De intellectu enim[b], qui passionibus exagitur[c], dicitur Sap I, (4): ,In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.' De intellectu detento phantasiis dicitur Is XL, (18): ,Cui similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?'

His praenotatis facilia sunt, quae dicuntur in littera: **Sapientia vero ubi invenitur?** S a p i e n t i a enim est acceptio divinorum a Deo impressa intellectui limpidissimo et purissimo. I. ad Cor II, (12): ,Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quae a Deo donata sunt nobis.' In tali enim loco semper[d] invenitur. Prv VIII, (12): ,Ego, Sapientia, habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus.' **et quis est locus intelligentiae?** principiorum sc. ad investigationem sapientiae illuminantium. Sap VI, (23): ,Diligite lumen sapientiae, ut in perpetuum regnetis.' Gregorius[3]: Intellectum dat, dum de auditis et lectis mentem illuminat[e]. Rationem subiungit, quare quaerenda est, et suppletur quia: **Nescit homo pretium** **13** **eius**; causa est, quia impretiabilis est, et ut p r e t i u m non diligitur. Pretium enim semper propter aliud diligitur, ut dicit Aristoteles[4] in V. Ethicorum, quod pretium diligitur, quia fideiussor est futurae necessitatis. Sapientia autem propter se diligitur. Prv XVII, (16): ,Quid prodest habere divitias stulto, cum sapientiam emere non possit?' Item pretio non est commutabilis. Act VIII, (20) dictum est Simoni: ,Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.' | M 77d

Et subiungit tria loca, in quibus non invenitur. De primo dicit: **nec invenitur in terra suaviter viventium,** hoc est totam vitam ad suave referentium, ut Epicurei, pecudum vitam eligentium, ut dicit Aristoteles in primo Ethicorum[5]. Hi enim habent intellectum incrassatum, qui locus sapientiae esse non potest. Dt XXXII, (15): ,Incrassatus est dilectus, et recalcitravit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum.'

Secundo subdit | de astutis et profun- F 40d dis in sapientia saeculi: **Abyssus dicit:** **14** **Non est in me.** A b y s s u s dicitur, quia sine basi et sine bysso, quod est candor, et est cor super nihil immobiliter fun-

[a] (Unde . . . regnant) *add. FM.* [b] autem *FM.* [c] exigatur *B, correxi ex TEFM.*
[d] saepe *FM.* [e] et *add. FM, ubi legitur* illuminat et rationem. Subiungit . . .

[1] *Cf. Asp., In Eth. Nic. Comm. 2, 2 (Berol. 1889 p. 44).*
[2] *Boethius, De consol. Phil. 3, 90; Migne 63, 656.* [3] *Non inveni; cf. Migne 76, 72.*
[4] *Cf. Arist., Eth. Nic. 5, 2, 13 (II 55).* [5] *ib. 1, 4, 3 (II 3); cf. Alb., Eth. 1, 5, 7 (VII 66).*

datum, obscurum et profundum in astutiis saeculi. Lc XVI, (8): ‚Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generationibus suis sunt.‘ Ir XVII, (9): ‚Pravum est cor hominis,‘ alia translatio[1] ‚profundum‘ ‚et inscrutabile; quis cognoscet illud?‘ hoc est: cor dolis, tergiversationibus, astutiis plenum est, et ideo simplicis veritatis non potest esse locus. Eccli I, (2): ‚Profundum abyssi quis investigabit?‘

B 52c Tertio subinfert: | **et mare loquitur:** T 47b **Non est mecum.** | Mare, quod orbem lunae sequitur, inquietum et instabile est et amarum, et corda significat inquieta et amara per sollicitudines, quod ipso facto loquitur, se non esse locum sapientiae. Is LVII, (20): ‚Cor impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest.‘ Eccli XXXVIII, (25): ‚Sapientiam scribe in tempore vacuitatis; et qui minoratur actu, sapientiam percipiet, quia sapientia replebitur.‘

Quod autem debeat inquiri, probat pretiositate et pulchritudine, primo divisim, secundo utroque coniunctim.

**15** De pretiositate dicit: **Non dabitur aurum obrizum pro ea.** Obrizum aurum M 78a E 36c | est aurum obrude[a], quod | in puritate naturae suae exsistens nulli alienae naturae est permixtum, nec ad usus aliquos fabricatum, quod in metallis pretiosissimum est; et est sensus, quod pretiosissima nihil sunt in comparatione eius. Iob[b] XXXI, (24): ‚Si putavi aurum robur meum, et obrizo dixi: Fiducia mea‘[b]. Sap VII, (9): ‚Omne aurum in comparatione illius arena est exigua.‘ **nec appendetur argentum in commutatione eius.** Per argentum, quod minus pretiosum est, intelligitur omne id, quod mensuratur argento vel auro, et cum commutatio ad aequale fiat, ut dicit Aristoteles[2] in V. Ethicorum, et nihil est, quod ad aequale valeat cum sapientia, nihil temporalium potest commutari pro ea. Mt XIII, (46): ‚Vendidit omnia, quae habuit, et emit eam.‘ Ct VIII, (7): ‚Si dederit homo omnem substantiam domus suae ad mercandam dilectionem, quasi nihilum despiciet eam.‘

**16** Et subdit de pulchritudine: **Non conferetur tinctis Indiae coloribus.** Colores tincturarum eo pulchriores sunt, quo terra, in qua fiunt, est calidior et ad aequinoctialem, sub quo summum temperamentum est, vicinior[c]. Et quia India sub aequinoctiali est, aequaliter distans a polis, in quibus locus frigoris est, et aequaliter a tropicis, sub quibus locus summi caloris est, bis habens aestatem in anno sc. in ariete et in libra, ibi tincturae pulcherrimae sunt, quos colores pulchritudine superat sapientia, quia omne corporale superat pulchritudo spiritualis. Sap VII, (29): ‚Haec est speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum; luci comparata invenitur prior; luci[d] enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia‘[d]. Idt X, (4): ‚Cuius Dominus contulit splendorem, quia omnis ista compositio | non ex libidine, sed ex virtute M 78b pendebat; et ideo Dominus hanc in illam | pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili B 52d decore omnium oculis appareat.‘ Et quod pulchritudinem omnem caelestem et terrestrem corporalem superet, subdit: **nec lapidi sardonycho pretiosissimo.** Sardonyx similis est terrae rubicundissimae et splendorem videtur habere purpurae, quo purpura regalis tingebatur, quae purpura rubore lucenti scintillat in oculis, propter quod Ct V, (10) dicitur: ‚Dilectus meus candidus et rubicundus.‘ Quam pulchritudinem superat pulchritudo sapientiae, propter quod dicit Gregorius[3]: Quod pulchritudinem Christi, qui est Dei | sa- T 47c pientia, significat, qui in Ps (XLIX, 11) dicit: ‚Pulchritudo agri mecum est.‘ Ct

[a] obrude *add. ex ET;* rude *FM; B habet hic lacunam, f. 120d i. e. Alb., In Dan. 10, 5 (XVIII 586):* obrude. [b] Iob . . . mea *om. FM.*
[c] propinquior *FM.* [d] luci . . . malitia *om. FM.*

[1] *Cf. Orig., Hexapl. Ier. 17, 9; Migne 16, 2054.* [2] *Arist., Eth. Nic. 5, 5, 12 (II 58).*
[3] *Greg., Mor. 18, 47, 75; Migne 76, 83.*

I, (15): ‚Ecce, tu pulcher es, dilecte mi, et decorus.‘[a] Et quod superet pulchritudinem caelestem, subdit, cum dicit: **vel sapphiro**, qui caelestis est coloris, propter quod sapientes laudans Ieremias in Thr IV, (7) dicit: ‚Sapphiro pulchriores.‘

Et de utraque pulchritudine simul et
17 pretiositate subdit: **Non adaequabitur ei aurum**, quod pretiosum est, **vel vitrum**, quod pulchritudine et puritate pervium est, et color latens sub ipso impervietate sua dilatatur, ut pulchrior appareat eo, quod pulchritudo sapientiae omnem superat decorem, in qua sicut in prima pulchritudine omnis idea pulchritudinis apparet, nihil impuritatis habens admixtum. Ct VI, (9): ‚Quae est ista, quae progreditur
F 41a quasi aurora | consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol.‘ Ct VII, (6): ‚Quam pulchra es, et quam decora, carissima, in deliciis.‘

M 78c Quod autem pulchra sit sapientia, | ex sapientibus probat subdens: **nec commutabuntur pro ea**, ad aequalitatem sc. valoris **vasa auri**, hoc est animae con-
18 tinentes sapientiam, **excelsa** in materia **et eminentia** in opere artis. Sapientes enim splendent ex ipsa, ipsa autem per se ipsam splendet. Eccli L, (10): ‚Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.‘

Et quia nulla comparatio est inter sapientes et sapientiam, subdit: **nec commemorabuntur in comparatione eius**, unde Sap VII, (10 11): ‚Super salutem et speciem dilexi eam, et proposui pro luce habere illam, quoniam inexstinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius.‘

E 36d **Trahitur | autem sapientia.**

Hic incipit pars, quae est de sapientiae acquisitione. Dicuntur autem hic duo, sc. modus acquirendi et per quem sicut doctorem acquiritur ibi (XXVIII, 23): *Deus intelligit.*

In primo duo sunt, sc. modus adeptionis sapientiae, et quaestio de doctore ibi (XXVIII, 20): *Unde ergo sapientia.*

In primo adhuc duo, sc. unde acquiritur,
et quod pre|tiositate et pulchritudine eius B 53a
inquirenda sit.

Et hoc est: **Trahitur autem.** Omnis enim scientia sive sapientia intellectiva, ut dicit Aristoteles[1] in principio Posteriorum, ex praeexsistenti fit cognitione principiorum sc., ita etiam sapientia, quae cognitio divinorum est, si debeat haberi ab homine, necesse est, quod de principiis suis trahatur; non enim habetur nisi per modum conclusionis. Notitia autem conclusionis non habetur nisi ex principiis.

Et hoc est, quod dicit: **sapientia de occultis**, hoc est a sensu remotissimis, haec enim occulta sunt homini, quamvis in se manifestissima sint, unde dicit Philosophus[2], quod dispositio nostri intellectus ad manifestissima naturae est sicut dispositio oculorum vespertilionis ad lumen
solis. Propter hoc dicitur | Act XVII, M 78d
(22 23), ubi Paulus Atheniensibus loquitur: ‚Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Praeteriens enim et videns simulacra vestra, inveni et aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo! Eo
quod Deus noster absconditus est | a sen- T 47d
sibus vestris.‘ Is XLV, (15): ‚Vere, Tu es Deus absconditus.‘ Is LIII, (3): ‚Quasi absconditus vultus eius.‘ Horum autem occultorum potissimum est inspiratio et revelatio. Unde Iob IV, (16), ubi Eliphaz scientiam Dei accepisse testatur, sic dicit: ‚Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis‘, et ibidem (IV, 12): ‚Quasi furtive suscepit auris mea venas susurrii eius.‘ Furtive fit quod in furvo[3] fit, hoc est in nigro sive in abscondito.

Et quod inquirenda sit, probat pretiosi-
tate: **Non adaequabitur ei topazius de** 19
**Aethiopia.** Topazius, ut dicit Grego-

[a] Ps XLIV, 3: ‚Speciosus forma prae filiis hominum est.‘ *add. FM.*

[1] *Arist., Anal. post. 1, 1, 1 (I 121).* [2] *Arist., Metaph. 1, 1, 2 (II 486).*
[3] *Cf. col. 282/34; Alb., Eth. 5, 2, 3 (VII 343) autem* furno *legitur.*

rius[1], dicitur quasi topandius, eo quod
omnium colores gemmarum resplendent
in ipso; et illum mittit Aethiopia et
significat cognitionem divinam, in qua
omnis veri et boni resplendet lumen pri-
mum. Unde in Ps (CIX, 3) pater loquens
ad filium, cui appropriatur[a] sapientia, sic
dicit: ‚Ex utero ante luciferum genui Te
in splendoribus sanctorum'; et est sanc-
torum neutri generis, hoc est, in primo
micant splendores omnis sanctitatis et
munditiae veri et boni. Et Augustinus[2]:
Sapientia est ars plena rationum omnium
viventium. Ps (CXVIII, 127): ‚Dilexi
mandata Tua super aurum et topazion.'
Et sic ex subiecto habet pretiositatem et
nobilitatem: **nec tincturae mundissimae**
**componentur**, supple sapientiae. Pulchrior
enim omnibus est tinctis et coloribus, qui
M 79a colores intelliguntur | in probationibus et
demonstrationibus eius, in quibus prae-
fertur omnibus demonstrationibus omnium
scientiarum eo, quod ab ipso spiritu di-
vino accipitur, qui solus novit divina. Et
B 53b dicuntur tincturae mundissimae de|-
monstrationes penitus a phantasmatibus
depuratae. Sap VII, (26): ‚Candor est[b]
lucis aeternae, et speculum sine macula
Dei maiestatis, et imago bonitatis illius.'
Et ex hoc concluditur, quod cum, sicut
dicit Aristoteles[3], omnis notitia sit de
numero bonorum honorabilium; altera
autem magis quam altera, eo quod est
secundum certitudinem demonstrationis
maiorem, vel eo quod meliorum et mira-
biliorum est, quantum ad subiectum, quod
propter utraque haec sapientia, quae co-
F 41b gnitio divinorum est, excellit omnes | alias.
Nihil enim Deo melius vel honorabilius
est, nec aliquid certius est, quam quod
excipitur per inspirationem spiritus. I. ad
Cor II, (11 12): ‚Quae sunt Dei, nemo
novit nisi Spiritus Dei. Nos autem non
spiritum huius mundi accepimus, sed Spi-
ritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quae
a Deo donata sunt nobis.'

Et subdit quaestionem de doctore:
**Unde ergo**, hoc est a quo doctore, **sa-** 20
**pientia venit?** Bar III, (29—31): ‚Quis
ascendit in caelum, et accepit eam, et
deduxit eam de nubibus? Quis trans-
fretavit mare, et invenit illam, et attulit
illam super aurum electum? Non est,
qui possit scire vias eius, neque qui ex-
quirat semitas eius.'

**et quis est** | **locus intelligentiae?** Lo- E 37a
cus, sicut dictum est[4], intellectus bene
liber et adeptus est, in quem se recipit
sapientia; intelligentia vero principiorum
occultorum est, ex quibus extrahitur. Sap
VII, (27): ‚Cum sit una, omnia potest,
permanens in se | omnia in|novat, et per M 79b T 48a
nationes in animas sanctas se transfert;
amicos Dei et prophetas constituit.'

Et altitudinem eius ostendit subdens:
**Abscondita est ab oculis omnium viven-** 21
**tium**, hac vita sc. mortali. Ex XXXIII,
(20): ‚Non videbit me homo, et vivet.'
Ubi dicit Gregorius[5]: Quod vita mortali
vivens Deum videre non potest. Et hic
in Glossa[6] dicit: Quamdiu hic vivitur, vi-
deri Deus per suae naturae speciem non
potest.

**volucres quoque caeli**, hoc est angelos
altivolos in divinas contemplationes, **latet.**
Dionysius[7] in caelesti Hierarchia capi-
tulo VI: ‚Quanti quidem sunt et quales
super caelestium ornatus essentiarum et
quomodo secundum eos Hierarchiae per-
ficiuntur, solam diligenter scire dico
contemplativam eorum profectionis prin-
cipem. Adhuc et eos ignorare proprias
virtutes et illuminationes, et suam sacram
et superornatam ordinationem.' Sensus
est, quod etiam angeli divinos ornatus
diligenter, hoc est perfecte, sciunt, sed

[a] attribuitur *FM*. [b] enim *add. F*.

[1] *Greg., Mor. 18, 52, 84; Migne 76, 89: παν, topantium; ib. annot. a: topandium.*
[2] *Cf. Aug., Contra Acad. 1, 3, 6, 16 (Migne 32, 944) et De Trin. 14, 1, 3 (Migne 42, 1057).*
[3] *Cf. Arist., Anal. Post. 1, 24, 1 (I 145).* [4] *Col. 316/37.*
[5] *Greg., Mor. 18, 54, 89; Migne 76, 93.* [6] *Glossa ord. in Ex. 33, 20; Migne 113, 290.*
[7] *Dion., De cael. Hier. 6, 1; Migne 3, 199; (cf. Alberti opp. XIV 138 139).*

sola virtus divina princeps contemplatio-
nis eorum diligenter agnoscit eos. Hoc
significatum est Is VI, (2), ubi Seraphim
B 53c | ,duabus alis velabant faciem eius,' signi-
ficando, quod in umbra viderent, et non
perfecte comprehendendo, sicut Deus ipse
se comprehendit.

22 **Perditio et mors dixerunt**, hoc est dae-
mones, qui perditio sunt in culpa et
mors in poena, ipso facto dixerunt: **Au-
ribus nostris audivimus famam eius.** In
ipsa enim proportione poenarum ad cul-
pam, quod scilicet dicitur Sap XI, (21):
,Quia in numero et pondere et mensura
disponit.' Quasi per aliud audiunt sapien-
tiam eius, quam per contemplationem non
vident, sic enim in omnem *terram* exivit
sonus eius, ut dicit Basilius[1], quae tamen
M 79c | fama parva est respectu eius, quod vi-
detur in ipso. III. Rg X, (7): ,Non cre-
debam narrantibus mihi, donec ipsa veni
et vidi oculis meis, et probavi, quod me-
dia pars nuntiata mihi non fuerat.'

23 Et subdit de doctore quinto: **Deus intel-
ligit viam eius**, hoc est, quae ducit ad
ipsam. Bar III, (32): ,Qui scit universa,
novit eam; et invenit eam providentia sua.'
**et ipse novit** per approbationem et dilec-
tionem **locum eius**, unde ei, cuius facies re-
splenduit claritate sapientiae. Ex XXXIII,
(12): ,Te ipsum novi ex nomine, invenisti
enim gratiam coram Me.' Sap VII, (28):
,Neminem diligit Deus nisi eum, qui cum
sapientia inhabitat.'

24 Huius autem subiungit rationem: **Ipse
enim** sc. Deus **fines mundi intuetur**, hoc
est omnium rerum mundi, in quem finem
quodlibet dirigatur, ut perfectum sit. Sap
VIII, (1): ,Attingit a fine usque ad finem
fortiter, et disponit omnia suaviter.' Et
id est **omnia, quae sub caelo sunt, re-
spicit**, hoc est, providentia et finem prae-
stituit et qualiter in illum deveniat, dis-
ponit. Unde Sap VIII, (1), postquam
dixit: ,attingit a fine usque ad finem for-
titer', statim subiunxit: ,et disposuit om-
nia suaviter'. Dicit autem, quae sub
caelo sunt, illa enim minus videntur
esse ad finem ordinata. Et cum illa sint
ad finem ordinata, intelligitur, quod etiam
omnia alia similiter.

Quae autem in talibus magis variabilia
sunt, inducit: **Qui fecit ven|tis pondus.** 25
Avicenna[2]: Ventus est vapor terreus, T 48b
aerem usque transscendens et eum for-
titer impellens. | Huic pondus datur, quando F 41c
exsufflationis eius et ascensionis eius ter-
minus praefigitur. Unde in apocrypho
Esdrae[3] angelus Uriel dixit ad Esdram:
,Pondera mihi ventum!' Ps (CXXXIV, 7):
,Qui producit ventos | de thesauris suis.' M 79d
**et aquas appendit in mensura**, hoc est
vapores aqueos, quantum ascendant[a] sc.
et quantum dilatantur[a] per diffusionem.
Ps (CIII, 9): ,Terminum posuisti, quem
non transgredientur.' **Quando ponebat** 26
**pluviis legem**, ubi sc. pluerent et ubi
non. Iob XXXVIII, (25): ,Quis dedit
vehementissimo imbri cur|sum, et viam B 53d
sonantis to|nitrui?' quasi[b] dicat nullus, E 37b
nisi solus Deus[b]; **et viam procellis**, vento-
rum sc. **sonantibus**, quasi dicat nullus,
nisi sapientia Dei, quae ex ratione finis
uniuscuiusque omnia praeordinat.

Et hoc est, quod sequitur: **tunc vidit** 27
**illam**, in se sc. ipso **et enarravit** sapien-
tibus per inspirationem, **et praeparavit**
locum eius per intellectus depurationem
**et investigavit** movens corda ad studium.
De primo horum dicitur Iob XIII, (1):
,Ecce haec omnia vidit oculus meus, et
audivit auris mea, et intellexi singula.'
De secundo Eccli XXIV, (44 46): ,Pro-
phetiam quasi ante lucanum effundam et
enarrabo eam usque in longinquum.' De
tertio I. ad Cor II, (9): ,Quod oculus
non vidit, nec auris audivit, nec in cor
hominis ascendit, quae praeparavit Deus
diligentibus se.' De quarto in Ps (CIV,
4): ,Quaerite Dominum, et confirmamini:
quaerite faciem eius.' Eccle I, (17):
,Dedi cor meum, ut scirem prudentiam

[a] *sic! CC.* [b] quasi . . . Deus *om. FM.*

[1] *Cf. Basil., In Is. 5, 16, 1; Migne 30, 383.*
[2] *Cf. Alb., Meteor. 3, 1, 5 (IV 591).*
[3] *4 Esdr 4, 5.*

atque doctrinam, erroresque atque stultitiam.‘

28 **Et dixit homini** in corde: Ps (LXXXIV, 9): ‚Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.‘ **Ecce timor Domini, ipsa est sapientia**, per causam est locutio; timor enim Domini fugit peccatum, recessus autem ab uno contrariorum appropinquatio est ad alterum, unde recessus a stultitia appropinquatio est ad sapientiam. Ps (CX, 10): ‚Initium sapientiae timor Domini.‘ Timor etiam, ut dicit Damascenus[1], respectu magni est, et sic timor est admiratio, | M 80a quae inquisitionem facit sapientiae. Aristoteles[2] in I. Metaphysicorum: Ex admirari et tunc et nunc philosophari incoeptum est. **et recedere a malo, intelligentia**, per causam locutio est. Recedere enim a malo passionum et phantasmatis locum dat sapientiae in intellectum. Sap VII[3]: Anima iusti sedes est sapientiae. Dionysius in caelesti Hierarchia loquens de thronis, quod in immaterialitate omni throni sunt thearciti[a] adventus susceptivi. In immaterialitate autem omne esse non potest, quamdiu subicitur passionibus vel phantasiis. Et ista sunt verba Dionysii[4] VII. capitulo de caelesti Hierarchia: ‚Ipsa altissimarum et compactarum sedium proprietas est ab omni diligenter exaltari ignominia subiectionis, et ad summum supermundane sursum ferens, extremitate inef|T 48c fabiliter in sublimissimum et circa vere excelsum totis virtutibus incommutabiliter et stabiliter collocatum, et divini superadventus in omni impassibilitate et immaterialitate acceptivum, et deiferum, et familiariter in divinas acceptiones apertum.‘ Istud est ferculum regis Salomonis, Ct III, (9). Ps (X, 5): ‚Dominus in caelo sedes eius.‘ Hoc est in eminentia caelestis munditiae.

## CAPITULUM XXIX. B 54a

**Addidit quoque Iob.** 1

IN praecedentibus tribus capitulis ex altitudine sapientiae divinae ostendit beatus Iob partem suae positionis, sc. quod regimen divinum dissimile est omni regimini humano; sed quia vita sua materia est disputationis istius, ideo secundam partem suae positionis, sc. quod innocenter passus sit et absque causa mali meriti, ostendit per haec[b] sequentia tria capitula. In hoc enim[c] capitulo ostendit, quam gratiosus, gloriosus, utilis et[d] proposito perseverandi fuit in statu dig|M 80b nitatis, a quo cecidit. In sequenti sc. XXX.° ostendit, quam ignominiosus, quam miser, quam abiectus fuit in statu miseriae, in quam cecidit ibi (XXX, 1): *Nunc autem derident me.* In XXXI.° ostendit, quam innocenter haec omnia passus fuit sine causa mali meriti ibi (XXXI, 1): *Pepigi foedus cum oculis meis.*

Istud ergo capitulum in duas partes dividitur. In prima ostendit, quam inclutus fuit in actu dignitatis; in secunda, quam constans in proposito ibi (XXIX, 18): *Dicebamque: In nidulo meo moriar.*

In prima quatuor sunt. Describit enim, qualis fuit[d] gratia Dei; secundo, qualis fuit[d] reverentia hominum ibi (XXIX, 7): *Quando procedebam ad portam;* tertio, quam utilis in potestate in liberatione oppressorum ibi (XXIX, 11): *Auris audiens beatificabat* | F 41d *me;* quarto, quam honestus in virtute et pius in miserorum subventione ibi (XXIX, 14): *Iustitia indutus sum.*

In primo tria sunt. Primo enim op|E 37c tat pristinum statum; secundo describit eum universaliter; tertio particulariter in familia et bonis.

[a] *sic! CC. Migne 3, 205:* τῆς θεαρχικῆς ἐπιφοιτήσεως δεκτικόν.
[b] haec *om. FM.* [c] autem *FM.* [d] in *add. ETFM.*

[1] *Cf. Damasc., De fide orthod. 2, 15; Migne 94, 931. Cf. col. 78 annot. 2.*
[2] *Arist., Metaph. 1, 2, 8 (II 470).* [3] *Cf. Sap 7, 27.*
[4] *Dion., De cael. Hier. 7, 6; Migne 3, 205 (cf. Alberti opp. XIV 174).*

Et hoc est:

**Addidit quoque Iob.** Additio notat confirmationem alterius partis suae sententiae eo, quod iam confirmavit unam de altitudine sapientiae divinae. Et ideo dicit addidit, ut aliam confirmet. **assumpta parabola sua,** per hoc notat, quod per similitudines loquitur. Talis enim sermo intellectui humano magis appropinquat. Prv I, (6): ‚Animadverte parabolam et interpretationem, verba sapientum et aenigmata eorum.‘ **et dixit,** hoc est, verba sapientiae pronuntiavit. Mt XIII, (52): ‚Profert de thesauro suo nova et vetera.‘ Et subdit de statu dignitatis
M 80c praeteritae, non ut | iactet, sed ut sapientis consilium impleat. Eccli XI, (27): ‚In die bonorum ne immemor sis malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum.‘

2 **Quis mihi tribuat,** hoc est: o si aliquis tribuat! Ps (L, 14): ‚Redde mihi laetitiam salutaris Tui et spiritu principali confirma me.‘ **ut sim iuxta menses pristinos;** mensis ex collectione luminis in
T 48a | luna constituitur, et significat collectiones illuminationum pristinae dignitatis. Eccli XLIII, (7 8): ‚Luna signum diei festi, luminare, quod minuitur in consummatione. Mensis secundum nomen eius est, crescens admirabiliter in consummationem.‘ **secundum dies,** hoc est illumina-
B 54b tiones. Ps (CXVII, 24): ‚Haec est | dies, quam fecit Dominus.‘ Prv IV, (18): ‚Semita iusti, quasi lux splendens, et crescens usque in perfectam diem.‘ **quibus Deus custodiebat me,** hoc est, in bonis conservabat[a]. Sap X, (12): ‚Custodivit illum Dominus ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum.‘

3 **Quando splendebat lucerna eius.** Lucerna dicitur lumen in testa vitrea, et per similitudinem dicitur sapientia haec[b] divina in corde humano lucens. Mt VI, (22): ‚Lucerna corporis tui est oculus tuus.‘ Is LXII, (1): ‚Salvator eius ut lampas accendatur.‘ **super caput meum.** Caput dicitur eo, quod caput totum corpus regit, unde capite illuminatus toto corpore illuminatus est. Prv ult. (XXXI, 18): ‚Non exstinguetur in nocte lucerna eius.‘ Istae sunt lampades, quas virgines sapientes habent in manibus occurrentes sponso, Mt XXV, (7). **et ad lumen eius,** hoc est directionem gratiae eius, **ambulabam,** hoc est, proficiebam, **in tenebris,** hoc est in dubiis. Io VIII, (12): ‚Ego sum lux mundi: qui sequitur Me, non ambulat in tenebris.‘ Io I, (5): ‚Lux in tenebris lucet, et tenebrae eam, hoc est lucem, non comprehenderunt.‘ Econtra de malis dicitur in Ps (LXXXI, 5): ‚Nescierunt,
neque | intellexerunt, in tenebris am- M 80d
bulant.‘

Quod explanans subdit: **sicut fui in** 4
**diebus adolescentiae meae,** non dicit infantiae vel pueritiae, quia illa aetas illuminationis divinae ad regimen[c] vitae non est capax. Ir II, (2): ‚Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam.‘ Prv I, (4): ‚Ut detur parvulis astutia et adolescenti scientia et intellectus.‘

Et hoc ulterius adhuc explanat per partes: **quando secreto,** secretum hic dicitur, quod seorsum cretum est a publico communitatis, et hoc est singulare. **Deus erat in tabernaculo meo,** ad bonum sc. domus aedificandum et multiplicandum, quod vocatur bonum oeconomicum, quod multipliciter beato Iob adauctum est. Ps (CXVII, 15): ‚Vox exsultationis et salutis in tabernaculis iustorum.‘ Item Ps (XXX, 21): ‚Abscondes eos in tabernaculo Tuo a contradictione linguarum.‘

Et hoc explanat per partes: **quando** 5
**erat Omnipotens mecum,** in profectu sc. omnis gratiae. Ios I, (6 5): ‚Confortare, et esto robustus: ego enim ero tecum.‘[1] Et subdit de familia tabernaculi: **et in circuitu meo,** ut omnes sc. aspicerem et considerarem, quid facerent. Prv ult. (XXXI, 27): ‚Consideravit semitas domus suae, et panem otiosa non comedit.‘ **pueri mei,** a puritate dicti et ad obsequia mea

[a] me *add. EFM.* [b] haec *om. TEFM.* [c] humanae *add. FM.*

[1] *Cf. Dt 31, 23.*

parati. Ps (C, 7): ,Non habitabit in medio
domus meae, qui facit superbiam: qui
loquitur iniqua, non direxit in conspectu
oculorum meorum.' I. ad Tim III, (5):
,Si quis domui suae praeesse nescit: quo-
modo ecclesiae Dei diligentiam habebit?'
Et subdit de domus abundantia tam
in animalibus quam in terrae nascenti-
6 bus. Et hoc est: **quando lavabam pedes**
T 49a **meos** | **butyro**, i. e. omni crassitudine ani-
E 37d B 54c malium abundabam | in | tantum, ut ad
F 42a la|vandos pedes sufficeret. Is VII, (21 22):
,Nutriet homo vaccam boum, et duas
oves, et prae ubertate lactis comedet
M 81a butyrum.' | **et petra fundebat mihi rivos**
**olei**, ad litteram: oleum de amurca in
concavis petris exprimitur et sic depura-
tum a petra funditur, per quod omnis
crassitudo terrae nascentium intelligitur.
Gn XXVII, (37): ,Frumento, vino et
oleo stabilivi eum.' Is LV, (2): ,Audite
audientes me, et comedite bonum, et de-
lectabitur in crassitudine anima vestra.'
7 **Quando procedebam.**
Tangit, qualis fuit in reverentia homi-
num, et ponit quinque differentias, sc. iu-
dices, iuvenes, senes, principes, duces. Et
hoc est: **Quando procedebam ad portam**
**civitatis**, ut sc. iudicio praesiderem, et
ubi[a] iudices congregabantur, ne tumultus
causarum pacem inquietaret civium; **et**,
id est etiam, **in platea**, hoc est in latitu-
dine, ubi conveniebant iudices, **parabant**
**cathedram mihi?** singulariter supple.
Cathedra dicitur catheorantium aedes,
hoc est docentium. Ps (CVI, 32): ,Exal-
tent eum in ecclesia plebis, et in cathedra
seniorum laudent eum.' Dn XIII, (50):
,Veni, et sede in medio nostrum, et in-
dica nobis, quia tibi dedit Deus honorem
senectutis.' Prv ult. (XXXI, 23): ,No-
bilis in portis vir eius, quando sederit
cum senatoribus terrae.'
8 Et subdit de iuvenibus: **Videbant me**
**iuvenes**, hoc est iuveniles in moribus im-
petum suae passionis sequentes. I. ad Tim
II, (22): ,Iuvenilia desideria fuge.' Et
hoc est, quod sequitur: **et abscondeban-**
**tur** ex dissimilitudine sui ad ipsum vere-
cundantes. Gn III, (10): ,Vocem Tuam,
Domine, audivi in paradiso, et timui,
eo quod nudus essem, et abscondi me.'
**et senes** canitie mentis. Sap IV, (8 9):
,Cani sunt sensus hominis, et aetas se-
nectutis vita immaculata.' **assurgentes**
**stabant**, reverentiam sc. exhibentes. Sa-
pientiori enim et maturiori debetur re-
verentia. Lv XIX, (32): ,Coram cano ca-
pite | consurge et honora personam senis.' M 81b
**Principes cessabant loqui.** Principes 9
in sapientia et virtute principatum ha-
bentes. Is XXXII, (5): ,Non erit am-
plius is, qui insipiens est, princeps, ne-
que[b] fraudulentus appellabitur maior.'[b]
**et digitum superponebant ori suo**, quod
signum attentissimae auditionis est in
taciturnitate, et est sensus, quod tanta
aviditate audiebant verba eius etiam sa-
pientes, quod os comprimebant, ne sua
loquacitate sermonem sapientis impedirent.
Eccli XX, (5): ,Est tacens, qui invenitur
sapiens; et est odibilis, qui procax est
ad loquendum.' Et ibidem (XX, 6 7):
,Est tacens, sciens tempus aptum. Sa-
piens tacebit usque ad tempus.' Iob
ult.[1]: | ,Digitum superponam ori meo.' B 54d
Ps (XXXVII, 15): ,Factus sum sicut
homo non audiens, et non habens in ore
suo redargutiones.'
**Vocem suam cohibebant duces**, qui 10
propter sapientiae excellentiam[c] duces
facti sunt aliorum. Dicit enim Aristo-
teles[2] in III. Topicorum: Nemo eligit iu-
venes duces, eo quod | non constat eos T 49b
esse sapientes. Eccli XXXII, (9): ,Audi
tacens, et[d] ex reverentia accedet tibi bona
gratia.' Et ibidem (XXXII, 12 13): ,In
multis esto quasi inscius, et audi tacens[d]
simul et quaerens; et loquens in medio
magnatorum non praesumas et, ubi sunt
senes, non multum loquaris.' **et lingua**
**eorum**, ducum sc., **gutturi suo**, quod con-

[a] antiquitus *add. FM.* [b] neque . . . maior *om. FM.* [c] sapientiam suam *FM.*
[d] et . . . tacens *om. FM.*

[1] *Cf. Iob 21, 5.* [2] *Arist., Top. 3, 3, 5 (I 200).*

tinuat linguam ad cor, **adhaerebat**, ut sc.
meditarentur de dictis sapientioris[a]. Eccli
VI, (35): ‚In multitudine presbyterorum
prudentium sta, et sapientiae eorum ex
corde coniungere, ut omnem narrationem
Dei possis audire, et proverbia laudis non
effugiant te.‘
11 **Auris audiens.**
Tangit hic, qualis fuit in actu prin-
cipatus contra malos: **Auris audiens**, fa-
mam meam supple, **beatificabat me.** Lc
I, (48): ‚Ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes.‘ **et oculus**
**videns**, quod plus esset in opere, quam
esset in fama, **testimonium reddebat**
**mihi**, laudis sc. et virtutis. II. Par IX,
M 81c (6): ‚Non | credebam narrantibus, donec
ipsa venissem, et vidissent oculi mei, et
probassem vix medietatem sapientiae tuae
mihi esse[b] narratam, vicisti famam vir-
tutibus tuis.‘
12 De quo autem fuerit fama, subdit: **eo**
**quod liberassem pauperem** pretium suae
F 42b E 38a liberationis | non habentem, | **vociferan-**
**tem**, hoc est de oppressore conquerentem.
Ps (LXXI, 4): ‚Salvos faciet filios paupe-
rum, et humiliabit calumniatorem.‘ **et**
**pupillum** patrocinium patris non habentem,
et hoc est, **cui non erat adiutor.** Ps
(X [sec. Hebr.], 14): ‚Tibi derelictus est
pauper: orphano Tu eris adiutor.‘
13 **Benedictio perituri super me veniebat**,
hoc est, qui alias, nisi subvenissem, fuis-
set periturus. Prv XXIV, 11: ‚Erue eos,
qui ducuntur ad mortem; et eos, qui tra-
hantur ad interitum, liberare ne cesses.‘
**et cor viduae,** quae viri patrocinium non
habuit[c], **consolatus sum,** subveniendo sc.
more Elisaei, IV. Rg IV, (7), qui multi-
plicato oleo pietatis, viduam et filios eius
liberavit a creditore et, unde viverent,
ministravit. I. ad Tim V, (3): ‚Viduas
honora, quae vere viduae sunt.‘
14 **Iustitia indutus sum.**
Tangit hic habitum iustitiae et opus
pietatis in miseros.

Et hoc est: **Iustitia**, sc. generali, quae
omnis virtus est, secundum quod congruit
legi. Lex enim, ut dicit Aristoteles[1], de
omnibus virtutibus praecipit. **indutus sum**,
hoc est undique coopertus, | ne aliquid B 55a
nudum[d] appareat a iustitia. Is LXI, (10):
‚Induit me Dominus vestimento salutis,
et indumento iustitiae circumdedit.‘ Apc
III, (18): ‚Vestimentis albis induaris, et
non appareat confusio nuditatis tuae.‘
Eccle[e] IX, (8): ‚Omni tempore sint vesti-
menta tua candida, et oleum de capite
tuo non deficiat‘[e]. **et vestivi me, sicut**
**ve|stimento**, quantum ad conversationem M 81d
operis. Ps (XLIV, 10): ‚Astitit regina a
dextris tuis in vestitu deaurato, circum-
data varietate.‘ Eph IV, (24): ‚Induite
vos novum hominem, qui secundum Deum
creatus est in iustitia et sanctitate veri|- T 49c
tatis‘[f]. **et diademate**, supple vestivi me,
**iudicio meo.** Diadema enim signum
recti iudicii est in ratione. Ps (VIII, 6):
‚Gloria et honore coronasti eum.‘ Eccli
XLV, (14): ‚Corona aurea super mitram
eius expressa signo sanctitatis, et gloria
honoris et opus virtutis.‘
Et subdit de pietate in miseros: **Ocu-** 15
**lus fui caeco**, spiritualiter et corporaliter
illuminando eum. Mt XI, (5): ‚Caeci vi-
dent et surdi audiunt.‘ **et pes claudo**,
supportando sc. eum, ubi proprio pede
proficere non poterat. Gal ult. (VI, 2):
‚Alter alterius onera portate: et sic ad-
implebitis legem Christi.‘ **Pater eram** 16
**pauperum.** Eccli IV, (5): ‚Ab inope ne
avertas oculos.‘ Et ibidem (IV, 10): ‚In
iudicando esto pupillis misericors ut pa-
ter, et pro viro matri eorum.‘ Et hoc
est, quod sequitur, **et causam, quam ne-**
**sciebam**, in iustitia sc. et circumstantiis
et allegationibus, **diligentissime investiga-**
**bam**, ut sc. de ordine iuris nihil omit-
terem et nulli iniuriam facerem. Dt XVI,
(20): ‚Iuste, quod iustum est, exsequeris.‘
Tob XIV, (10 11): ‚Inquire, ut facias,
quae placita sunt illi: in veritate et in

[a] se *add. FM.* [b] fuisse *EFM.* [c] patrocinio caruit *FM.* [d] nuditatis *FM.*
[e] Eccle . . . deficiat *om. FM.* [f] et veritate *EFM.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 5, 1, 14 (II 53).*

tota virtute tua.‘ Dt XIII, (14 15): ‚Diligenter rei veritate inspecta, si inveneris certum esse, quod dicitur, et abominationem esse perpetratam, percuties habitatores urbis illius in ore gladii.‘
17 **Et conterebam molas iniqui,** quibus sc.
mandebat pauperes. I. Rg XVII, (35):
‚Apprehendebam mentum eorum, suffocabam interficiebamque eos.‘ **et de denti-**
M 82a **bus illius auferebam praedam.** Ps | LVII,
(7): ‚Molas leonum confringit Dominus.‘ Prv XXX, (14): ‚Est generatio, quae pro dentibus habet gladios, et commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra.‘ I. Rg XVII, (35): ‚Persequebar eos et percutiebam eruebamque de ore eorum praedam.‘ Am III, (12): ‚Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auriculae, sic eruentur filii Israel.‘
18 **Dicebamque.**

Tangit hic propositi constantiam ad perseverandum tam in bonis in[a] se quam in bonis[a] beneficentiae ad proximum ibi (XXIX, 21): *Qui me audiebant.* In bonis in se tripliciter, sc. in proposito, in causa propositi, et in effectu.

Et hoc est: **Dicebamque**, per proposi-
B 55b tum sc. perseve|randi. Ps (XLIV, 2):
F 42c ‚Dico ego opera | mea regi.‘ **In nidulo**
**meo moriar**, hoc est, usque ad mortem perseverabo. Nidulum vocat[b] propter humilitatem. Nidus ex multis collectis ab ave construitur, ut ibi requiescat et pullos foveat, et significat tranquillitatem pacis in conscientia ex multis bonis meritis et studiis meditando, loquendo, ope-
E 38b rando confectam, in qua quies|cit animus et
suos partus fovet spirituales. Ps (LXXXIII, 4): ‚Passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Altaria Tua, Domine virtutum.‘ Relinquentes[c] hunc nidum sunt, de quibus dicitur Is XVI, (2): ‚Et erit, sicut avis fugiens et pulli de nido avolantes, sic
erunt filii Moab in | transcensu Arnon.‘ T 49d
Moab, pater inutilis, diabolum significat, filiae Moab animae diabolo servientes; Arnon, maledictio; ad maledictionem enim tendunt, qui pacem cordis relinquunt.
Prv XXVII, | (8): ‚Sicut avis fugiens de M 82b
nido suo; sic vir, qui relinquit locum suum.‘ Locus enim boni viri quies cordis est. Eccle X, (4): ‚Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.‘ Mori autem significat hic mori mundo, et mori exterioribus et sepiliri in luce vultus Domini. Ps (CXV, 15): ‚Pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius.‘ Quod exponens Maximus[1] sic dicit: Pretiosissimus transitus in lucem conspectus Domini, quo ab omnibus exterioribus absconduntur et moriuntur sibi et mundo. Mors sanctorum est digna beatitudinis pretio.

(Macrobius[d][2] super somnium Scipionis: Mori dicitur homo, cum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras philosophia docente contemnit et cupiditatum insidias dulces reliquasque omnes exuit passiones[d].)

Col III, (3): ‚Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.‘ **et sicut palma**, quae de parvo in magnum proficit, et de rudi in pulchrum et fructiferum, **multiplicabo dies**, hoc est illuminationes. Ps (XCI, 13): ‚Iustus ut palma florebit in domo Domini.‘ Ct VII, (8): ‚Dixi: Conscendam in palmam, et apprehendam fructum eius.‘

Et ne tale propositum proficiendi reputetur praesumptio, subdit causam:
**Radix mea**, hoc est devotionis et desiderii 19
intentio, **aperta est** per desiderium **secus aquas**, hoc est consolationum et donorum Sancti Spiritus decursum. Ir XVII, (8): ‚Erit quasi lignum viride, quod transplantatum est super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit,

[a] in . . . bonis *om. B, addidi ex CC.* [b] dicit *FM.* [c] autem *add. FM.*
[d] (Macrobius . . . passiones) *add. FM.*

[1] *Non inveni; cf. Maxim., Loc. Comm. 36 (Migne 91, 899) et Alb., S. th. 2, 4, 14 (XXXII 173).*
[2] *Macrobius, Comm. in Somn. Scip. 1, 13, 6 (Lips. 1868 p. 524).*

M 82c cum | venerit aestus. Et[a] erit folium
eius viride, et in tempore siccitatis non
erit sollicitum, nec aliquando desinet fa-
cere fructum'[a]. Eccli XXIV, (16): ,Radi-
cavi in populo honorificato.' Eph III,
(17): ,In caritate radicati et fundati.' Et
hoc[b] dicit, quantum ad gratiam prae-
venientem. Et subiungit de gratia sub-
sequente: **et ros morabitur**, qui gratiam
de caelo descendentem significat, **in mes-
sione mea**, materialiter, hoc est in fruc-
tibus metendis et in horreum Domini con-
gregandis, hoc est, sicut ros auget, molli-
ficat et ad digestionem confert, ut fructus
sint boni saporis, ita caelestis gratia au-
B 55c gebit | mihi merita, mollificabit ad pie-
tatem, humectabit, ut decoctus calore
caritatis boni saporis efficiat. Haec duo
similiter dicuntur Gn XXVII, (39 40):
,In pinguedine terrae et rore caeli de-
super erit benedictio tua.' Is XXVI,
(19): ,Ros lucis ros Tuus, et terram gigan-
tum detrahes in ruinam.' Dt XXXIII,
(28): ,Caeli caligabunt rore.' Ex tali
ergo causa continuum praesumpsit pro-
fectum.
20 Et hoc est, quod sequitur: **Gloria
mea semper innovabitur**, conscientiae sc.,
cuius gloria est in bonis meritis. II. ad
Cor I, (12): ,Gloria nostra haec est:
testimonium conscientiae nostrae.' **et ar-
cus meus**, hoc est propositum vel in-
tentio omnibus bonis meritis finem tan-
gens, sicut arcus per missilia tangit
metam, **in manu mea**, hoc est in opera-
tione mea, **instaurabitur**, ut semper sc.
plura et plura emittat. Gn XLVIII, (22):
T 50a ,Do tibi partem unam | extra fratres
tuos, quam tuli de manu Amorrhaei in
gladio et arcu meo.' Ps (CXXVI, 4):
,Sicut sagittae in manu potentis: ita filii
excussorum.' Filii excussorum sunt mis-
F 42d silia ab arcu excus|sa ad metam con-
tingendam.
M 82d Qualis autem ad alios | fuerit in pro-
posito tam in doctrina quam in prae-
sentiae exhibitione[c], subdit: **Qui me au-** 21
**diebant**, docentem sc. et decernentem,
**exspectabant**, ad me sc. protensi, **sen-
tentiam.** Sententia dicitur probata
veritas verbis significata ab auctoritate
proferentis firmitatem habens. Sap VIII,
(11): ,Per sapientiam acutus inveniar in
iudicio, et in conspectu potentium ad-
mirabilis ero.' **et intenti**, ad me sc. **ta-
cebant ad consilium meum**, diffinitionem
sc. reverenter recipientes. Consilium
enim est diffinitio de faciendis, ut ait
Gregorius[1]. Prv VIII, (14 15): ,Meum est
consilium et aequitas, mea est prudentia,
mea est fortitudo. Per me reges regnant,
et legum conditores iusta decernunt.'
Tantae igitur auctoritatis verbum erat
in ipso.
Et subdit, quale fuit verbum secundum
se: | **Verbis meis addere nihil audebant,** 22
in quo significatur plena verbi perfec- E 38c
tio, plene enim perfectum est, cui nihil
addi potest, ut vult Aristoteles[2] in primo
Caeli et Mundi. Apc ult. (XXII, 18): ,Si
quis apposuerit ad haec, apponet Deus
super illum plagas scriptas, quae sunt in
libro isto.'
Et tangit ordinem verborum, quam
ordinata sc. fuerint: **et super illos**, au-
dientes sc. **stillabat** ordinata locutione
**eloquium meum.** Dt XXXII, (2): ,Fluat
ut ros eloquium meum, quasi imber
super herbam, et quasi stillae super
gramina.'
Et quia sermo fuit authenticus, per-
fectus et ordinatus, ideo sequitur: **Ex-** 23
**spectabant me**, auditores sc. **sicut plu-
viam**, quae sc. omnia fecundat et florere
et germinare facit. Ps (LXVII, 10):
,Pluviam voluntariam segregabis, Deus,
haereditati Tuae.' **et os suum**, cordis
sc. desiderium, **aperiebant**, ut capaces
| essent doctrinae, **sicut ad imbrem sero-** M 83a
**tinum**, qui sc. in fructibus | debitam B 55d
complet digestionem, ne sc. terrestri,
quod est in ipsis, combusto[d] amari fiant.

[a] Et . . . fructum *om. E.* [b] est quod *add. E.* [c] exhibitione *om. B, addidi ex CC.*
[d] combustio *E.*

[1] *Non inveni; cf. Greg., Mor. 20, 6, 2; Migne 76, 136.* [2] *Arist., De Caelo 1, 2, 9 (II 369).*

Ps (LXXX, 11): ,Aperi os tuum, et Ego implebo illud.' Os VI, (3): ,Veniet nobis tamquam imber temporaneus et serotinus terrae.'

Et qualis fuit in exhibitione ad sub-
24 ditos, subdit: **Si quando ridebam ad eos,** exhibens hilaritatem, quod aliquando faciendum est. Eccli IV, (35): ,Noli esse quasi leo in domo tua, evertens domesticos tuos.' **non credebant**, quod sc. risus, ut risus esset, sed quod esset hilaritas benignitatis magna maturitate modesta nihil habens ineptiae. Eccle II, (2): ,Risum reputavi errorem, et gaudio dixi: Quid frustra deciperis?'

Et hoc explanat subdens: **et id est lux vultus mei** in hilaritate significata **non cadebat in terram**, hoc est in conculcationem, sicut lux eorum, qui ineptas habent laetitias et dissolutas, de quibus dicitur Sap XIV, (28): ,Dum laetantur, insaniunt.'

25 Qualiter autem hoc fuerit, subdit: **Si voluissem ire ad eos**, securitatem[a] sc.
T 50b vultus exhibendo, **se|debam** quietem et maturitatem cordis praetendens **primus** ab auctoritate dignitatis per ineptam laetitiam non resolutus, propter hoc enim sedes ponitur iudicibus, ut sessione quietem cordis indicent et tranquillitatem. Eccli XXI, (23): ,Fatuus in risu exaltat vocem suam; vir autem sapiens vix tacite ridebit.' **cumque sederem quasi rex**, qui rex dicitur, quia regula est omnium verbo et opere, **circumstante me exercitu**, ut omnes formam ex me ac-
M 83b ciperent. Sap | XVIII, (24): ,In veste poderis eius totus erat depictus orbis terrarum.' Prv XX, (8): ,Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.' **eram tamen moerentium consolator**, licet enim severus esset malis, tamen misericors fuit miseris. Prv XX, (28): ,Misericordia et veritas custodiunt regem: et roboratur clementia thronus eius.' Is XVI, (5): ,Praeparabitur in misericordia solium, et sedebit super illud in veritate.'

## CAPITULUM XXX.

**Nunc autem derident me.** 1

HIC describit beatus Iob miseriam, in quam cecidit tripliciter, et propter hoc istud capitulum dividitur in tria.

Primo enim describit eos, qui miseriam inferebant; secundo miseriae quantitatem, quam sustinebat ibi (XXX, 16): *Nunc autem in memetipso;* tertio, quod etiam a Deo videbatur esse repulsus ibi (XXX, 20): *Clamabo ad Te, et non exaudies.*

In primo duo sunt: Descriptio affligentium et argumentum deridentium ibi (XXX, 11): *Pharetram enim suam aperuit.* In prima | harum describuntur affligentes F 43a
sive deridentes septem a se ipsis et in uno, quod octavum est | a parentibus. Et B 56a
post haec ponitur conclusio principalis.

Et hoc est: **Nunc autem derident me**, hoc est, ridendo despiciunt. Iob XII, (4): ,Deridetur iusti simplicitas.' Ps (XXI, 8): ,Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis, et moverunt caput.' Et describit eos subdens: **iuniores tempore**, non aetate tantum sed moribus iuvenilia sectantes, sicut IV. Rg II, (23) deriserunt Eliseum, | unde dicitur: ,Pueri parvi, non E 38
malitia sed aetate, egressi sunt de civitate, illudentes Eliseo dicentes: Ascende, calve! Ascende, calve!'

Et ho|rum secundo describit vilitatem M 83
subdens: **quorum non dignabar patres**, isti enim filii eorum sunt et pignora non naturae tantum, sed vilitatis, **ponere cum canibus gregis mei**, despective legendum est; pastores enim digniores sunt, qui sub[b] se viles[b] quosdam habent, qui canes ducunt cum gregibus, et ad dignitatem tam vilium ascendere non poterant. I. Rg XXIV, (15): ,Canem mortuum persequeris, et pulicem vivum.' Is LVI, (11): ,Canes impudentissimi nescientes saturitatem.' Ps (LVIII, 7): ,Famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem.' Et est sensus, quod ad vilissima officia indigni reputabantur.

[a] serenitatem *TFM*, severitatem *E*. [b] sensus seniles *FM*.

Tertio describit a destitutione artis
2 mechanicae: **quorum virtus manuum**, vir-
tus manuum ars est, quae manibus ex-
ercetur, **erat mihi pro nihilo**; inertes enim
erant, nihil ad urbanitatem conferentes
et ideo omnino inutiles. Hieronymus [1] in
T 50c epistola: | Sicut vas hominis confractum
inutile efficitur, tales sunt; tales dicuntur
idola, quia nullum actum hominis habent.
Sap XIII, (13): ‚Reliquum horum, quod
ad nullum usum valet, lignum curvum
et vorticibus plenum, sculpat diligenter
per vacuitatem suam, et per scientiam
suae artis figuret illud.‘ Tales enim figu-
ram habent hominis et nullum actum.

Quarto describit eos ab indignitate vitae
propter flagitia, quae commiserunt. Ex
XXII, (18): ‚Maleficos non patieris vivere.‘
Et hoc est: **et vita ipsa putabantur in-
digni.**

Quinto a pessima fortuna et hoc ex-
3 aggerat, et hoc est: **egestate et fame
steriles.** Penuria circumvenientis ostia
egestas est, fames autem destitutio a
M 83d defectu [a] nutrimenti interioris. | Eccle V,
(13): ‚Filium generavit, qui in extrema
egestate erit.‘ Et hoc exaggerans subdit:
**qui rodebant in solitudine**, in solitudine
dicit, quia societatem hominum violantes
ad solitudines fugere compulsi sunt, ut
latrones. Thr IV, (3): ‚Filia populi mei
crudelis, quasi struthio in deserto.‘ Rode-
bant dicit, quia mollia et convenientia,
quae comederent, non habebant, sed ro-
dere dura compulsi sunt. Simile Lc XV,
(16): ‚Cupiebat ventrem suum implere
B 56b de siliquis, | quas porci manducabant,
et nemo illi dabat.‘ Et huius causam
subdit: **squalentes.** Squalens dicitur,
qui laxa cute consumpta carne pallore [b]
cinereo coloratur. Thr I, (4): ‚Virgines
eius squalidae, et ipsa oppressa amari-
tudine.‘ **calamitate**, hoc est defectu fruc-
tus calami, **et miseria**, hoc est interiorum
virium destitutione. Thr II, (12): ‚Matri-
bus suis dixerunt: Ubi est triticum et
vinum? cum deficerent quasi vulnerati
in plateis civitatis.‘

Et hoc ulterius exaggerat subdens: **et** 4
**mandebant herbas**, hoc est, mandere coge-
bantur herbas crudas, quod inconveniens
erat nutrimentum, quia dicit Avicenna [2],
quod natura nullum nutrimentum suf-
ficienter parat homini nisi lac, cetera
autem oportet elixari vel assari. Iob XL,
(10): ‚Foenum ut bos comedet.‘ Dn [c] IV,
(22): ‚Foenum ut bos comedes‘ [c]. **et arbo-
rum cortices**, eo quod illi farinabiles sunt,
quod non est lignum. Et hoc exagge-
rans adhuc subdit: **et radix iuniperorum**,
quae mollior fuit propter terrae humorem,
| **erat cibus eorum.** Thr IV, (5): ‚Qui M 84a
vescebantur voluptuose, amplexati sunt
stercora.‘ **Qui de convallibus ista rapien-** 5
**tes**, in convallibus enim humidiora et
esibiliora, in montibus autem duriora sunt;
et dicit rapientes, ut aviditatem ac-
cipiendi significet propter nimiam | famem, F 43b
**cum singula reperissent**, singula dicit,
ut modica significet, quae non famem
saturarent, sed miseram vitam traherent,
**ad ea cum clamore currebant**, more sc.
porcorum, qui grunniunt, quando vident
glandes; talis autem fames graece voca-
tur gastrimargia [d], a gastris, quod est
venter, et margino marginas, quod est
insanio, insanis. Is LVI, (11): ‚Canes
impudentissimi nescientes saturi|tatem.‘ T 50d

Sexto describit eos ab [e] habitatione: **in** 6
**desertis habitabant torrentium**, quia tor-
rentes descendentes et terram cavantes
latibula praestabant. | Et hoc explanans E 39a
subdit: **et in cavernis terrae**, alibi enim
non tute latebant. Is II, (10): ‚Ingredere
in petram, et abscondere in fossa humo
a facie timoris Domini.‘ **vel super gla-
ream**, glarea dicitur mobilis arena, quae
aquis trahitur, et significat hic loca solida
in paludibus, ubi latrones propter tutelam
habitant eo, quod talia loca inaccessibilia
sunt. Simile Hebr XI, (38): ‚In solitudi-
nibus errantes, in montibus [f] et in cavernis

[a] ad effectum *FM*. [b] colore *EFM*. [c] Dan . . . comedes *om. FM*. [d] γαστριμαργία. [e] infima *add. FM*. [f] innocentes *FM*.

[1] *Cf. Hier., In Os. 2, 8, 8; Migne 25, 886.*

[2] *Cf. Avic., De medic. (Venet. 1564) I 77 et 103.*

terrae.‘ Iob XXI, (33): ‚Dulcis fuit glareis
Cocyti.‘
Septimo describit a deliciis miserrimis:
7 **qui inter huiuscemodi laetabantur**, si
quando habere poterant prae nimia sc.
M 84b inedia. Iob VI, (7): | ‚Quae prius nolebat
B 56c tangere anima mea, | nunc prae angustia
cibi mei sunt.‘ Prv XXVII, (7): ‚Anima
saturata calcabit favum, anima autem
esuriens etiam amarum pro dulci sumet.‘
**et esse sub sentibus**, hoc est esse sub
sordibus, dummodo esse possint, **delicias
computabant**, hoc est pro deliciis. Ir
XLVIII, (11): ‚Requievit in faecibus suis.‘
Is XXXVI, (12): ‚Comedant stercora sua,
et bibant urinam pedum suorum.‘
8 Octavo describit a genere: **filii stulto-
rum**, hoc est omni bono animae habitu
privatorum, **et ignobilium**, claris natalibus
destitutorum. Ex XXXIV [1]: ‚Qui con-
temnunt me, erunt ignobiles.‘ **et in terra
penitus non parentes**, per aliquid sc. digni-
tatis, quod habuerint. Omni enim paterna
et avita dignitate destituti fuerunt, et in
nullo personae spectabiles. Sap IV, (6):
‚Ex iniquis omnes filii, qui nascentur,
testes sunt nequitiae in parentes suos.‘
Post omnia ista ponit conclusionem:
9 **Nunc in eorum**, talium sc., **canticum versus
sum**, ut sc. cantationes derisorias de me
fingant. Thr III, (14): ‚Factus sum in
derisum omni populo, canticum eorum tota
die.‘ **et factus sum eis in proverbium**,
ut [a] sc. proverbium [a] maledictionis de me
accipiant dicentes [b]: Maledicat tibi Deus,
sicut maledixit Iob. Ps XLIII, (15): ‚Po-
suisti nos in similitudinem gentibus, com-
motionem capitis in populis.‘ Thr I, (11):
‚Vide, Domine, et considera, quoniam
facta sum vilis.‘
10 **Abominantur me**, hoc est, abominabilis
sum eis, qui omnibus abominabiles sunt.
Idem est Iob XIX, (18 19): ‚Stulti quo-
que despiciebant me, et cum ab eis re-
cessissem, detrahebant mihi. Abominati
sunt me quondam consiliarii mei.‘ **et
longe fugiunt a me**, ne sc. in aliquo com-
municent mihi. Ps (XXXVII, 12): ‚Qui
iuxta me erant, de longe steterunt.‘ **et
faciem** | **meam conspuere non verentur.** M 84c
Ad litteram: tamquam inmundum enim
et abominatum [c] conspuerunt. Mt XXVI,
(67): ‚Tunc conspuerunt [d] in faciem eius,
et colaphis ceciderunt; et palmas dederunt
in faciem eius.‘
Argumentum autem, quod habebant, ut
ista improperia facerent, subdit. Supple
quia **Pharetram enim suam**, supple Deus 11
**aperuit**, ut missilia sc. educeret, **et afflixit
me**, sagittas | suas mittens [e] in me. Iob T 51a
VI, (4): ‚Sagittae [f] Domini in me sunt,
quarum indignatio ebibit spiritum meum.‘
Thr III, (13): ‚Misit in renibus meis filias
pharetrae suae.‘ Convulneravit me [g] **et
frenum posuit in os meum**, quo sc. restrin-
geret os meum, ne [h] possem contradicere,
et hoc frenum fuit multitudo plagae [i],
quod argumentum fuit detrahentibus, et
fecit obmutescere contradicentem. Is
XXXVII, (29): ‚Ponam | circulum in na- F 43c
ribus tuis, et frenum in labiis tuis.‘ Ps
(XXXVII, 15): ‚Factus sum sicut homo
non audiens, et non habens in ore suo
redargutiones.‘ Item (Ps XXXVIII, 2):
‚Posui ori meo custodiam, cum consisteret
peccator adversum me.‘
Et ideo, supple quia Dominus ita ob-
mutescere fecit: **Ad dexteram orientis.** 12
Aristoteles [2] in II. de Caelo et Mundo:
Dextera est unde motus, hoc est perfecto
vigo|re et impetu oriebantur et elevaban- B 56d
tur. Et hoc est: **calamitates meae illico**,
hoc est sine intermissione, **surrexerunt**,
hoc est, supra me se erexerunt. Thr I,
(9): ‚Vide, Domine, et considera, quoniam
erectus est inimicus meus.‘ Et quid effe-
cerunt, subdit: **pedes meos subverterunt**,
quibus sc. proficere debueram in bonis.
Gn XXVII, (36): ‚Supplantavit me en
altera vice.‘ **et oppresserunt**, vio|lentiam E 39b

[a] ut sc. proverbium *om. FM.* [b] ut dicant *EFM.* [c] abominabilem *EFM.*
[d] exspuerunt *T.* [e] mittendo *EFM.* [f] sagittas *FM.* [g] lumbos meos *TEFM.*
[h] ei *add. EFM.* [i] plagarum *EFM.*

[1] *vide 1 Rg 2, 30.* [2] *Arist., De Caelo 2, 2, 6 (II 391).*

sc. inferentes **quasi fluctibus**, undatim sc.
invenientibus[a] **semitis suis**, super me sc.
venientes. Ps (XLI, 8): ,Omnes fluctus
Tui super me transierunt.' Ion II, (4):
M 84a ,Omnes gur|gites Tui et fluctus Tui super
13 me transierunt.' **Dissipaverunt itinera
mea**, ne sc. liberum habeam iter fugiendi
ab eis. Ps (CXXXIX, 6): ,Iuxta iter
scandalum posuerunt mihi.' **insidiati sunt
mihi** sicut auceps vel venator. Thr III,
(52): ,Venatione coeperunt animam meam
quasi avem.' Ps (X, 9): ,Insidiatur in
abscondito quasi leo in spelunca sua.'
Hab I, (3): ,Factum[b] est iudicium, et
contradictio potentior.' Et paulo post[b]
(Hab I, 4): ,Impius praevalet adversus
iustum, propterea egreditur iudicium per-
versum.' **et non fuit, qui ferret auxilium.**
Eccli LI, (10): ,Circumdederunt me undi-
que, et non erat, qui adiuvaret.' Is LXIII,
(5): ,Circumspexi, et non erat auxiliator:
quaesivi, et non erat[c], qui adiuvaret.'
Et ideo supple, quia nullus resistebat:
14 **Quasi rupto muro**, hoc est remoto omni
impedimento defensionis. Thr II, (8):
,Murus[d] dissipatus est.' **et aperta ianua**,
hoc est via patefacta. Is LI, (23): ,Po-
suisti corpus tuum quasi viam trans-
euntibus.' Ps (LV, 3): ,Conculcaverunt
me inimici mei tota die.' **irruerunt super
me**, magno sc. impetu ferocitatis, **et ad
meas miserias**, supple augendas et multi-
plicandas, **devoluti sunt**, globatim sc. ve-
nientes. Supra XVI, (15): ,Concidit me
vulnere super vulnus, irruit in me quasi
gigas.'
Et sic supple multis tribulationibus
15 **Redactus sum in nihilum.** Ps (LXXII, 22):
,Ad nihilum redactus sum, et nescivi.' Iob
T 51b VII, (16): ,Desperavi nequaquam | ultra
iam non vivam.' **abstulit quasi ventus**,
exsufflans supple Deus **desiderium meum**,
hoc est omne desiderabile mihi. Thr I,
(10): ,Manum suam misit hostis ad omnia
desiderabilia eius.' Ez XXIV, (16): ,Au-
feram a te desiderabile oculorum tuorum.'
Os IX, (6): ,Desiderabile argentum eorum
urtica hereditabit, lappa in tabernaculis
eorum.' **et velut nubes pertransiit** | **salus** M 85a
**mea**, temporalis sc. Os VI, (4): ,Miseri-
cordia vestra, quasi nubes matutina, et
quasi ros mane pertransiens.'
**Nunc autem in memetipso.** 16
Hic enumerat passiones, quas in se
ipso sustinuit. Primo in anima, in cor-
pore, in quantitate numeri, in intensione
periculi, in effectu.
Et hoc est: **Nunc autem**, tempore sc.
afflictionis | meae **in memetipso**, hoc est B 57a
pro tristitia, quam habeo in memetipso,
et destitutione, ut sit locutio per causam,
**marcescit anima mea.** I. Mach VI, (11):
,In quantam tribulationem deveni, et in
quos fluctus tristitiae, in qua nunc sum,
quia iucundus eram, et dilectus in pote-
state mea?' Et hoc est, quod sequitur:
**et possident me dies afflictionis**; possi-
dent dicit, quia potestate propria desti-
tutus in potestate erat tribulationis. Is
XXXVII, (3): ,Dies tribulationis et angu-
stiae correctionis[e] et blasphemiae dies
haec.'
Et subdit de corpore: **Nocte**, quando 17
gravius affliguntur infirmi, **os meum**, dolor
enim[f] ad profunditatem ossium devenit,
**perforatur doloribus**, hoc est puncturis
dolorum vel vermibus. Ps (CI, 4): ,Ossa
mea sicut cremium[g] aruerunt.'
Et subdit de continuitate afflictionis:
**et qui me comedunt, non dormiunt**, vel
dolores rodentes vel etiam vermes. Do-
lores enim comedunt vires, vermes
autem corrodunt substantiam. Ir LI, (34):
,Comedit me, devoravit me rex Babylonis:
reddidit quasi vas inane, absorbuit me
quasi draco.'
Et subdit de | multitudine: **In multi-** 18
**tudine eorum**, dolorum sc. et vermium F 43d
**consumitur vestimentum meum**, hoc est
caro nutrimentalis, qua vestiuntur radi-
calia membra. Simile Is XIV, (11): ,Sub-
ter te sternetur tinea, et operimentum
tuum | erunt vermes.' Iac V, (2): ,Vesti- M 85b
menta vestra a tineis comesta sunt.'

[a] venientibus *FM.* [b] Factum . . . post *om. EFM.* [c] fuit *T.*
[d] pariter *add. TEFM.* [e] correptionis *E.* [f] usque *add. EFM.*
[g] foenum *FM.*

Et subdit de intensione doloris: **et quasi**
**capitio tunicae**, quod collum cingit et
stringendo suffocat, **cinxerunt me**, hoc
est, strinxerunt usque ad anhelitus inter-
ceptionem. Unde Iob XVII, (1): ‚Spiri-
tus meus attenuabitur, dies mei brevia-
buntur.‘

19 Subdit de effectu: **Comparatus sum luto**,
hoc[a] est lutulentae putredini, **et assimilatus**
**sum**, exsiccato sc. luto[a] per calorem putre-
facientem **favillae et cineri**, favillae
quantum ad ignem incensum evolans,
E 39c cineri quantum ad pulverem re|lictum
post putrefactionem. Supra X° (Iob X, 9):
‚Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris
me et in pulverem reduces me.‘

20 **Clamabo ad Te.**

Tangit hic, quod consolationem non
invenit in Deo exaudiente. Et dicit qua-
tuor, sc. Dei duritiam; et quod duritia
T 51c est immerita ibi (XXX, 25): | *Flebam*
*quondam,* et quod immerita est afflictio,
quam intulerunt homines ibi (XXX, 28):
*Moerens incedebam,* et quod ex hoc aggra-
vatus est luctus ibi (XXX, 31): *Versa*
*est in luctum.*

Et hoc est: **Clamabo ad Te**, Deus sc.,
**et non exaudies**, in praesenti sc. Thr III,
(8): ‚Sed et cum clamavero et rogavero,
excludit orationem meam.‘ Prv I, (28):
‚Invocabunt Me, et non exaudiam: mane
consurgent, et non invenient Me.‘ **Sto**,
perseverans sc. in clamore orationis, **et**
**non respicis me**, oculo sc. beneplaciti et
gratiae, eo quod tunc non erat tempus
exauditionis. Is I, (15): ‚Cum extende-
B 57b ritis manus vestras, | avertam oculos meos.‘
Hab I, (2): ‚Usquequo, Domine, clamabo,
et non exaudies? vociferabor ad Te vim
patiens, et non salvabis?‘

21 **Mutatus es mihi in crudelem**, sc. quia
crudelitas in Domino non est. Ideo ex-
ponens addit: **et id est in duritia manus**
**Tuae**, percutientis sc. **adversaris mihi**, et
M 85c in hoc sc. videris | crudelis. Hab I[b]:
‚Crudelis est, et non miseretur.‘ Ista
crudelitas exprimitur Prv I, (26): ‚Ego
in interitu vestro ridebo, et subsannabo,
cum vobis, quod timebatis, advenerit.‘
Prv XVII, (11): ‚Quod angelus crudelis
mittetur contra eum.‘

Et ostendit, quam amarus est casus per
felicitatem pristinam, a qua cecidit: **Ele-** 22
**vasti me**, sanitate sc., divitiis et potentatu,
**et quasi super ventum ponens.** Tempo-
ralia enim ventus sunt. Is XL, (7): ‚Ex-
siccatum est foenum et cecidit flos, quia
spiritus Domini sufflavit in eo.‘ Iac IV,
(15): ‚Quae est enim vita nostra? vapor
est ad modicum parens, et deinceps ex-
terminabitur.‘ Supra (VII, 7): ‚Memento
mei, Deus, quia ventus vita mea.‘ **elisisti**
**me valide**, quanto enim altior status,
tanto profundior casus; taliter enim cadens
in casu alliditur et colliditur. II. Mach
IX, (7): ‚Contingit illum impetu euntem
de curru cadere, et gravi corporis col-
lisione membra vexari.‘

Ex his dicit causari sibi vitae despera-
tionem. Et hoc est: **Scio**, ex causis sc. 23
inferioribus praesumo, **quia morti trades**
**me.** Supra (VII, 16): ‚Desperavi, nequa-
quam ultra iam vivam.‘ **ubi**, hoc est,
in qua morte, **constituta est domus**, hoc
est mansio finalis, **omni viventi**, hac sc.
vita mortali. Eccle XII, (5): ‚Ibit homo
in domum aeternitatis suae.‘ Ps (XLVIII,
12): ‚Sepulcra eorum domus illorum in
aeternum.‘

Ne autem desperare credatur[c] de sa-
lute, subdit, quod spem habet[d] in Domino,
et hoc est: **Verumtamen non ad consump-** 24
**tionem eorum**, aeternae sc. damnationis
**emittis manum Tuam** percutientem et disci-
plinantem. Et dicit emittis, quia ma-
nus | haec misericordia Dei saepe contine- M 85d
tur, emittitur autem, quando verberat.
Supra (V, 18): ‚Ipse vulnerat, et medetur:
percutit, et manus eius sanabunt.‘ Dt.
XXXII, (39): ‚Ego occidam, et Ego vivere
faciam: percutiam, et Ego sanabo.‘ **et**
**si corruerint**, te sc. non continente eos,
**ipse salvabis**, erigendo sc. eos. Ps (CXLV,
8): ‚Dominus erigit elisos.‘ Prv XXIV,

[a] hoc . . . luto *om. FM.* [b] Ir VI *FM; cf. Ir 6, 23.* [c] videatur *EFM.*
[d] sperat *EFM.*

T 51d (16): ‚Septies[a] cadit | iustus, et resurget,
impii vero corruunt in malum.‘ Ps (XXXVI,
24): ‚Cum ceciderit, non collidetur, quia
Dominus supponit manum suam.‘

F 44a Et subdit, | quam immerito hoc patitur.
25 Et hoc est: **Flebam quondam**, supple cum
in prosperis essem, **super eo, qui afflictus
erat.** Rom XII, (15 16): ‚Gaudere cum
gaudentibus, flere cum flentibus; id ipsum
invicem sentientes.‘ Eccli VII, (38):
B 57c ‚Non desis ploran|tibus in consolationem.‘
Hebr X, (34): ‚Vinctis compassi estis.‘

Et hoc est, quod sequitur: **et compatiebatur anima mea pauperi.** I. Petr
III, (8): ‚Omnes unanimes in oratione.
Estote compatientes, fraternitatis amatores.‘

Et quid exspectavit pro talibus meritis,
26 subdit: **Exspectabam bona et venerunt
mihi mala**, poenae sc. Is V, (4): ‚Exspectabam, ut faceret uvas, et fecit labruscas.‘ **praestolabar lucem**, hoc est
E 39d consolationis il|luminationem, **et eruperunt
tenebrae.** Prv X, (28): ‚Exspectatio iustorum laetitia.‘ Is LVII, (1): ‚Iustus perit,
et non est, qui recogitet in corde suo.‘

In quo autem sint mala et tenebrae,
27 subdit: **Interiora mea**, vitalia[b] sc. **efferbuerunt**, calore febris sc. Hypocrates[1]:
Febris est in generatione saniei magis,
quam generata iam sanie. **absque ulla
requie**, hoc est sine interpolatione.

Et huiusmodi causam subdit: **prae-
M 86a venerunt** | **me**, antequam ad requiem
veniam, **dies afflictionis.** Iob IX, (18):
‚Non concedit requiescere spiritum meum,
et implet spiritum[c] meum[c] amaritudinibus.‘

Et qualiter se habuerint ad malos, sub-
28 dit: **Moerens incedebam**, pro malis sc.,
quae fiebant. Ps (LXVIII, 10): ‚Zelus
domus tuae comedit me.‘ Beda[2]: Zelus
est indignatio et tristitia de malo, quae
quaelibet mala, quae videt, corrigit, si
potest, si non potest, tolerat et gemit.
Prv XIV, (10): ‚Cor novit amaritudinem
animae suae.‘ Thr I, (22): ‚Multi gemitus mei, et cor meum moerens.‘ Moestitia
tamen haec causa irae vel furoris non
fuit. Et ideo sequitur: **sine furore consurgens**, hoc est simul de corde et corpore surgens ex zelo sc., **in turba**, hoc
est contra turbam peccatorum, **clamabam**,
arguendo sc. et praedicando et obsecrando,
Ps (LXVIII, 4): ‚Laboravi clamans, raucae
factae sunt fauces meae, dum clamarem.‘
II. ad Tim IV, (2): ‚Argue, obsecra, increpa, in omni patientia et doctrina.‘

Quanta autem caritate dilexit eos, sub-
dit: **Frater fui draconum**, dracones 29
dicuntur venenati homines alios inficientes, quorum frater fuit, quia fraterno
affectu dilexit, licet peccata eorum odiret.
Ir XXXI, (3): ‚In caritate perpetua dilexi
te, ideo attraxi te, miserans.‘ **et socius
struthionum.** Struthiones sunt similes
avibus non volantes, et significant fictos
hypocritas et falsos fratres, quos sociali
caritate dilexit, ut[d] converteret. Rom
XII, (9): ‚Dilectio sine simulatione: odientes malum, adhaerentes bono; caritate
fraternitatis invicem diligentes.‘

Et subdit mala, quae post haec omnia
bona sibi evenerunt: **Cutis** | **mea denigrata** 30
**est super me**, | quasi sc. sit exusta[e]. Thr M 86b T 52a
(V, 10): ‚Pellis nostra quasi clibanus
exusta est a facie tempestatum famis.‘
Iob VII, (5): ‚Cutis mea aruit | et con- B 57d
tracta est.‘ **et ossa mea aruerunt prae
caumate**, quasi propriis viribus destituta
et medullis. Thr I, (13): ‚De excelso misit
ignem in ossibus meis, et erudivit me.‘
Cauma vero vocat incendium febris vel
apostematis.

Et horum subdit effectum: **Versa est** 31
**in luctum cithara mea.** Cithara significat complexionem et compositionem corporis in unum per omnes complexiones
et compositiones membrorum concordantis,
quae in luctum vertitur, quando complexio distemperatur, et compositio sic
dissolvitur, ut unum membrum alterum

[a] in die *add. EFM.* [b] vitalia *om B, add. ex CC.* [c] me *EFM.*
[d] ad bonum *add. EFM.* [e] adusta *EFM.*

[1] *Hippocr., Prognost. 24 (Paris. 1840 II 180).* [2] *Non inveni.*

iuvare non possit. Thr V, (16): ‚Cecidit corona capitis nostri.‘

Et hoc est, quod subdit: **et organum meum in vocem flentium**, supple versum est. Organum fistulis sufflat et facit harmoniam, et significat gaudium, quod habuit in domo, omnibus sc. virtutibus domus iubilantibus in gaudium, uxore[a] sc. et filiis, clientulis[b] et terras colentibus. Is XXIV, (8 9): ‚Cessavit gaudium[a] tympanorum, quievit sonitus laetantium, conticuit dulcedo citharae cum gaudio. Non bibent vinum; amara erit potio bibentibus eam.‘

F 44b

## CAPITULUM XXXI.

1 **Pepigi foedus cum oculis meis.**

In hoc loco ostendit beatus Iob, quam innocenter passus est, et hoc per operationem boni et per abstinentiam a malo. Dividitur autem capitulum illud in duas partes. In quarum prima innocentiam ostendit, in secunda appetit, ut hoc scribatur et in iudicio proponatur ibi (XXXI, 35): *Quis mihi tribuat auditorem.*

Prima pars dividitur in tres. In prima
M 86c ostendit, qualis | fuit in munditia mentis et castitate corporis; in secunda, qualis fuit in iustitia et pietate, quae pars iu-
E 40a stitiae est, et usu | divitiarum ibi (XXXI, 13): *Si contempsi iudicium;* in tertia, qualis fuit ad alios sc. amicos et inimicos ibi (XXXI, 29): *Si gavisus sum ad ruinam eius.*

Primo ergo dicit, qualis fuit in munditia mentis et castitate corporis. Et haec dividitur in duas. In prima ostendit, qualis fuit ad mulieres solutas; secundo, qualiter ad coniugatas ibi (XXXI, 9): *Si deceptum est cor meum.*

In prima harum dicit, qualiter abstinuit a peccato; secundo, qualiter ab adiunctis peccato ibi (XXXI, 5): *Si ambulavi in vanitate.*

In primo tria sunt, sc. cautela, qua vitavit peccatum carnis, et ratio, qua vitavit, et timor poenae, quam ex peccato incidere noluit, et hoc est: **Pepigi foedus cum oculis meis**, nuntiantibus sc. delectabile venereum, **ut**, supple oculus nuntiaret delectabile, **non cogitarem**, sc. corde quidem **de virgine**; | virginem dicit eo, B 58a
quod haec magis movet ad concupiscentiam, intacta enim est et ideo magis desideratur ad luxuriam, quia maioris decoris est, et ideo facilius decipit. Cogitare autem de virgine est decorem cum forma et colore et membrorum et capillo|rum compositione et aliis delectan- T 52b
tibus mente cogitare, quae cogitatio saepe polluit mentem eius, qui etiam secundum corpus impotens est. Eccli XXX, (21): ‚Videns oculis et ingemiscens, sicut spado complectens virginem et suspirans.‘ Eccli XX, (2): ‚Concupiscentia spadonis devirginavit iuvenculam,‘ supple voluntate, non actu. Ps (CXVIII, 37): ‚Averte oculos meos, ne videant vanitatem.‘ Mt V, (28): ‚Qui viderit | mulierem ad concupiscen- M 86d
dam eam, iam moechatus est eam in corde suo.‘ Eccli IX, (5): ‚Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.‘ Propter hoc ergo foedus pepigit, ne de virgine cogitaret, quia talis cogitatio trahit ad concupiscendum. Gregorius in Glossa[1]: ‚Non debet[c] intueri, quod non licet concupisci.‘ Et inducit illud Ieremiae (IX, 21): ‚Intravit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos de foris, iuvenes in plateis.‘

Et ponit rationem huius cautelae duplicem: Unam quod Deum perdit, aliam
quod mentem alienat. Et hoc est: **Quam** 2
**enim partem**, supple, si concupiscentiae venereorum[d] deditus essem, **haberet Deus desuper in me**; Deus dicitur esse desuper in supernis bonis et altissimis, quae ad sapientiae pertinent contemplationem, in quibus delectari non potest,

[a] uxore . . . gaudium *om. E.* [b] clientibus *FM.* [c] licet *FM.* [d] *om. EFM.*

[1] *Glossa ord. ad Iob 30, 1; Migne 113, 836:* Non debent . . . *Cf. Greg., Mor. 21, 2, 4; Migne 76, 189:* Non decet . . .

qui delectatur in infimis, et maxime in carnis concupiscentiis, illectus enim talibus abstrahitur a summis. Iac I, (14): ‚Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus.‘ **et**, id est, supple, quam haberet **hereditatem**, quae ab herendo dicitur, **Omnipotens**, qui, quantum in se est, omnia continet, **de excelsis?** In excelsis enim, quantum est in se continet omnia, a quibus per concupiscentiam fornicator eicitur. Hoc significatum est Num XXV, (3 4), ubi sic dicitur: ‚Initiatus est Beelphegor Israel; et iratus Dominus dixit ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, et suspende eos contra solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel.‘ Beelphegor[1] idolum tentiginis est in inguine viri et in inguine mulieris secundum figuram, qua in Cypro Venus et Iupiter colebantur. Initiati tali
M 87a idolo et consecrati ab ira | Dei non liberantur nisi principes; hoc est, partes mentis superiores ad solem per contemplationem suspendantur, hoc est ad lumen veritatis aeternae.

Et subdit rationem ex alienatione men-
3 tis: **Numquid non perditio est**, supple virtutis, **iniquo**, hoc est fornicatori, qui iniquus est, **et alienatio**, mentis sc. **ope-**
B 58b **rantibus iniquitatem?** | ex carnis sc. concupiscentia. Eccli XIX, (2): ‚Vinum et mulieres apostatare faciunt etiam sapientes, et arguent sensatos;‘ hoc est, redar-
F 44c guibiles efficient, et qui se iungit | fornicariis, nequam erit. In talibus Deus partem non habet. I. ad Cor VI, (15): ‚An nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens igitur membrum Christi, faciam membra meretricis? Absit!‘ Aristoteles[2] in VII. Ethicorum ponit versum Homeri talem: Doli complicatrix Venus de Cypro nata furata est mentem valde sapientum. Dn XIII, (56): ‚Semen Chanaan et non Iuda, species decepit te, et concupiscentia sub-
vertit | cor tuum.‘ T 52c

Et subdit rationem ex timore: **Nonne** 4
**ipse**, Deus sc. | desuper **considerat vias** E 40b
**meas**, et cordis sc. et operis. Eccli XXIII, (28): ‚Oculi Domini lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum.‘ **et**, id est **cunctos gressus meos**, id est opera mea, **dinumerat?** hoc est, ad iudicium ponderat. Iob XIV, (16): ‚Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.‘ II. ad Cor V, (10): ‚Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum.‘ I. ad Cor V[3]: ‚Fornicatores et adulteros iudicabit Deus,‘ hoc est, condemnabit.

Et subdit, qualiter etiam abstinuit ab adiunctis. Adiuncta autem sunt duo. Ludus sc. vanitatis et dolus deceptionis,
et utrumque | dupliciter in corde sc. et M 87b
opere.

Et hoc est: **Si ambulavi in vanitate.** 5
Gregorius[4]: ‚Vanitas ad levitatem pertinet,‘ et est iuramentum exsecrationis. Tob III, (17): ‚Numquam cum ludentibus me miscui, neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me praebui.‘ Ir XXXI, (22): ‚Usquequo deliciis dissolveris, filia vaga?‘ Hieronymus[5]: Tactus et ioci, risus et sibili moriturae virginitatis solent esse principia. Iob XI, (12): ‚Vir vanus in superbiam erigitur, et tamquam pullum onagri se natum liberum putat.‘ Libertas pulli onagri vergit in lasciviam.

Et subiungit de dolo: **et festinavit in dolo pes meus.** Festinavit dicit, quia concupiscentia urget in dolo, quia amantes dolis se consueverunt decipere. Unde Ovidius[6]:

‚Promittens facito, quid enim promittere laedit?
Promissis dives quilibet esse potest.‘

[1] *Cf. Alb., In Ps. 105, 28 (XVII 96).*
[2] *Arist., Eth. Nic. 7, 6, 3 (II 82); cf. Alb, Eth. 7, 1, 9 (VII 486); Hom., Il. 14, 217 (Lips. 1890 II 35): πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονέοντος.*
[3] *Hebr 13, 4.* [4] *Greg., Mor. 21, 6, 11; Migne 76, 196.*
[5] *Hier., Vita S. Hil. 21; Migne 23, 38.*
[6] *Ovid., Art. amat. 1, 444 (Argent. 1807 I 235).*

Ir IX, (6): ‚Habitatio tua in medio doli:
in dolo renuerunt Me scire, ait Dominus.‘
6 **appendat me**, supple Deus, **in statera
iusta**, hoc est iusti iudicii, ut actum ponderet
secundum intentionem. Iob VI, (2):
‚Utinam appenderentur peccata mea, quibus
iram merui, et calamitas, quam patior,
in statera.‘ Prv XI, (1): ‚Pondus
aequum Domini voluntas.‘ **et sciat Deus**
B 58c **simplicitatem meam**, quam sc. uni soli |
sibi intentus, nec ad vanitatem nec ad
dolum declinavi. Prv XI, (3): ‚Simplicitas
iustorum diriget eos; et supplantatio
perversorum vastabit eos.‘

Et quod dixit in corde secundum simplicitatem
intentionis, hoc ostendit se
etiam observasse in opere. Unde subdit:
7 **Si declinavit gressus meus de via**, virtutis
sc. et praecepti et in dubiis de via
consilii. Iob XXIII, (11): ‚Vestigia eius
custodivit[a] pes meus, viam eius custodivi.‘
Ps (XXIV, 4): ‚Vias Tuas, Domine, de-
M 87c monstra mihi.‘ | Is XXVI, (7): ‚Semita
iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.‘

Et de intentione rationis subdit: **si secutus
est oculus meus**, intentio sc. rationis,
**cor meum**, carneum sc. et illicitis aliquando[b]
tentatum. In corde enim aliquando
seminatur zizania, sicut dicitur Mt XIII,
(25): ‚Venit inimicus et superseminavit
zizania.‘ **et**, supple ideo propter perversitatem
intentionis, **manibus meis**, hoc est
operibus meis, **adhaesit macula**. Ps
(XXIII, 4): ‚Innocens manibus et mundo
corde, qui non accepit in vanum animam
8 suam.‘ | **seram**[c], **et alius comedat**, hoc
T 52d est omnem fructum meum alius evacuet.
Os VII, (9): ‚Comederunt alieni robur
eius, et ipse nescivit.‘ Dt XXVIII, (38):
‚Sementem multam iacies in terram, et
modicam congregabis: quia locustae devorabunt
omnia.‘ Is XVII, (11): ‚Mane
semen tuum florebit: ablata est messis
in die hereditatis, et dolebit graviter.‘ **et
progenies mea**, quae etiam de semine
meo est progenita, **eradicetur**, hoc est, radicitus
evellatur. Sap IV, (3): | ‚Adulte- F 44a
rinae plantationes non dabunt radices
altas, nec stabile firmamentum collocabunt.‘
Sap III, (16): ‚Filii adulterorum in
consummatione erunt, et ab iniquo thoro
semen exterminabitur.‘

Et postquam dixit immunitatem suam
a peccato carnis ad solutam, subdit de
innocentia adulterii ad coniugatam, et hoc
est: **Si deceptum est cor meum**. Venus 9
enim decipiendo subvertit, propter quod a
Homero[1] doli complicatrix vocatur, **super
mulierem** alienam. Prv V, (20): ‚Quia
seduceris, fili mi, ab aliena, foveris et
seduceris in sinu alterius.‘

Et adulterorum | ponit adiuncta, a qui- M 87d
bus etiam abstinuit, et hoc | est: **et si** E 40c
**ad ostium vicini**[d] **mei**, pro concupiscentia
sc. suae uxoris **insidiatus sum**. Eccli
XXI, (25): ‚Pes fatui facilis in domum
proximi sui,‘ et paulo post (Eccli XXI,
26): ‚Stultus a fenestra respicit in domum;
vir autem eru|ditus foris stabit,‘ B 58d
et postea (Eccli XXI, 27): ‚Stultitia hominis
auscultare per ostium.‘

Et subdit poenam: **scortum sit alterius** 10
**uxor mea**, ut sc. in eo puniar, in quo
deliqui, et hoc est in effectu, **et super
illam incurventur alii**, in opere sc. adulterii.
Os IV, (14) talibus dicit Dominus:
‚Non visitabo super filias vestras, cum
fuerint fornicatae, et super sponsas vestras,
cum adulteraverint, quoniam ipsi cum
meretricibus conversabantur.‘

Et subdit huius peccati iniuriam: **Hoc** 11
**enim nefas** sive crimen **est, et iniquitas
maxima** contra proximum, auferre enim
uxorem maior iniquitas est quam auferre
res. Unde II. Rg XII, (11) poena ponitur
huius peccati per Nathan prophetam:
‚Ecce, Ego suscitabo contra te malum
de domo tua, et tollam uxores tuas in
oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet
cum uxoribus tuis in oculis solis
huius.‘

[a] secutus est *EFM*. [b] turbatum et *add. EFM*. [c] semen *F*.
[d] amici *F in margine*.

[1] *Cf. col. 353 annot. 2.*

Et subdit nocumentum, quod infert ipsi
12 adultero: **Ignis est** per aestum libidinis **usque ad consummationem** sive perditionem **devorans.** Os VII, (4): ‚Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a coquente.' Dt XXXII, (22): ‚Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima.' Et hoc est, quod sequitur: **et omnia eradicans genimina,** boni sc. et virtutis. Prv VI, (27—29): ‚Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non com-
M 88a burentur plantae eius? | sic, qui ingreditur ad mulierem[a] proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam.'

13 **Si contempsi subire.**

Ostenso, quod immunis erat a peccato libidinis, ostendit, quod immunis est a peccato iniuriae et avaritiae, quae semper cum iniuria est ibi (XXXI, 24): *Si putavi aurum.*

T 53a In prima duo sunt, sc. quod abstinuit | ab iniuria ad suos et quod abstinuit ab iniuria ad miseros ibi (XXXI, 16): *Si negavi, quod volebant.* In prima duo sunt: sc. abstinentia a peccato et ratio. Et hoc est: **Si contempsi subire iudicium,** aestimationis sc. boni viri **cum servo meo** a serviendo dicto **et ancilla mea,** quae dicitur ab an, quod est circum, et cillio cillis, quod est moveri, quia movetur in obsequiis dominae. **cum disceptarent adversum me** aliquando de oppressione laboris vel de subtractione mercedis. De hoc enim aliquando disceptatio est, sicut Iacob disceptavit cum Laban. Gn XXXI, (41); ‚Mutasti quoque mercedem meam decem vicibus.' Dt XXIV, (14 15): ‚Non negabis mercedem indigentis, et pauperis fratris tui, sive advenae, qui tecum moratur in terra tua, et intra portas tuas
B 59a est, sed | eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, et ex eo sustentat animam suam.'

Et subiungit rationem duplicem: Unam ex parte iudicii divini, aliam ex parte
14 aequalitatis naturae, et hoc est: **quid enim faciam,** hoc est, quid iustae excusationis habere possum, **cum surrexerit ad iudicandum Deus?** inter me sc. et illum. Dt XXIV, (14 15): ‚Non negabis mercedem pauperi[b], ne clamet contra te[c] ad Dominum, et reputetur tibi in peccatum.'

**et cum quaesierit,** Dominus supple, **quid respondebo illi?** Iac V, (4): ‚Ecce, merces operariorum vestrorum, qui messuerunt | regiones vestras, quae fraudata M 88b
est a vobis, clamat: et clamor eorum in aures Domini Sabaoth | introivit.' Eccli F 45a
XXXIV, (25): ‚Panis egentium vita pauperum est; qui defraudat illum, homo sanguinis est.'

Et subdit rationem ex naturae aequalitate: **Numquid non in utero fecit me,** 15
Deus supple, **qui et illum operatus est?** et sic aequales sumus ex patre. Mal II, (10): ‚Numquid non Deus unus cre|avit E 40d
nos? Quare ergo unusquisque despicit fratrem suum?' Sic ergo aequales sumus ex parte corporis. **et formavit me,** quantum ad animam supple, **in vulva,** hoc est in conceptu vulvae, **unus?** supple, qui et illum formavit. Sap VI, (8): ‚Pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter est ei cura de omnibus.' Eph VI, (9): ‚Et vos, Domini, eadem facite servis, remittentes minas: scientes, quia et illorum et vester Dominus est in caelis, et personarum acceptio non est apud Deum.'

Et subdit de innocentia iniuriae ad miseros, et hoc dupliciter, sc. quod non peccavit non communicando sua, et quod non peccavit iniuste vel iuste opprimendo in iudicii causa. De primo tria dicit; sc. quod communicavit sua, et quod etiam de modico partitus est cum misero, et quod non tantum fecit hoc in victu, sed etiam in vestimento. Et hoc est: **Si ne-** 16
**gavi, quod volebant, pauperibus,** hoc est, quod petebant. Eccli IV, (1): ‚Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transvertas a paupere.' Prv III, (9): ‚Honora Dominum de tua substantia, et de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus.' Tob IV, (7):

[a] uxorem *EFM.* [b] pauperis *FM.* [c] me *FM.*

T 53b ,Ex substantia tua fac eleemosynam, | et
ne avertas faciem tuam ab ullo paupere.‘
**et oculos viduae**, non habentis sc. patro-
num et egentis, **exspectare feci**, sed supple,
M 88c statim subveni. Eccli IV, (3): | ,Cor in-
opis ne afflixeris, et non protrahas datum
angustianti.‘ Prv III, (28): ,Ne dicas
amico tuo: Vade, et revertere, cras dabo
tibi, cum statim possis dare.‘
Et subdit, quod etiam de modico par-
17 titus est, et hoc est: | **si comedi buc-**
B 59b **cellam meam solus**, buccella est, quod
clauditur in cella buccae, **et non comedit**
**pupillus**, ex se sc. non habens. **ex ea**, sc.
ex buccella. Tob IV, (9): ,Si multum tibi
fuerit, abundanter tribue; si parum, hoc
ipsum impertiri stude.‘ Unde Mc XII[a],
(43) laudat Dominus viduam, quae in duo-
bus minutis totum victum obtulit.
Et huius misericordiae nunc subdit ra-
18 tionem: **quia ab infantia mea**, hoc est a
consideratione infantiae meae, in qua im-
potens et egenus fui, **crevit mecum mise-**
**ratio.** Gregorius[1]: In bonis ut aetas
corporis, ita aetas virtutis crescit, in aliis
crescente aetate innocentia decrescit. **et**
**de utero matris**[b] **egressa est mecum**, et
hoc per considerationem; considerans
enim miseram et egenam nativitatem[c]
compassus sum miseris. Unde supra I,
(21) dixit: ,Nudus egressus sum ex utero
matris meae, nudus revertar illuc.‘ Eccle
V, (15): ,Miserabilis prorsus infirmitas:
Quomodo venit, sic revertetur.‘ In ortu
enim et exitu et dives et pauper aequa-
liter pauperes sunt. I. ad Tim VI, (7):
,Nihil intulimus in hunc mundum, haud
dubium, quia nec portare quid possumus.‘
Unde considerans paupertatem propriam
et adiutum se esse a Deo per res huius
mundi fratri pauperi subvenit et reputat
se illi esse debitorem. Eccli IV, (8):
,Declina pauperi sine tristitia aurem tuam,
et redde illi debitum tuum.‘ Prv XIX,
(17): ,Foeneratur Domino, qui miseretur
pauperi; et vicissitudinem reddet ei.‘

Et subdit de vestimento: si **despexi** 19
**praetereuntem**, undique praeteriit, qui
certam | mansionem non habet et pro- M 88d
priam. Mt VIII, (20): ,Vulpes foveas ha-
bent et volucres caeli nidos: Filius autem
hominis non habet, ubi caput suum re-
clinet.‘ Hoc autem verum est de Christo
in se et in pauperibus suis. **eo quod non**
**habuerit indumentum**, despicit, qui[d] in-
dumentum non porrigit. Is LVIII, (7):
,Cum videris nudum, operi eum.‘ Et
hoc explanans subdit: **Et absque operi-**
**mento pauperem**, supple si despexi; Deus
enim honorandus est in paupere. Iac II,
(5 6): ,Deus eligit pauperes in hoc mundo,
divites in fide, et heredes regni, quod
repromisit Deus diligentibus se. Vos au-
tem exhonorastis pauperem.‘
Et haec indicia fuerunt humilitatis; et
de pietate subdit: **si non benedixerunt** 20
**mihi latera eius**, hoc est vitalia refecta a
me et fota vestimenta. Iob XXIX, (13):
,Benedictio perituri super me veniebat.‘
Eccli | IV, (5): ,Ab inope ne avertas F 45b
oculos propter iram, et ne relinquas quae-
rentibus | tibi retro maledicere.‘ B 59c
Causam autem benedictionis | subdit: T 53c
**et**, id est quia, **de velleribus ovium mea-**
**rum calefactus** | **est**, hoc est a frigore E 41a
opertus et defensus. Econtra de malis
et impiis dicitur Iob XXIV, (7): ,Nudos
dimittunt homines, indumenta tollentes,
quibus non est operimentum in frigore.‘
Et subdit, qualiter etiam iuste in iu-
dicio non oppressit pauperes in causa
propria: **si levavi manum meam super** 21
**pupillum**, hoc est potestatem, **etiam cum**
**viderem me**, hoc est, scirem, **in porta**,
hoc est in causa iudicii, quae in portis
agebatur, **superiorem**, hoc est potiorem.
Sensus est: Cum in causa iustitiae po-
tior essem et iustam querelam haberem,
non vehementer exegi a pupillo, quod
iuste exigere poteram implens hoc, quod | M 89a
Mt VI, (12) dicitur: ,Dimitte nobis debita
nostra, sicut et nos dimittimus debitori-

[a] Mt XXIV *CC.* [b] meae *add. FM.* [c] meam *add. TEFM.* [d] quod *E.*

[1] *Greg., Mor. 21, 18, 28; Migne 76, 206.*

bus nostris.‘ Mt XVIII, (32 33): ‚Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo et te oportuit misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus sum?‘

22 Et supponit poenam, si hoc fecit: **humerus meus**, in quo est adiutorium vitae meae, **a coniunctura sua**, hoc est a compage corporis, **cadat**, ut sc. me iuvare non possim. Eccli XXXVI, (12): ‚Contere caput principum et inimicorum dicentium: Non est alius praeter nos.‘ Et hoc est, quod sequitur: **et brachium meum**, hoc est virtus adiutorii, **cum suis ossibus**, hoc est cum suo robore, **conteratur**. Ps (X, 15): ‚Contere brachium peccatoris et maligni.‘ In signum huius III. Rg XIII, (4) brachium Ieroboam, quod extendit contra virum Dei, exaruit, nec valebat manum retrahere ad se.

23 Et subdit rationem: **Semper enim quasi tumentes super me fluctus**, abundantis sc. iustitiae divinae, quam habet contra nos, **timui Deum**, quia comparatione suae iustitiae iustitia nostra iniustitia est. Ps (CXLII, 2): ‚Non intres in iudicium cum servo Tuo, quia non iustificabitur in conspectu Tuo omnis vivens.‘ Is LXIV, (6): ‚Sicut pannus menstruatae universae iustitiae nostrae.‘ **et pondus eius**, iustitiae sc. divinae **ferre non potui**, et ideo, supple de iustitia, quam habui contra alios, remisi, ne sc. gravi pondere iustitiae suae me premeret. Iob XXIII, (6): ‚Nolo, multa fortitudine contendat mecum nec magnitudinis suae mole me premat.‘ Ps (XXXV, 7): ‚Iustitia tua sicut montes Dei.‘

24 **Si putavi aurum.**

Tangit hic, qualis fuit in usu divitiarum; primo in usu divitiarum, secundo in veneratione fortunae ibi (XXXI, 26): *Si vidi solem.* In usu divitiarum dicit duo,
M 89b sc. quod non | confidit in eis, nec laetatus est in eis laetitia fruitionis.

Et hoc est: Si **putavi aurum**, a pretio-
B 59a siori metallo omnes divitias significat, | quia, ut dicit Aristoteles[1] in V. Ethicorum, omnes illo metallo mensurantur. **robor meum**, hoc est robur vitae meae, hoc enim convenit auro, in quantum est fideiussor futurae necessitatis, ut dicit Aristoteles[2], et pretium redimens a necessitate, sic enim roborat vitam. Eccli XXXI, (8 9): ‚Beatus vir, qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia.‘

Et hoc exponit subdens: **et obrizo**, hoc
est | rudi auro in puritate naturali con- T 53a
sistente, **dixi**, corde sc. ore et opere: **Fiducia mea**. Prv XI, (28): ‚Qui confidit in divitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.‘ Quem irridens David in Ps (LI, 8 9) dicit: ‚Super eum ridebunt et dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum: sed speravit in multitudine divitiarum suarum.‘

Et subdit de laetitia fructus: **si lae- 25**
**tatus sum super multis divitiis meis**, ita sc. quod finem ponerem in eis, sicut ille Lc XII, (19 20), qui dixit: ‚Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos: comede, bibe, et ebulare. Et responsum est ei: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te; quae autem parasti, cuius erunt?‘ Ecclе V, (12 13): ‚Est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: Divitiae conservatae in malum domini sui; pereunt enim in afflictione pessima.‘ **et quia plurima** in lucris et reditibus **reperit manus mea**, sicut ille, qui dixit, Is X, (14): ‚Invenit quasi nidum manus Mea fortitudinem populorum, et sicut colliguntur ova, quae derelicta sunt, sic universam terram Ego congregavi.‘ Ps (LXI, 11): ‚Divitiae
si affluant, | nolite cor apponere.‘ In his F 45c
ergo non laetabatur, ut dicit Gregorius[3], | M 89c
sciens, cui plus committitur, ab eo plus exigitur.

Et subdit de fortuna: **si vidi oculo** sc. **26**
beneplaciti **solem**, hoc est claritatem fortunae, **cum fulgeret**, hoc est, cum clare

[1] *Arist., Eth. Nic. 5, 5, 10 (II 58).* [2] *ib. 5, 5, 14 (ib.).*
[3] *Greg., Mor. 22, 5, 8; Migne 76, 217.*

crescendo procederet, **et lunam**, quae
prosperitatem in terrenis significat, **in-
cedentem**, per incrementa sc. prosperitatis
**clare.** Is LX, (20): ,Non occidet ultra sol
27 tuus, et luna tua non minuetur.' **et lae-
tatum est cor meum in abscondito**, lae-
E 41b titia sc. | fruitionis, sicut faciunt illi, qui
spem suam ponunt in talibus, sicut illi,
qui dicunt, Sap II, (6): ,Venite, et frua-
mur bonis, quae sunt, et utamur creatura,
tamquam in iuventute celeriter.' **et oscu-
latus sum manum meam ore meo**, hoc est,
si opus manuum mearum placuit mihi in
talibus et laudavi hoc. Gregorius[1]: Ma-
num suam osculatur ore suo, qui
laudat, quod facit. Prv XXIV, (28): ,Ne
lactet quemquam labiis tuis!' lactatur
enim, qui laudatur. Prv XXVII, (2):
,Laudet te alienus, et non os tuum: ex-
28 traneus, et non labia tua.' **quae est
B 60a iniquitas | maxima**, hoc est iniquitatis
maximae causa. Prv I, (32): ,Prosperi-
tas stultorum perdet eos.' De talibus
dicitur in Ps (LXXII, 7): ,Prodiit quasi
ex adipe iniquitas eorum, et transierunt
in affectum cordis.' **et negatio contra
Deum altissimum**, quia, qui confidit in di-
vitiis, non confidit in Deo, et sic negat
Deum. Unde de talibus divitibus dicitur
Iob XXI, (14); ,Dixerunt Domino Deo:
Recede a nobis, scientiam viarum Tuarum
nolumus.' Ir XVII, (5): ,Maledictus homo,
qui confidit in homine, et ponit carnem
brachium suum et recedit a Domino cor
eius.' Hoc[a] ultimum etiam de idolo-
latria potest exponi. Quidam enim solem
venerabantur ut ducem fortunae in po-
tentatu, gloria et fama, et lunam ut du-
M 89d cem | et illuminatricem in sanitate et
prosperitate terrenorum, sicut dicitur Ir
VII, (18): ,Quod placentas fecerunt re-
ginae caeli,' hoc est lunae. Et illi in
venerationem extenderunt manus contra
T 54a lunam et solem, et ob venerationem lu|-
minis cadentis super manus osculabantur
manus, quae fuit iniquitas maxima, quia
idololatria et negatio contra Deum, quia
creaturae attribuit, quod solius creatoris
fuit. Is LX, (19): ,Non erit tibi amplius
sol ad lucendum per diem, neque splendor
lunae illuminabit te, sed erit tibi Dominus
in lucem sempiternam, et Deus tuus in
gloriam tuam.'

**Si gavisus sum.** 29

Tangit hic, qualiter se habuit ad alios,
et tria dicit: Primo, qualiter se habuit ad
inimicos; secundo ponit antipophoram[2]
tacitae obiectionis ibi (Iob XXXI, 33): *Si
abscondi;* tertio, qualiter ad amicos ibi
(XXXI, 34): *Si expavi.*

Et hoc est: **Si gavisus sum ad ruinam
eius, qui me oderat**, implens illud, quod
Dominus dicit, Mt V, (44): ,Vestros in-
imicos diligite;' qui enim diligit inimicum,
in casu eius non laetatur, **et exsultavi,
quod inveniebat[b] eum malum**, sicut gau-
dium est cordis, ita exsultatio est corpo-
ris; et exsultatio est, quando gaudium
cordis gestu corporis exprimitur. Mich
VII, (8): ,Ne laeteris, inimica mea, super
me, quia cecidi; consurgam.' Debemus
enim vitia inimicorum odire et naturam
diligere et idcirco non diligere casum,
sed erigere, quantum possumus, ad bonum.
Unde David planxit casum Saul et Iona-
thae, II. Rg I, (11 12). Rom XII, (20):
,Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si
sitit, potum da illi.'

Et huius innocentiae ponit rationem:
**non enim dedi ad peccandum guttur** 30
**meum.** Guttur est continuatio linguae
ad cor, et dicitur peccare guttur,
quando ex corde procedit peccatum in
os, **ut expeterem** vel exspectarem, hoc
est, ut exspectando | expeterem malum M 90a
eius, vel exspectarem, donec eveniret ei
maledictum, quod statim inferre non po-
tui. **maledicens animam eius.** Animam
enim dilexit, licet iniquitatem[c] odio ha-
beret. Eccli XXI, (30): ,Cum maledicit
impius | diabolum, hoc est adversarium, B 60b
maledicit animam suam.' Rom XII, (14):

[a] autem *add. EFM.* [b] invenisset *E.* [c] vitia *EFM.*

[1] *Greg., Mor. 22, 9, 20; Migne 76, 225.* [2] *Cf. Du Cange I 305: ἀνθυπόφορα responsum.*

F 45d ‚Benedicite | persequentibus[a] vos, bene-
dicite, et nolite maledicere.‘

Et addit, qualiter se habuit ad dome-
sticos, et qualiter illos toleravit: **Si non**
31 **dixerunt viri tabernaculi mei**; inquilini[b]
sc. et concellanei domorum mearum, qui
amici mei esse videbantur. **Quis det, ut**
**de carnibus eius saturemur?** ita enim
odiebant[c] eum, ut saturari quaerebant
de mollioribus eius, sed tamen dissimu-
lans toleravit eos, de quibus dicitur Ir
IX, (4): ‚Unusquisque a proximo suo se
custodiat, et in omni fratre suo non ha-
beat fiduciam.‘ Ps (CXIX, 7): ‚Cum his,
qui oderunt pacem, eram pacificus.‘ Exem-
plum, quod sic Dominus toleravit Iudam,
Io XIII, (26), et sic toleravit etiam Iu-
E 41c daeos. |

Et subdit, qualiter se habuit ad extra-
neos, non inimicos, sed indigentes in ho-
32 spitalitate. Et hoc est: **foris non mansit**
**peregrinus**, negato sc. hospitio, **et**, quod[d]
plus est, **ostium meum viatori patuit**, ut
sc. patulum inveniret, antequam pulsaret.
Is LVIII, (7): ‚Egenos vagosque induc in
domum tuam.‘ Hebr XIII, (2): ‚Hospita-
litatem nolite oblivisci, per hanc quidam
placuerunt, angelis hospitio receptis.‘
Exemplum in[e] Abraham Gn XVIII, in[e]
T 54b Loth Gn XIX, in[e] discipulis cogen|tibus
Dominum Lc XXIV, (29), unde dicitur
ibi: ‚Coegerunt illum, dicentes: Mane no-
biscum.‘

Et subdit excludens tacitam obiectio-
nem. Posset enim aliquis dicere, quod per
haec omnia bona peccata abscondere vellet,
cum tamen peccator esset. Unde dicit:
33 **si abscondi quasi homo**[f]. Hebraeus habet:
quasi Adam[1] et alludit ei, quod dicitur
M 90b Gn III, (10): ‚Audivi vocem | Tuam et
abscondi me,‘ hoc est culpam in alium
retorsi. Iob XX, (12 13): ‚Cum dulce sit
in ore eius malum. Abscondet illud sub
lingua sua. Parcet illi, et non derelin-
quet illud, et celabit in gutture suo,‘ ubi
dicit Gregorius[2]: Sub lingua abscon-
dit peccatum suum, qui excusando
peccatum celat. Prv XXVIII, (13): ‚Qui
abscondit scelera sua, non dirigetur, qui
autem confessus fuerit, et reliquerit ea,
misericordiam consequetur.‘

Unde hoc exponens subdit: **et** supple
si **celavi**, ut hypocrita vel per excusatio-
nem, **in sinu meo**, hoc est in occulto cor-
dis mei, **iniquitatem meam.** Is XLIII,
(26): ‚Dic tu iniquitates tuas, ut iustifi-
ceris.‘ Ps (XXXI, 5): ‚Dixi: Confitebor,
et Tu remisisti.‘ Prv XVIII, (17): ‚Iustus
prior accusator est sui.‘

Et subdit, qualiter se habuit ad propin-
quos: **Si expavi ad multitudinem nimiam,** 34
supple indigentium propinquorum, largo
enim sinu caritatis omnes recepit. Lc
VI, (30): ‚Omni petenti te tribue.‘ Et
hoc exponit subdens, **et** id est **despectio**
**propinquorum**, hoc est despecti propinqui
propter | paupertatem, **terruit me.** Is B 60c
LVIII, (7): ‚Carnem tuam ne despexeris.‘
Exemplum Tob I, (17): ‚Cum Tobias Ga-
belum cum multa turba generis sui videret
egentem, sub chirographo dedit ei pondus
argenti.‘ **et non magis tacui**, ne sc. lo-
quens terrerem eos, et sic timerent venire.
Is XLII, (14): ‚Tacui semper, silui, pa-
tiens fui.‘ **nec egressus sum ostium**, ut
sc. quidam faciunt, qui domi ab hospiti-
bus nolunt inveniri, ut familia eis non
praesentibus neget hospitium. Contra
quod dicitur Gn XVIII, (1): ‚Apparuit
Abrahae Dominus in convalle Mambre
sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso
fervore diei.‘ Abraham enim nec fervor
diei ab ostio repulit, ut transeuntes in-
vitaret.

**Quis mihi tribuat | auditorem.** 35
Hic petit, ut omnia sua scribantur et M 90c
secundum scripturam veritatis iudicetur,
vel ad poenam, vel ad coronam.

Et hoc est: **Quis mihi tribuat audito-**
**rem**, qui sc. rationes meae defensionis

[a] et calumniantibus *add. EFM.* [b] domestici *E.* [c] oderant *EFM.*
[d] etiam *add. EFM.* [e] de *EFM.* [f] **peccatum meum** *add. FM.*

[1] כְּאָדָם [2] *Greg., Mor. 15, 11, 13; Migne 75, 1087.*

audiat sicut Sŭsannae, Dn XIII, (42 43):
‚Domine Deus aeterne, qui absconditorum
es cognitor, qui nosti omnia, antequam
fiant, Tu scis, quia falsum testimonium
tulerunt contra me.‘ Et post pauca (Dn
XIII, 44): ‚Exaudivit autem Dominus vo-
cem eius.‘ **ut desiderium meum Omni-
potens audiat.** Ps (CI, 2): ‚Domine, ex-
audi orationem meam, et clamor meus
ad Te veniat.‘ **et librum scribat**, de acti-
bus meis sc. **ipse**, **qui iudicat**, qui non
nisi vera et iusta scribet. Iob[a] XIX, (23):
‚Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones
36 mei?‘ **ut in humero meo portem illum**,
ante iudicem sc. Mal III, (16): ‚Scriptus
T 54c est liber in monumento[b] coram | Domino,‘
hic autem liber conscientiae est, quem
F 46a quilibet | portat ante Dominum. Dn VII,
(10): ‚Iudicium sedit, et libri aperti sunt.‘
**et circumdem illum**, hoc est conscripta in
libro, **quasi coronam mihi?** Scio enim,
quod ex scriptis in libro coronabor. Eccli
XLV, (14): ‚Corona aurea super mitram
eius expressa signo sanctitatis.‘ Ps (VIII,
6): ‚Gloria et honore coronasti eum.‘
37 **Per singulos gra|dus meos**, hoc est vir-
E 41d tutum mearum et operum, **pronuntiabo
illum**, hoc est, allegabo coram illo. Iob X,
(2): ‚Indica mihi, cur me ita iudices?‘ **et
quasi principi**, recta sc. iudicanti **offeram
eum**, ut sc. secundum scripta in libro
iudicet me. Zach (V, 3): ‚Omnis fur,
sicut scriptum est, iudicabitur, et[c] omnis
iurans ex hoc similiter iudicabitur‘[c]. Hab
II, (2): ‚Scribe visum, et exara eum su-
per tabulas, ut percurrat, qui legerit.‘
M 90d Et dicit quasi principi, quia | dicitur
Is XXXII, (8): ‚Princeps, quae sunt digna
principe, cogitabit, et ipse super duces
B 60d | stabit.‘ Et ibidem (Is XXXII, 1): ‚Prin-
cipes in iudicio praeerunt.‘ et adhuc (Is
XXXII, 5): ‚Non vocabitur ultra is, qui
insipiens est, princeps.‘
Et ad complementum omnium, quae
dicta sunt, subdit de abundanti iustitia:
38 **Si adversum me terra mea clamat**, per
metonymiam terra clamat, quando
laboratores terrae de subtracta sibi cla-
mant mercede. Iac V, (4): ‚Ecce, merces
operariorum vestrorum, qui messuerunt
regiones vestras, clamat.‘ **Et cum ipsa
sulci eius deflent**, sulci deflent, quando
terram sulcantes et arantes pro non par-
titis cum eis, sed ablatis fructibus deflent.
Ioel I, (11): ‚Confusi sunt agricolae, ulu-
laverunt vinitores super frumento, vino,
et hordeo, quia periit messis agri.‘ Is
XVII, (11): ‚Ablata est messis in die
hereditatis, et dolebit graviter.‘
Et hoc, quod dixit, exponens subdit: **si** 39
**fructus eius**, sc. terrae meae, **comedi**, hoc
est, insumpsi, **absque pecunia**, qua sc.
laborantes remunerarem, quod est contra
praeceptum Domini. Dt XXIV, (15):
‚Ante solis occasum reddes pretium la-
boris sui.‘ **et animam**, hoc est vitam ani-
malem, **agricolarum eius**, hoc est terrae,
**afflixi**, non dividendo supple cum eis
fructus. Eccli XXXIV, (26 27): ‚Qui
aufert in sudore panem, quasi qui occidit
proximum suum, qui effundit sanguinem,
et qui fraudem facit mercennario furis
fratres[d] sunt.‘
Et huius peccati subdit poenam: **pro** 40
**frumento oriatur mihi tribulus**, quod est,
sc. frumentum, cibus hominum, et alludit
maledictioni hominum pro primo peccato
a Domino factae. Gn IV, (12): ‚Cum ope-
ratus fueris terram, non dabit fructus
suos.‘ (Gn III, 18): ‚Sed spinas et tri-
bulos germinabit tibi.‘
Et quia terra non tantum profert cibum
hominum, sed etiam pabulum iumento-
rum, subdit: **et pro hordeo**, quod cibus
iumentorum est, **spina**, supple oriatur
mihi, ut sc. iumenta | mea pabulo careant. M 91a
Is XXX, (24): ‚Tauri tui et pulli asi-
norum, qui operantur terram, commix-
tum migma comedent, sicut in area venti-
latum est;‘ migma enim hordeum est
festucae comminutae mixtum, quod cibus
iumentorum est. Dt XXV, (4): ‚Non
alligabis os bovis triturantis in area
fruges tuas.‘

[a] Simile supra *EFM.* [b] monumenti *E.* [c] et . . . iudicabitur *om. E.*
[d] fures *T in margine,* fratres *deletum in textu;* fratres *EFM.*

T 54d

## CAPITULUM XXXII.

1 **Omiserunt autem tres viri isti.**

IN parte ista introducitur opinio Eliu et dividitur in duas partes. In quarum prima determinatur ordo sententiae introductae, in secunda determinatur ipsa sententia infra (XXXIII, 1) ibi: *Audi igitur Iob.*

Prima pars in tres partes dividitur. In prima parte per modum historiae ostenditur istius sententiae introductio; in secunda parte in verbis Eliu proponitur B 61a cura[a] | introductionis ibi (XXXII, 6): *Respondens Eliu, filius Barachel;* in tertia modus proponendi proponitur ibi (XXXII, 15): *Et timuerunt.*

In prima parte tria sunt: Primo enim ostenditur, qualiter tres in sententiam beati Iob consenserunt; secundo, qualiter zelo veritatis Eliu commotus ad responsionem se paravit ibi (XXXII, 2): *Et iratus indignatusque;* tertio, qualiter exorsus est ibi (XXXII, 4): *Igitur Eliu.*

Praenotandum tamen[b] est, quod sententiae tres, quae praemissae sunt, antiquiores dicuntur, quia ex communibus sunt et generalibus, quae inventione artium et scientiarum prima fuerunt, ut dicit Aristoteles[1] in fine Elenchorum; quae communia posteriores coartaverunt et auxerunt et ad propositum determinaverunt. Et sic tres sententiae, quia non F 46b nisi ex adiunctis communibus ac|ceptae sunt, et ex communibus principiis primis, sicut ex talibus a iusto iudice non damnatur, nisi qui peccavit; tu condemnatus es, E 42a ergo | peccasti. Haec sunt enim prima, quae supponuntur in rhetoricis, et talia fuerunt omnia, quae dixerunt tres amici. Et quia iste determinat et adaptat talia M 91b principia ad propositum, | et magis arguit ex particularibus, quod fuit studium posteriorum, ut dicit Aristoteles[2], ideo sententia ista dicitur iunior et posterior. Non enim alia dicit quam alii; sed quia primorum studia iste[c] coartavit et multiplicavit adiuncta et ex his probabilius arguit, ideo iuniorem se esse dicit, et a spiritu divino se haec accepisse. In rhetoricis enim disputationibus, quae involutae sunt adiunctis, ut dicit Boetius[3], prima principia et generaliora frequenter falsa sunt; particularia autem et coartata, efficaciora ad persuadendum, quae tamen posteriora sunt secundum artis inventionem.

Et hoc est: **Omiserunt autem tres viri isti**; Eliphaz sc. Themanites, Baldach Suhites, et Sophar Naamathites, **respondere Iob**: dativi casus et supponit causam: **eo, quod iustus sibi videretur**, hoc est iustam sententiam defendens. Sap VIII, (12): ‚Loquentem me respicient, et sermocinantem me plura, manum ori suo imponent.' III. Esr III, (12): ‚Super omnia vincit veritas.' Turpe enim est veritatem agnitam impugnare, et talis protervus reputatur; et ideo isti amplius respondere dimiserunt. Aristoteles in primo Ethicorum[4]: Ambobus exsistentibus amicis, philosophis sc. et veritate, sciunt praehonorare veritatem, et ideo isti veritatem honorantes respondere omiserunt. Iob VI, (10): ‚Non contradicam sermonibus sancti.' II. ad Cor XIII, (8): ‚Non enim possumus aliquid contra[d] veritatem, sed omnia pro veritate.' Gal III, (1): ‚O insensati Galatae! quis vos fascinavit veritati non oboedire?' | B 61b

**Et iratus.** 2

Tangit hic, quid movit Eliu ad loquendum: Zelus sc. veritatis et indigna|tio T 55a falsitatis; et hoc est: **Et iratus**, ira sc. per zelum. Io II, (17): ‚Zelus domus Tuae comedit me.' **indignatusque est** contra falsitatem. Ps (XXIX, 6): ‚Ira in indignatione eius.' **Eliu**, describit istum a nomine, a generatione, a loco studii | et a M 91c

[a] causa *FM*. [b] autem *EFM*. [c] ipse *EFM*. [d] adversus *EFM*.

[1] *Arist., De Soph. Elench. 34, 5 (I 308); cf. Alb., Elench. 2, 5, 3 (II 711).*
[2] *Arist., Anal. Post. 1, 2, 10 (I 122).* [3] *Cf. Boeth., De consol. Phil. 5, 1; Migne 63, 860.*
[4] *Arist., Eth. Nic. 1, 6 1 (II 4).*

cognatione, ut magis authentica sit doc-
trina sua. Eliu enim interpretatur Deus
meus iste vel Deus Dominus et significat,
quod verba sua divina sunt. II. Rg XXIII,
(2): ‚Spiritus Domini locutus est per me,
et sermo eius per linguam meam.‘ **filius
Barachel**, qui interpretatur benedictio Do-
mini eo, quod benedictione Domini per
inspirationem spiritus dicit se scientiam
accepisse. Io XVI, (13): ‚Cum venerit
ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem
veritatem.‘ Eccli XXXIX, (27 28): ‚Bene-
dictio illius quasi fluvius inundabit. Et
quomodo cataclysmus terram inebriabit.‘
Et commendat eum a loco studii: **Buzites**,
quod interpretatur despectus vel contemp-
tibilis; haec autem dicit propter humili-
tatem, quia eo, quod iunior erat aliis, con-
temni videbatur. Ptolemaeus [1] in Alma-
gest: Qui inter sapientes est humilior, inter
sapientes est sapientior, sicut lacunae
profundiores plures capiunt aquas. Contra
quos dicitur Eccli XI, (23): ‚Nec spernas
hominem in visu suo. Brevis in vola-
tilibus est apis, et initium dulcoris habet
fructus eius.‘ Ps (CXVIII, 141): ‚Adole-
scentulus sum ego, et contemptus.‘

Et subdit de cognatione. Et hoc est:
**de cognatione Ram**; Ram dictus est
primo Abraham, hoc est excelsus, postea
appositum est et dictus est Abram, hoc
est pater excelsus, et in fine appositum
est ham, quod sonat multorum. Sed
cum primo habitaret in Chaldaea, non
dicebatur nisi Ram, de cuius cognatione
naturaliter descendens est iste, et intel-
ligitur, quod excelsus fuit eloquentia et
scientia a primis parentum studiis. Is
II, (22): ‚Quiescite ab homine, cuius spi-
ritus est in naribus eius.‘ Eccli XLVII,
(9): ‚Dedit confessionem Sancto et Ex-
celso in verbo gloriae.‘

Et subdit, quare iratus fuit, et quare
F 46c zelus com|movit eum. Et hoc est: **iratus
est autem adversus Iob**, accusativi casus,
**eo, quod iustum se esse diceret coram Deo.**
Maxime Iob XIX, (6), ubi dixit: ‚Saltem
nunc intelligite, quod non aequo iudicio
Deus afflixerit me, et | flagellis me cin- M 91d
xerit.‘ Hoc enim mihi[a] videbatur in-
conveniens eo, quod dicitur Eccli VII, (5):
‚Non te iustifices apud Deum, quoniam
agnitor cordis ipse est.‘ **Porro** pro sed **3**
**adversus** | **tres amicos indignatus est**, E 42b
indignatione sc. contra falsitatem, **eo**,
supple, cum dicerent se esse sapientes,
**quod non invenissent responsionem ratio-
nabilem**, ad orationem sc. Prv VIII, (13):
‚Viam pravam et os bilingue detestor.‘
**sed tantummodo condemnassent Iob**, supple
non ex ratione. | Prv X, (13): ‚In labiis B 61c
sapientis invenitur sapientia; et virga in
dorso eius, qui indiget corde.‘

Et subdit, qualiter exorsus est: **Igitur**, **4**
incoeptivum est non illativum, **Eliu ex-
spectavit Iob loquentem**, tamquam iunior
sc. Iob XXIX, (21): ‚Qui me audiebant,
exspectabant sententiam meam, et intenti
tacebant ad consilium meum.‘ Et hoc
est, quod sub|dit: **eo quod seniores erant**, T 55b
**qui loquebantur**, cum Iob supple. Eccli
VI, (35): ‚In multitudine presbyterorum
sapientium sta, et sapientiae eorum ex
corde coniungere, ut omnem narrationem
Dei possis audire.‘ Hoc modo, ut dicit
Tullius [1], primo siluit Socrates septem
annis antequam aliquid loqueretur respon-
dendo.

Et subdit necessitatem, qua exorsus
est: **Cum autem vidisset**, hoc est per **5**
intellectum cognovisset, **quod Iob**, dativi
casus, **respondere non potuissent**, supple
tres amici per rationabilem sc. respon-
sionem, **iratus est vehementer**. Videbat
enim deficere veritatem. Eccli V, (14):
‚Si est tibi intellectus, responde proximo
tuo. Sin autem, manus tua sit super os
tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato
et confundaris.‘ **Respondensque Eliu**, **6**
tanta supple necessitate coactus, **filius
Barachel**, ex benedictione Dei inspiratus,
**Buzites**, propter iuventutem contemptus;
in iuvenibus enim non creditur | esse sa- M 92a
pientia, cum tamen aliquando sapientes

[a] sibi *FM*.

[1] *Non inveni.*

sint. Dn XIII, (45): ,Suscitavit Dominus
spiritum pueri iunioris.' Ita, quod re-
probavit malitiam senum, **dixit**, pro veri-
tate supple. Eccli IV, (24): ,Pro anima
tua non confundaris dicere verum.' Et
post pauca (Eccli IV, 33): ,Pro iustitia
agonizare pro anima tua, et usque ad
mortem decerta[a] pro iustitia.'

Et subdit, qualiter exorsus est. Et tria
dicit: sc. habitum audientis, facultatem
respondentis, et morem disputantis.

Et hoc est: **Iunior sum tempore**, et
ideo supple meum **est audire, vos autem
antiquiores**, et ideo supple vestrum erat
loqui. Eccli XXXII, (4 5): ,Loquere, maior
natu: decet enim te primum verbum.' Et
ibidem post pauca (Eccli XXXII, 10 11):
,Adolescens loquere in causa tua vix, cum
necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris,
habeat caput responsum tuum,' hoc est
initium. **idcirco demisso capite** more re-
verenter audientis **veritus sum indicare
vobis scientiam meam.** Eccli XXXII, (13):
,Loqui in medio magnatorum non prae-
sumas, et ubi sunt senes, non multum
loquaris.'

7 Et subdit causam: **Sperabam enim,
quod aetas prolixior loqueretur**, hoc autem
ideo sperabam, quia putabam, quod
crescente aetate proficeret etiam intel-
lectus. Lc II, (52): ,Puer Iesus proficiebat
aetate et sapientia et gratia coram Deo
et hominibus.' Iob XII, (12): ,In antiquis
est sapientia, et in multo tempore pru-
dentia.' Io IX, (21): ,Aetatem habet,
B 61d pro se loqua|tur.' **et annorum multitudo**
per experimenta continua **doceret sapien-
tiam.** Prv XX[b], (29): ,Dignitas senum
canities,' et intelligitur de canitie mentis.
Sap IV, (8 9): ,Cani sunt sensus hominis,
et aetas senectutis vita immaculata.' Eccli[b]
XXV, (3 4): ,Tres species odivit anima
mea, et aggravor valde animae illorum:
Pauperem superbum, divitem mendacem,
et senem fatuum et insensatum.'

Quia autem scientia Dei non ex homi-
8 nibus est, sed ex Deo, ideo subdit: **Sed,
ut video**, supple ex defectu senum, **spi-
ritus est** | **in hominibus**, sc. cuius donum M 92b
| est sapientia. Dn II, (21): ,Deus dat F 46d
sapientibus sapientiam, et scientiam intel-
ligentibus disciplinam.' I. ad Cor II, (12):
,Nos non spiritum huius mundi accepi-
mus, sed Spiritum, qui ex Deo | est, ut T 55c
sciamus, quae a Deo donata sunt nobis.'
**et inspiratio**[c], hoc est occulta suggestio
spiritus intus docens, **dat intelligentiam,**
in divinis sc. Io XIV, (26): ,Ille vos do-
cebit omnia, et suggeret vobis omnia.'

Et infert consequentiam ex illo, et
suppletur ergo: **Non sunt longaevi sa-** 9
**pientes**, in divinis sc. ex longaevitate,
quia per experimentum talia non discun-
tur. Is LXV, (20): ,Puer centum anno-
rum morietur;' qui enim centum annorum
est, puer moritur, quando sapientia
Dei non est imbutus. **nec senes intel-
ligunt iudicium**, Dei sc. Exemplum Dn
XIII, (5) in | duobus senibus iudicibus ,de E 42c
quibus locutus est Dominus: Quod egressa
est iniquitas a senioribus iudicibus, qui
videbantur regere populum'.

Et petit, ut sibi geratur mos disputan-
tium, et hoc est: **Ideo dicam**, pro veri- 10
tate sc.: **Audite me.** Eccli XXIV, (30):
,Qui audit me, non confundetur.' Is LV,
(2): ,Audite audientes Me, et comedite
bonum.' **et ostendam ego vobis**, ratio-
nibus sc. et exemplis **scientiam meam**
materialiter, hoc est, quod vere scio. Sap
VII, (13): ,Quam sine fictione didici, et
sine invidia communico, et honestatem
illius non abscondo.'

Et subiungit rationem, quare debeat
sibi talis mos fieri in disputando: **Ex-** 11
**spectavi enim sermones vestros**, tacens
supple et audiens. Eccli XXXII, (9): ,Audi
tacens, et pro reverentia accedet tibi bona
gratia.' **audivi prudentiam vestram**, in
rationem sc. adducendis, **donec discepta-
retis**, hoc est, disputaretis, **in sermoni-
bus vestris**, disputando sc. Eccli XXXII,
(6): ,Ubi non est auditus, non effundas
sermonem, et importune noli extolli in
sapientia | tua.' **et donec putabam** propter 12
aetatem **vos aliquid dicere**, supple contra M 92c

[a] certa *FM*. [b] XX . . . Eccli *om. E.*

[c] **Omnipotentis** *add. F in margine.*

Iob, **considerabam**, tacens supple. Ps (XXXVII, 15): ‚Factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.' Ez III, (26): ‚Linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, et
B 62a eris mutus, nec | quasi vir obiurgans.'
**sed, ut video,** per experimentum sc. verborum vestrorum, **non est, qui possit arguere Iob,** accusativi casus. Iob VI, (29 30): ‚Respondete, obsecro, absque contentione, et loquentes id, quod iustum est, iudicate. Et non invenietis in lingua mea iniquitatem; nec in faucibus meis stultitia personabit.'

Et hoc est, quod sequitur: **et respondere ex vobis sermonibus eius.** Iob VI, (25): ‚Quare detraxistis sermonibus veritatis cum ex vobis nullus sit, qui me possit arguere.' Iob IX, (3): ‚Si voluerit contendere cum eo, non respondebit unum pro mille.'

Et subdit necessitatem, quare ipse respondet, sc. ne veritas succumbere videa-
13 tur. Et hoc est: **Ne forte dicatis: Sapientiam invenimus** in dictis suis, sc. hanc, quae ex dictis suis sequitur. **Deus** quasi iniustus, supple ex meritis suis, **proiecit eum**, iniusto sc. iudicio, et **non homo,** supple ex meritis suis, proiectus est. Unde Iob VIII, (20): ‚Deus non proiciet simplicem, et non porriget manum ma-
T 55d lignis.' |

Et ponit modum, per quem respondebit necessitate veritatis compulsus, et hoc
14 est: **Nihil locutus est mihi**, quo sc. me provocaret ad indignationem, sicut, supple provocavit, vos. Iob XVIII, (3): ‚Quare reputati sumus ut iumenta, et sorduimus coram te?' **et ego non secundum sermones vestros,** ut sc. provocatus **respondebo illi.** Provocatus enim dulciter et amore veritatis respondere non potest. Eccli IV, (8): ‚Responde pacifica in mansuetudine.'

15 **Et timuerunt.**

Hic tangitur modus proponendi et tangitur primo, quod tacentibus aliis pro-
M 92d posuit; secundo, quod coar|tante eum zelo veritatis proposuit; tertio, quod sine acceptatione personarum proposuit.

Et hoc est: **Et timuerunt,** supple tres amici, et est timor reverentiae veritatis, qui est timor admirationis, et hoc est, quod sequitur: **nec responderunt ultra.** Iob XL, (27): ‚Memento belli, et ne ultra addas loqui.' **abstuleruntque a se eloquia,** ita sc. ulterius non responderunt nec Iob nec Eliu. Thr III, (28): ‚Sedebit solitarius, et tacebit, quia levabit se super se.' Eccli VII, (15): ‚Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, et ne iteres
verbum in tua oratione.' **Quoniam igitur** 16
**exspectavi,** loquentes sc. alios pro veritate, **et non sunt locuti.** Is X, (14): ‚Non fuit, qui moveret pennam, et ganniret.' **steterunt,** falsitati sc. non resistentes, **nec responderunt ultra**, pro testimonio veritatis aliquid dicentes, cum tamen scriptum sit Eccli IV, (28): ‚Nec retineas verbum in tempore salutis.'

Et ideo, supple pro veritate tuenda,
**respondebo et ego partem meam.** Act[a] 17
IV, (20): ‚Non possumus, quae audivimus B 62b
| et vidimus, | non | loqui.' **et ostendam** E 42d F 47a
**scientiam meam,** hoc est ea, quae vere scio. I. Io I, (3): ‚Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, hoc annuntiamus vobis.' Rom X, (10): ‚Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem.'

Et subdit, quod coartante eum zelo veritatis proposuit ea, quae dixit. Et
hoc est: **Plenus sum sermonibus,** hoc est 18
facundia sive scientia eloquentiae in omnibus coloribus rhetoricis et locis. Lc XXI, (15): ‚Dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere, omnes adversarii vestri.' Sap X, (21): ‚Sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit
disertas.' | **et coartat me spiritus uteri mei,** M 93a
hoc est, spiritus intelligentiae in interioribus meis urget me ad dicendum. II. ad Cor V, (14): ‚Caritas Christi urget nos.' Simile dicitur de Paulo Act XVII, (16): ‚Quod incitabatur spiritus Pauli in semetipso videns idololatriae deditam civitatem.'

[a] Eccli IIII *FM.*

Ostendit autem hoc, quod dixit per
19 signum et per simile: **En venter meus,**
hoc est affectus ad loquendum pro veri-
tate, **quasi mustum absque spiraculo,** quod
sc. impellit vas, ut erumpat, **quod lagun-
culas novas disrumpit,** hoc est, aperit, ut
exspiret. Simile Act II, (13), ubi loquen-
tibus apostolis variis linguis ex coarta-
tione spiritus quidam dicebant, quoniam
T 56a ,musto pleni sunt'. Mt | IX, (17): ,Nemo
mittit vinum novum in utres veteres:
alioquin rumpuntur utres, et vinum effun-
ditur.'
20 Et prosequitur similitudinem: **Loquar
et respirabo paululum**, hoc est, de spi-
ritu parvum proferam; quod enim in spi-
ritu est, totum proferri non potest. Iob
XXVI, (14): ,Cum vix parvam stillam ser-
monis eius audierimus, tonitruum magni-
tudinis eius, quis poterit intueri?' **aperiam
labia mea,** magna supple dicturus. Mt V,
(2): ,Et ipse aperiens os suum docebat
eos.' Glossa [1], quasi magna locuturus.
Ps (L, 17): ,Domine, labia mea aperies.'
**et respondebo**, pro veritate sc. I. Petr
III, (15): ,Parati [a] omni poscenti vos ratio-
nem reddere de ea, quae in vobis est, spe.'
Quam sincere autem et sine accepta-
tione personarum propositurus sit, subdit,
et occulte notat tres amicos, quod con-
senserint Iob, personam eius accipiendo.
21 Et hoc est: **Non accipiam personam
viri,** ut sc. declinem a veritate. Iac II,
(1): ,Nolite in personarum acceptione
habere fidem Domini nostri Iesu Christi
gloriae.' **et Deum homini non aequabo,**
M 93b personam hominis sc. acceptando. Is | XL,
(18): ,Cui similem fecistis Deum? aut
quam imaginem ponetis ei?' et paulo post
(Is XL, 25): ,Cui assimilastis Me et ad-
aequastis? dicit Sanctus.'
22 Et huius subiungit causam: **Nescio enim,
quamdiu subsistam,** unde sc. pro modico
B 62c cor|ruptibilis vitae et dubio veritatem non
deseram. Ecce IX, (12): ,Nescit homo
finem suum.'

Et hoc explanans subdit: **et**, id est, si **post modicum tollat me Factor meus,** eius enim est spiritum tollere, cuius est facere et dare. Eccle XII, (7): ,Revertetur spiritus ad Deum, qui dedit illum.' Ps (CIII, 29): ,Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertuntur.'

## CAPITULUM XXXIII.

**Audi igitur, Iob, eloquia mea.** 1

PRAELIBATO modo proponendi exsequitur modum disputationis ad positiones, et dividitur in quatuor partes secundum quatuor positiones.

Prima est positio Eliphaz, et contra hanc disputat in capitulo isto [b]; secunda est positio Baldach, et hanc disputat in capitulo XXXIV, (1) ibi: *Pronuntians itaque;* tertia positio componitur ex utraque, sc. ex Eliphaz et Baldach, et hanc prosequitur capitulo XXXV, (1) ibi: *Igitur Eliu;* quarto disputat positionem Sophar et prosequitur illam capitulo XXXVI et XXXVII, (1) ibi: *Addens quoque Eliu.*

Istud capitulum dividitur in tres partes. In prima parte ponitur introitus in disputationem ex parte disputantis; in secunda positio, ad quam disputat ibi (XXXIII, 8): *Dixisti ergo in auribus meis;* in tertia disputatio ibi (XXXIII, 12): *Respondebo tibi, quia maior sit Deus homine.*

In prima parte provocat ad attentionem primo; secundo morem gerit condisputanti ibi (XXXIII, 5): *Si potes, respon|de;* tertio excusat imperfecte dicta E 43a
et dat audaciam respondenti ibi (XXXIII, 6): *Ecce, et me.* Excitat autem ad attendendum, quia magna aperte dicet, et sapienter meditata, et simplici intentione proposita, et certitudinaliter vera et pura, et divinitus inspirata.

Et hoc est: | **Audi igitur, Iob,** aure T 56b
interiori sc. Mt XV, (10): ,Audite, | et M 93c
intelligite.' Iob XXXIV, (3): ,Auris verba

[a] semper *add. EFM.* [b] in hoc capitulo *FM.*

[1] *Glossa interlinearis apud Lyranum in hunc locum: ,Significat se multa et magna dicturum' (Venet. 1588 V 18a).*

F 47b probat.‘ **eloquia mea,** | quae eloquor, hoc
est extra loquor, ut aperta sint ad intel-
ligendum. Neh IX [1]: ‚Legerunt in libro
legis distincte et aperte, ut omnes pos-
sent intelligere.‘ **et omnes sermones meos**
**ausculta**, a principio sc. usque in finem,
ut peraudias. Prv I, (5): ‚Audiens sapiens
sapientior erit.‘ Ct I, (10): ‚Murenulas au-
reas faciemus tibi, vermiculatas argento.‘
Murenula serpit et sermo a serpo serpis
derivatur; vermiculati autem argento ser-
mones sunt vestiti coloribus rhetoricis, ut
facilius in aures audientium serpant.

Et subdit, quod aperte dicet et magna:
2 **Ecce, aperui os meum**, magna sc. et
aperta dicturus. Ps (LXXX, 11): ‚Aperi
os tuum, et Ego implebo illud.‘ Et sub-
dit, quod meditata et articulata et[a] litte-
rata **loquetur lingua mea**, quae continua-
B 62d tur ad cor, et | ideo praemeditata et
articulata[a] profert **in faucibus meis**, hoc
est, motum ad fauces litteratum profert
sermonem. Prv ult. (XXXI, 26): ‚Os
suum aperuit sapientiae, et lex clemen-
tiae in lingua eius.‘ Eccli XXIV, (2):
‚In ecclesiis Altissimi aperiet os suum, et
in conspectu virtutis illius gloriabitur.‘
Ps (XXXVI, 30): ‚Os iusti meditabitur
sapientiam, et lingua eius loquetur iu-
dicium.‘

Et subdit de simplici intentione, et
3 vera et pura: **Simplici corde sermones**
**mei**, supple sunt proponendi. Mt VI,
(22): ‚Si oculus tuus fuerit simplex,
totum cor tuum lucidum erit.‘ Et hoc
dicit, ne videatur cautelis sophisticis uti.
**et sententiam**, certae sc. veritatis, **puram**,
a falsitate pravitatis depuratam[b], **loquen-**
**tur**. Prv VIII, (8): ‚Iusti sunt omnes
sermones mei, et non est in eis pravum
quid neque perversum.‘ Eccli XXI, (28):
‚Verba sapientium statera ponderabuntur.‘

Et subdit, quod divinitus inspirata di-
4 cet[c]: **Spiritus Dei fecit me**, in forma sc.
sapientiae. Sap VII, (22): ‚Est enim in
illa sc. sapientia spiritus intelligentiae
sanctus.‘ | **et spiraculum Omnipotentis**, hoc M 93d
est inspiratio, **vivificavit me**, ad vitam
sc. sapientiae. Eccli IV, (12): ‚Sapientia
vitam filiis suis inspiravit, et suscipit ex-
quirentes se, et praeibit in via iustitiae.‘

Et subdit, qualiter morem gerit con-
disputanti: **Si potes, responde mihi.** Iste 5
est enim mos opponentis, ut respon-
dentis responsionem accipiat et audiat,
quia aliter protervus est, si responden-
tem ita verbis obruat, ut respondere non
concedat. Iob XI, (2): ‚Numquid, qui
multa loquitur, nonne audiet? aut vir
verbosus iustificabitur?‘ **et adversus fa-**
**ciem meam consiste**, ut sc. singula ex
ore meo transfusa audire possis. Hier-
onymus [2] in prooemio Galeato: ‚Nescio,
quid latentis energiae habet vivae vocis
actus[d], et in aure discipuli ab ore doctoris
transfusa fortius sonat.‘ Ct II, (14):
‚Ostende mihi faciem tuam: Sonet vox
tua in auribus meis.‘

Et ponit | excusationem imperfecte dic- T 56c
torum. Et hoc est: **Ecce, et me oppo-** 6
**nentem sicut et te respondentem fecit**
**Deus**, ad imaginem sc. suam in capacitate
intellectus. Eccli XVII, (1): ‚Secundum
imaginem suam fecit illum.‘ Et hoc quan-
tum ad animam, **et de eodem luto**, quan-
tum ad corpus, **ego quoque**, supple sicut
et tu **formatus sum**. Ir XVIII, (6): ‚Sicut
lutum in manu figuli, sic vos in manu
Mea, domus Israel.‘ Et hoc dicit, ut ex-
cuset imperfectum. Sap IX, (15): ‚Corpus,
quod corrumpitur, aggravat animam, et
deprimit terrena inhabitatio sensum multa
cogitantem.‘

Et subdit dando audaciam respon-
denti: **Verumtamen miraculum meum**, quod 7
supple tanto fulgore corusco, cum de
luto sim, **non te terreat**, quod supple
audacter respondeas. Exemplum in Moyse,
Ex XXXIV, (30)[e]: ‚Videns autem Aaron
et filii Israel cornutam sive splendidam B 63a

[a] et . . . articulata *om. E.* [b] **labia mea** *add. F in margine.*
[c] vel sic: **Spiritus Dei**, i. e. spiritus, qui est Deus, et **spiraculum Omnipotentis**, i. e. anima inspirata ab Omnipotente, *add. F in margine.* [d] viva vox *E.* [e] Ubi *add. EFM.*

[1] *Cf. 2 Esr 8, 8.* [2] *Cf. col. 236/37.*

faciem Moysi timuerunt prope accedere.‘
**et eloquentia mea** in vi argumentandi et
ordine proponendi et efficacia **non sit**
M 94a **tibi gravis**; humanum enim | est minus
peritum terreri et obmutescere coram sa-
pientiore et eloquentiore. Quod et Moyses
E 43b | passus est, Ex IV, (10): ‚Obsecro, Do-
mine, non sum eloquens ab heri et nudius
tertius, et ex quo locutus es ad servum
Tuum, impeditioris et tardioris linguae
sum.‘

8 **Dixisti ergo.**

Hic incipit pars, in qua ponit positio-
F 47c nem, quam prosequi vult | disputando, et
accipitur ex verbis Iob, quae dixit contra
Eliphaz; intelligitur autem in verbo illo,
quod dixit Iob VI, (2): ‚Utinam appende-
rentur peccata mea, quibus iram merui,
et calamitas, quam patior, in statera.‘

Et hoc est: **Dixisti ergo in auribus**
**meis**, ita sc., ut intelligerem auditum, et,
id est, **vocem verborum audivi**, hoc est
intellexi. Iob XIII, (1): ‚Ecce, haec om-
nia vidit oculus meus, et audivit auris
9 mea, et intellexi singula.‘ **Mundus sum**
**ego**, a radice sc. peccati, quae libido est
vel concupiscentia, **et absque delicto**, hoc
est absque omissionis peccato, **immacula-**
**tus**, quantum ad maculam, quam fecit
peccatum in anima, **et non est iniquitas**
**in me**, quantum ad proximum. Haec his
verbis non dixit Iob, sed Eliu elicit ab
eo, quod dictum est Iob XVI, (18): ‚Haec
passus sum absque iniquitate manus meae,
cum haberem mundas ad Deum preces.‘
10 Et addit: **Quia querelas in me reperit**,
Deus sc., hoc est, occasionem inveniendi
querelas molitus est, et hoc accepit ex
hoc, quod Iob XIII, (23 24) dixit: ‚Quan-
tas habeo iniquitates, et peccata, scelera
mea et delicta ostende mihi. Cur faciem
Tuam abscondis, et arbitraris me inimicum
Tuum?‘ Et addit, quod ibidem post pauca
11 dicitur (Iob XIII, 27): **Posuit in nervo**
**pedes meos**, ut quasi captum me teneret;
**custodivit semitas meas**, ac si numerare
vellet, ut occasionem ab aliquo acciperet.
Iob XIII, (27): ‚Posuisti in nervo pedem
meum, et observasti omnes semitas meas,
et vestigia pedum meorum considerasti.‘
**Hoc est ergo, in quo non es iu|stificatus?** 12
quia nec mundum cor habes nec Deus ita M 94b
insidiatur homini, ut capiat eum.

**Respondebo tibi.**

Hic incipit | disputare ad positionem T 56a
inductam. Et idem dicit fere, quod Eli-
phaz, sed deducit usque ad particularia,
quod ille non fecit; in rhetoricis enim
usque ad particularia ultima deducendum
est, si praesumptionem debeat facere con-
clusio. Unde quod Eliphaz dixit: ‚Re-
cordare, obsecro, quis umquam innocens
periit? aut quando[a] recti deleti sunt?‘
(Iob IV, 7), iste per talem rationem
ostendere intendit, quod si Deus flagel-
lavit eum, quem prius monuit, et non cor-
rexit se, quod non innocentem condem-
navit; adhuc, quod si percussit aliquem
et correctum[b] sanavit, constat, quod non
nisi pro peccato percussit, et ideo, si Iob
sic percussus est, non inno|cens percussus B 63b
est, et sic patet, quod regimen huius
vitae sic est, quod retribuitur unicuique
secundum merita, unde dicit:

**Respondebo tibi, quia maior sit Deus**
**homine**, et ideo in homine videt, quod
homo non videt in se ipso. Ps (CXXXVIII,
12): ‚Tenebrae non obscurabuntur a Te.‘
Et iterum (Ps CXXXVIII, 15): ‚Non est
occultatum os meum a Te.‘ Et iterum (Ps
(CXXXVIII, 16): ‚Imperfectum meum vi-
derunt oculi Tui.‘ Iob XXXII, 21: ‚Deum
homini non aequabo.‘

Et ex hoc infert redargutionem[c]: **Ad-** 13
**versus eum**, hoc est Deum, **contendis**, de
hoc sc., **quod non ad omnia verba** sin-
gulariter supple **responderit tibi**? sc. cur
hoc et illud singulariter fecerit tibi. Et
hoc accipit ex hoc, quod dictum est Iob
XIII, (22 23): ‚Voca me, et ego respon-
debo Tibi: aut certe loquar, et Tu re-
sponde mihi. Quantas habeo iniquitates
et peccata? Scelera mea atque delicta
ostende mihi.‘

[a] aut quando *deest in B, add. ex CC.* [b] correptum *EFM.*
[c] contentionem *E,* conclusionem *M, quod F in margine correxit in* redargutionem.

14 Et ponit adhuc responsionem: **Semel loquitur Deus,** hoc est uno modo admonet flagellando in communi, **et secundo id ipsum non repetit,** ut sc. per singula peccata admoneat eum.

Et ponit tres modos, in quorum quolibet M 94c | semel loquitur in communi, et per singula admonendo non repetit, quorum primus est per inspirationem occultam, secundus per tribulationem immissam, tertius per admonitionem angeli exterius exhibitam. Et quolibet istorum modorum, si corrigitur, a Deo liberatur et in pristinum statum sanitatis et prosperitatis restituitur. Nec oportet, quod per singula peccata peccator admoneatur. Et Gregorius dicit[1], quod admonitio per scripturam reducitur ad admonitionem per in E 43c | spirationem. Et hoc est ergo, quod dicit, et hoc solum est, quod Eliu addit ad rationem Eliphaz, ut ostendat, quod numquam innocens periit.

15 Et hoc est: **Per somnium, in visione nocturna,** per somnium dicit, quia somnium est passio dormientis; dormitio autem sive somnus ligamentum sensuum, et cessante stre F 47d | pitu sensibilium magis sentimus[a] revelationes, quae fiunt in somnis. Ct V, (2): ‚Ego dormio, et cor meum vigilat.‘

Et hunc modum locutionis adhuc ulterius determinat: in visione nocturna, eo quod in nocte sive intempestae noctis silentio magis cessant strepitus, et facilius per signa revelationis vel per signa motuum caelestium sentit anima eventus[b] futurorum. Unde Dn VII, (7): ‚Aspiciebam in visu noctis.‘ Nm XXIV, (3 4): ‚Dixit homo, cuius obtura T 57a | tus est oculus: dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis Dei intuitus est, qui cadit, et sic aperiuntur oculi eius.‘ Et intendit dicere, quod in somnis Balaam revelationem futurorum accepit.

Et hoc est, quod addit: **quando irruit sopor super homines.** Sopor profundus somnus est, ita ligans exteriora sensuum, ne aliquis motuum exteriorum pervenire B 63c | possit ad animam, et[c] hoc notat, cum dicit irruit, violentiam sc. somni super animam[c], ut M 94d | perfecte liget animam[d], ne aliquid exteriorum penetret ad ipsam: tunc enim perfectius sentit ea, quae fiunt per revelationem.

Et hoc est, quod adhuc addit: **et dormiunt in lectulo,** ita sc., quod nec duritia stratus aliquid inquietudinis inferat. Ct III, (1): ‚In lectulo meo per noctes quaesivi, quem diligit anima mea;‘ tunc enim facilius motum eius percepi, eo quod tunc ab omnibus motibus quievi. Iob VII, (13 14): ‚Si dixero, consolabitur me lectulus meus, et revelabor loquens mecum in stratu meo: terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties.‘ **tunc** 16 **aperit aures,** interiores sc., **virorum,** hoc est eorum, qui vere viri sunt intus virentes et ad virtutes viriles. Et ideo dicit Aristoteles in primo Ethicorum[2]: Quod meliora sunt phantasmata iustorum, quam quorumcumque. **et erudiens eos,** supple per revelationem somnialem **instruit,** hoc est, docet et intus struit, **disciplina,** hoc est eruditione ad mores pertinente; sic enim erudivit Iacob, Gn XXVIII, (12); sic erudivit et Pharaonem, Gn XLI; sic erudivit Nabuchodonosor, Dn II, (1); et ipsum Danielem ibidem (Dn II, 19), cui etiam in somno per visionem nocte mysterium de interpretatione somni Nabuchodonosor revelatum est; sic erudivit Ioseph nutricium domini de omnibus agendis, Mt II, (13)[e]. Reducitur autem ad hanc eruditionem omnis illa eruditio, quae per vehementem abstractionem a sensibus fit homini per oraculum vel per visionem revelationis, sive fiat per signa caeli sive per angelos sive etiam per immediatam inspirationem divinam. Et vix est homo, qui hoc modo non admoneatur

[a] sentiuntur *EFM.* [b] motus *EFM.* [c] et . . . animam *om. E.* [d] eam *EFM.*
[e] et sic erudivit Balaam Nm XXIV, (3) *add. T, in marg. F.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 23, 19, 34; Migne 76, 271.* [2] *Arist., Eth. Nic. 1, 13, 13 (II, 13).*

de futuris, sicut dicit Tullius[1] in libro de divinatione et natura deorum.

17 Et hoc est, quod subdit: **ut avertat hominem ab his, quae fecit**, peccatis sc.,
M 95a peccatoribus enim horribilia occurrunt | somnia. Sap XVII, (13 14): ‚Illi autem, qui impotentes venere[a] noctem et ab infimis et ab altissimis supervenientem eundem somnium, hoc est per somnium dormientes, aliquando monstrorum exagitabantur timore.‘ Et alludit ei, quod Iob VII, (14) dixerat: ‚Terrebis me per somnia,‘ ac si diceret: Si terruit te per somnia, recessisse debueras[b] a malitia, et, supple sic removendo ab his, quae fecit, **liberet eum a superbia.** Superbia hic dicitur fastus cordis, quo peccator non vult subdi praecepto et praecipienti Deo;
T 57b sic enim initium omnis peccati | est superbia. Tob IV, (14): ‚Superbiam numquam in tuo sensu aut in tuo verbo do-
B 63d mina|ri permittas: In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.‘ Eccli X, (15):
E 43d ‚Initium | omnis peccati est superbia.‘ **eruens animam eius**, per hoc sc., quod liberat eum a tali superbia, **a corruptione**, hoc est a peccato, quod causa corruptionis est. Ps (XIII, 1): ‚Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis.‘ **et vitam illius**, supple eruens, **ut non transeat in gladium**, ultionis sc. aeternae. Iob XIX, (29): ‚Fugite a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum est gladius.‘ Et attende, quod, quia verba Eliu non sunt, nisi determinationes et expressiones[c] verborum aliorum trium, et primo
F 48a | exprimit verba Eliphaz, ideo contra Iob loquens incipit, sicut Eliphaz supra IV, (13): ‚In horrore visionis nocturnae, quando solet sopor occupare homines etc.‘, ubi dixit[d] Eliphaz sibi esse revelatum, quod homo mundus esse non potest.

19 **Increpat quoque.**

Tangit hic secundum modum, quo loquitur Deus, admonens hominem de peccato, et secundo per singula non repetit, et hoc est per tribulationem immissam, quam exaggerat his tribus modis, sc. per gravitatem, per casum appetitus, et per effectum.

Et hoc est: **Increpat quoque**, supple | M 95b
non solum per inspirationem, sed etiam **per dolorem in lectulo**, hoc est deicientem in lectum, sicut secundum Septuaginta[2] Ir XII, (16): ‚Per omne flagellum erudieris Ierusalem,‘ ubi nos habemus: ‚Si eruditi didicerint vias populi mei.‘ Hebr XII, (7): ‚Quis filius, quem non corripit pater.‘ Idem[e] Prv III, (11): ‚Disciplinam Domini, fili mi, ne abicias, nec deficias, cum ab eo corriperis.‘ Et idem dixit Eliphaz, Iob V, (17 18): ‚Increpationem Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat, et medetur; percutit, et manus eius sanabunt.‘

Sed iste addit et exprimit modo rhetorico, sicut in antehabitis[3] dictum est: **et omnia ossa eius marcescere facit**; per ossa fortitudo intelligitur, et intendit, quod viribus destituitur infirmitate percussus. Thr I, (13): ‚De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudivit me.‘

Et subdit de casu appetitus: **Abomina-** 20
**bilis in vita sua fit ei panis**, hoc est quaelibet refectio propter turbationem appetitus; et alludit ei, quod dixit Iob VI, (7): ‚Quae prius nolebat tangere anima mea, nunc prae angustia cibi mei sunt.‘ Et hoc est, quod sequitur: **et animae illius**, hoc est animali vitae, **cibus ante desiderabilis**, et hoc est idem ei, quod Iob VI, (6) dicitur: ‚Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?‘ Infirmitas enim per adustam choleram[4] inficit palatum et linguam, propter haec omnia amara videntur infirmis.

Et exaggerat hoc per affectum: **Ta-** 21
**bescet caro eius**, hoc est, in tabem et

[a] impotentem vere *EFM.* [b] recedere debebas *EFM.* [c] expositiones *EFM.*
[d] etiam *add. EFM.* [e] est *add. T.*

[1] *Cf. Cic., De divinat. 1, 6, 12 et 1, 19, 37 (Lips. 1864 p. 132 et 141).*
[2] *Non inveni, nec apud Migne 16, 2034, nec in Waltoni Polyglotta III 218 (Lond. 1656), nec in Polygl. Reg. IV 255 (Antverp. 1570).* [3] *Cf. col. 382/11.* [4] *Cf. Alb., De animal. 3, 2, 3 (XI 238).*

putredinem convertetur, **et ossa, quae tecta fuerant**, supple carne, **nudabuntur**, et propter huiuscemodi verba, sicut iam dudum diximus[1], Iob videtur percussus B 64a herpete esthiomeno, qui est apostema | corT 57c rodens carnem et ossa et in tabem | convertens. Iob II, (7 8): ‚Egressus Satan M 95c a facie Domini, percussit | Iob ulcere pessimo, a planta pedis usque ad verticem eius, qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio.'

**22** **Appropinquabit corruptioni**, hoc est morti, **anima eius**, hoc est animalis vita eius. Alludit ei, quod supra dixerat Iob respondens ad Eliphaz, Iob VII, (15 16): ‚Quam ob rem elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea. Desperavi, nequaquam ultra iam vivam.'

Et hoc exponens subdit: **et** id est **vita illius**, animalis sc., supple appropinquabit **mortiferis**, hoc est signis mortis. I. Rg II, (6): ‚Dominus mortificat et vivificat, deducit ad infernos et reducit.'

**23** **Si fuerit angelus.**

Quia Eliphaz dixerat Iob V, (1): ‚Voca ergo, si est, qui tibi respondeat, et ad aliquem sanctorum convertere,' volens per hoc dicere, quod sanctos offenderat, et propter hoc nullum haberet intercessorem, ideo Eliu determinans hic et exprimens verba Eliphaz dicit, quod tertio monet Deus per intercessorem, quem exaudit Deus, ut liberet hominem. Et dicuntur hic tria: Primo sc. qualiter per intercessorem liberatur; secundo quasi epilogando concludit, quod hoc tribus vicibus Deus operatur ibi (XXXIII, 29): *Ecce haec omnia;* tertio monet ad horum, quae dicta sunt, attentionem ibi (XXXIII, 31): *Attende Iob.* In primo tria sunt sc. intercessoris exauditio; exauditionis ratio ibi (XXXV, 25): *Consumpta est caro eius;* et lapsi per E 44a intercessorem ad pristinum statum | restitutio ibi (XXXIII, 26): *Et deprecabitur Deum, et placabilis.*

Et hoc est: **Si fuerit pro eo angelus loquens.** Angelum vocat quemlibet bonum, qui intercessione sua nuntius est inter Deum et lapsum, et intendit dicere, quod, si sic se habeat ad sanctos et ad angelos, quod vicem eius doleant, et pro eo intercedant, quod restituetur intercessione sanctorum. Eccli XXIV, (3 4): ‚In plenitudine sancta admirabitur, et in multitudine electorum[a] habebit laudem, et inter benedictos benedicetur.' II. Mach | III, (33): ‚Onigae sacerdoti gratias age, F 48b | nam propter eum tibi Dominus vitam M 95d donavit.' II. Mach XV, (14): ‚Hic est fratrum amator et populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo et universa sancta civitate.' **unum de similibus**, supple his, quae dicta sunt, sc. quod emendatus sit vel per inspirationem vel per verbera.

Et hoc est, quod sequitur: **ut annuntiet hominis aequitatem**, ad quam sc. per poenitentiam reversus est. Et hoc est, quod dicitur in Ps (CX, 1): ‚Confitebor Tibi, Domine, in toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione.' Tale enim est consilium sanctorum, et congregatio iuvat ad intercedendum; sic liberatus est Tobias, etiam cum a rege iussus esset occidi, ‚quia | multi diligebant eum', Tob B 64b I, (23). ‚Sic suscitata est Dorcas intercessione viduarum,' Act IX, (39).

Et hoc est, quod sequitur: **miserebitur** **24** **eius.** Thr III, (22): ‚Misericordiae Domini, quod non sumus consumpti; quia non defecerunt miserationes eius.' **et dicet**, supple intercessor[b] vel per inspirationem vel per effectum loquens ei. Ps (CXXXIV, 9): ‚Loquetur Dominus pacem | in plebem T 57d suam.' Exemplum in Moyse, Ex XXXII, (31), ubi orans pro populo exauditus est, et in Christo, Io XVII, (9), qui oravit pro discipulis suis et pro Lazaro, Io XI, (41 42)[c], et Hebr V, (7) dicitur, quod in omnibus ‚exauditus est pro sua reverentia'[d]. Et hoc est: **Libera eum, ut non descendat in corruptionem**, mortis sc. I. Rg II, (6): ‚Deducit ad inferos et re-

[a] sanctorum *FM.* [b] intercessori *TEFM.* [c] De quo *add. EFM.*
[d] propter suam reverentiam *EFM.*

[1] *vide ad cap. II, 7 (col. 45/7).*

ducit.‘ Et ibidem (I. Rg II, 8): ‚Suscitat de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem.‘ Talis intercessor fuit Aaron, Sap. XVIII, (21): ‚Properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens servitutis suae scutum orationem, et per incensum deprecationem allegans, resistit irae, et finem imponit necessitati ostendens, quod Tuus est famulus.‘ Et post pauca dicit (Sap XVIII, 24), quod ‚invenit eam, quae ad vitam est via‘. Ps (XV, 10 11): ‚Non dabis sanctum Tuum
M 96a videre corruptionem. | Notas mihi fecisti
vias vitae.‘

Et hoc est, quod subdit: **inveni, in quo**, hoc est pro qua re, **ei**, supple iam emendato **propitier.** III. Rg XXI, (29): ‚Nonne vidisti Achab humiliatum coram Me? Quia igitur humiliatus est Mei causa, non inducam malum in diebus eius.‘

**25** Et hoc est, quod sequitur: **Consumpta est caro eius a suppliciis**, et supple: cum consumpta carne consumptum est peccatum. Is XL, (2): ‚Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis, et praemisit: Quoniam completa est malitia eius: Dimissa est iniquitas illius.‘ **revertatur ad dies adolescentiae suae**, hoc est ad statum sanitatis et prosperitatis. Iob XXIX, (2): ‚Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos secundum dies, quibus Deus custodiebat me.‘ Et paulo post (Iob XXIX, 4): ‚Sicut fui in diebus adolescentiae meae, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.‘

Et qualiter restitutus in gratia conservetur, subdit, primo ad Deum, secundo ad homines.

**26** Et hoc est: **Deprecabitur Deum**, hoc est, orabit pro malis amovendis. Is XIX, (22): ‚Revertuntur Aegyptii ad Dominum, et placabitur eis et sanabit eos.‘ Et hoc est: **et placabilis ei erit.** Dn IX, (19): ‚Attende, Domine, placare, Domine, ne moreris propter Temetipsum, Deus meus.‘ **et videbit** sic restitutus in gratia **faciem eius**, hoc est praesentiam gratiae Dei **in iubilo.** Ex XXXIII, (14): ‚Facies Mea praecedet te.‘ Ps (LXXIX, 4 8 20): ‚Ostende faciem Tuam, et salvi erimus.‘ Iubilus autem, ut dicit Gregorius[1], tantum cordis gaudium est, quod nec cor potest continere nec os pronuntiare. Is
| XXXV, (10): ‚Revertentur, et venient B 64c
in Sion cum laude, et laetitia sempiterna super caput eorum; gaudium et laetitiam
| obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus.‘ M 96b
**et**, supple sic, **reddet**, supple Deus, **homini iustitiam suam.** Gregorius[2]: Iustitia Dei est dando, iustitia hominis accipiendo.
Dicitur autem reddere, quia | per pec- E 44b
catum amiserat, quod nunc restitutum est per poenitentiam. Is LXIII, (7): ‚Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quae reddidit nobis Dominus, et super multitudinem bonorum domui Israel, quae largitus est ei secundum indulgentiam suam.‘

Et subdit, | qualiter convertetur ad ho- F 48c
mines, recognoscens eos et non oppri-
mens. Et hoc est: **Respiciet homines**, **27**
hoc est, recognoscet. Hoc idem | dixit T 58a
Eliphaz, Iob V, (24): ‚Visitans speciem tuam, non precabis.‘

Et subdit, qualiter iustificatus peccatum coram Deo et hominibus recognoscet et confitebitur ad iustificationem.

Et hoc est: **et dicet: Peccavi**, transgrediendo sc., **et vere deliqui** omittendo. II. Rg XXIV, (17): ‚Ego sum, qui peccavi, ego inique egi.‘ II. Par ult.[3]: ‚Peccavi, Domine, peccavi et iniquitatem meam agnosco, peto rogans Te, Domine, remitte mihi, remitte mihi!‘ **et ut eram dignus**, aeterna sc. poena, **non recepi**, sed supple temporaliter punitus sum, ne aeternaliter condemnarer, sicut enim bonus pater erudit filium, ne per iudicem morte condemnetur. Prv III[a]: ‚Flagellat omnem filium, quem recipit.‘

Et hoc est, quod sequitur: **Liberavit** **28**
**animam suam**, supple flagellando, **ne per-**

[a] *sic CC; cf. Hebr 12, 6.*

[1] *Greg., Mor. 24, 6, 10; Migne 76, 292.* [2] *ib. 24, 7, 13; ib. 76, 293.*
[3] *Cf. 1 Par 21, 8 et 17.*

**geret in interitum**, permissus suae voluntati peccando. II. Mach VI (14 15 16): ‚Non sicut in aliis nationibus, Dominus patienter exspectat, ut eas, cum iudicii dies advenerit, in plenitudine peccatorum puniat, ita et in nobis statuit, ut peccatis
M 96c nostris in finem devolutis, ita demum | in vos vindicet. Propter quod numquam quidem misericordiam suam a nobis amovet: corripiens vero in adversis populum suum non derelinquit.‘

Et hoc est, quod sequitur: **sed vivens**, supple et correptus per flagella **lucem videret**, veritatis sc. et prosperitatis. Is XXVIII, (19): ‚Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui.‘

29 **Ecce haec omnia.**

Hic quasi epilogando concludit, quod hic tribus vicibus Deus operatur.

Et hoc est: **Ecce haec omnia**, ad correctionem[a] sc. hominis **operatur Deus.** Mich VI, (3): ‚Quid est, quod ultra debui facere tibi, et non feci?‘ Is V, (4): ‚Quid est, quod ultra debui facere vineae meae, et
B 64d non feci ei.‘ **tribus vicibus per sin|gulos**, sc. homines, corripiens eos, sc. per inspirationem, per immissam tribulationem, et per intercessorem. Is XL, (12): ‚Quis appendit tribus digitis molem terrae?‘ His enim tribus digitis, hoc est, manus suae vestigiis totam molem terrae suspendit, ne decidat. Prv XXII, (20 21): ‚Ecce, descripsi tibi eam‘, hoc est sapientiam, ‚tripliciter, in cogitationibus et scientia, ut ostenderem tibi firmitatem, et eloquia veritatis, responderes ex his, illis qui miserunt te.‘

30 Et hoc est, quod sequitur: **ut revocet animas eorum a corruptione**, hoc est a peccato, quod est causa corruptionis. Is XXXVIII, (17): ‚Tu autem eruisti animam meam, ut non periret.‘ **et illuminet**, intellectum sc. veritatis et gratiae, **in**[b] **luce viventium**, hoc est sanctorum, qui vere vivunt. Ps (LV, 13): ‚Quoniam eripuisti animam meam de morte, et pedes meos de lapsu, ut placeam Deo in lumine viventium.‘

**Attende, Iob.** 31

Hic monet ad horum, quae dicta sunt, attentionem, gerens tamen morem beato Iob in hoc, quod, si habet defensionis rationem, libenter audiet eam.

Et hoc est: **Attende, Iob**, his sc., quae dicta sunt, **et audi me**, audita ad intellectum referendo. Eccli XXXII, (9): ‚Audi tacens.‘ Et hoc est, quod sequitur: **dum ego loquar**, | hoc est, dum locutio|nem M 96d T 58b
perficiam. Prv XVIII, (13): ‚Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat et confusione dignum.‘

Et subdit, quod non negat rationem defensionis, si defendere se potest. Et hoc est: **Si autem habes, quod loquaris**, 32
**pro te sc., responde mihi.** Act XXIV, (1): ‚Permittitur tibi pro te rationem reddere.‘ **loquere**, pro te sc. reddendo rationem. Iob XIII, (22): ‚Voca me, et respondebo Tibi: aut certe loquar, et Tu responde mihi.‘ **volo enim, te apparere iustum**, ex ratione sc. tuae defensionis. Nm XI, (29): ‚Quis mihi det, ut omnes prophetent, et det eis Dominus spiritum suum?‘ I. ad Tim II, (4): ‚Qui vult omnem hominem salvum fieri et ad ag|nitionem veritatis E 44c
venire.‘ **Quod si non habes**, quod sc. pro 33
te dicere possis, **audi me**, sicut enim Aristoteles in primo Ethicorum[1] ex Homero dicit, quod optimus est, qui per se ipsum bonus est, qui autem non per se ipsum bonus, sed alium talem in animo ponit | F 48d
et hic bonus est, qui autem nec per se bonus nec alium talem in animo ponit, hic profecto inutilis est vir. Et hoc est: **tace, et docebo te sapientiam.** Eccli ult. (LI, 31): ‚Appropinquate ad me, indocti, et congregate vos in domum disciplinae.‘

## CAPITULUM XXXIV.

**Pronuntians itaque.** 1

HIC disputat Eliu pro Baldach verificans et determinando[c] particularia contrahens et exprimens, quod in communi dixit Baldach. Iob VIII, (3): ‚Num-

[a] correptionem *EFM*. [b] *om. FM*. [c] ad *add. TEFM*.

[1] *Cf. Arist., Eth. Nic. 1, 4, 7 (II 3), et Alb., Eth. 1, 5, 6 (VII 65).*

B 65a quid Deus sup|plantat iudicium? aut Omnipotens subvertit, quod iustum est?' Et ideo dividitur capitulum istud in duas partes.

In prima facit, quod dictum est; in secunda monet, quod dicta ponderentur et acceptentur libra rationis ibi (XXXIV, 31): *Quia ergo ego locutus sum.* Adhuc in prima duo sunt. Primo enim determinat dictum Baldach et exprimit; secundo ostendit, quod, qui huic contradicit, M 97a in | iudicium Dei insanabiliter incidit ibi (XXXIV, 17): *Numquid, qui non amat iudicium?* Adhuc in prima tria sunt, sc. ad auditum attentionis[a] excitatio beati Iob, ad quam disputat positio ibi (XXXIV, 5): *Quia dixit Iob,* et contra positionem adducta ratio ibi (XXXIV, 10): *Absit a Deo impietas.*

In prima quatuor dicuntur: Primo enim utitur transitu, secundo excitat auditum, tertio per simile ostendit, qui audituri sint, quarto ex ratione petit audiri.

Et hoc est: **Pronuntians itaque,** verbum, secundum quod cor nuntiat, pronuntiatio dicitur, quod a Damasceno[1] vocatur angelus intelligentiae. Ps (CXVIII, 13): ,In labiis meis pronuntio omnia iudicia oris Tui.' **Eliu** divina proferens **etiam haec locutus est**; transitus est. Significat enim se transire a positione Eliphaz ad positionem Baldach, de singulis enim vult reddere rationem attendens illud Eccli XXIV, (31): ,Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.'

2 Et excitat attentionem: **Audite, sapientes, verba mea,** tales enim ponderare sciunt verba, alii non tenent nec ponderant. Eccli XXI, (17): ,Cor fatui quasi vas confractum et omnem sapientiam non tenebit.' **et** id est **eruditi** sive periti T 58c **auscultate me.** | Boetius[2] in libro de Trinitate: ,Eruditi hominis est de unoquoque, ut res se habet, ita de eo fidem facere tentare.' Eccli XXI, (18): ,Verbum sapiens quodcumque audierit scius, laudabit et adiciet: audivit luxuriosus, et displicebit ei, et proiciet illud post dorsum suum.'

Quod autem a talibus audiendus sit, probat per simile: **Auris enim verba probat,** 3 ac si dicat, sicut auris, cuius tympanum per nervum auditivum bene dispositum est, verba probat, **et guttur** nervo gustativo dispositum **escas,** hoc est sapores escarum, **gustu,** secundum quod gustus iudicium saporum est, ut dicit Aristoteles[3] in libro | de Sensu et Sensato, M 97b **diiudicat,** supple eodem modo sapiens diiudicare potest sententias, quas non potest insipiens, unde Gregorius[4]: ,Sicut nec auris escas, nec guttur verba cognoscit, ita nec stultus quisquam sententiam sapientium intelligit.' Iob XII, (11): ,Auris verba diiudicat, et fauces comedentis saporem.'

Et quod ad rationem ponderentur dicta, petit et convertit se ad assistentes: **Iudicium eligamus nobis,** 4 supple nos, qui sapientes sumus. Iob VI, (29 30): ,Loquentes id, quod iustum est, iudicate; et non | invenietis in lingua mea iniquitatem; B 65b nec in faucibus meis stultitia personabit.' **et inter nos,** supple conferendo, **videamus, quid sit melius,** sc. utrum dictum Iob vel dictum Baldach. Eccli XVII, (5): ,Disciplina intellectus replevit illos, et cor dedit illis excogitandi.'

Et subdit positionem, quam secundum seriem verborum non dixit Iob, sed secundum Eliu | interpretationem sequitur E 44d ex dictis[b] eius, et est contraria ad positionem Baldach.

Et hoc est: **Quia dixit Iob** hoc modo 5 dicendi, quo in antecedente dicitur consequens: **Iustus sum,** Iob XIII, (18): ,Si fuero iudicatus, scio, quod iustus inveniar.' **et Deus subvertit iudicium meum,** per consequens supple, quia non me iudicat secundum merita. Iob XIX, (6): ,Deus non aequo iudicio afflixit me, et flagellis

[a] intentionis *B correxi in TEFM; cf. infra lin. 36.* [b] verbis *FM.*

[1] *Cf. Damasc., In Ep. ad Cor. 2, 11, 15 (Migne 95, 761) et De fide orthod. 2, 3 (Migne 94, 872).*
[2] *Boeth., De trinit.; Migne 64, 1250.* [3] *Cf. Arist., De Sensu et Sensibili 1 (III 476).*
[4] *Greg., Mor. 24, 15, 39; Migne 76, 309.*

suis me cinxit,‘ non aequum enim
iudicium a iuris ordine subversum est.
6 Et per consequens dixit, supple: **In
iudicando enim me mendacium est.** Men-
dacium hic vocatur corruptio veritatis
F 49a iudicii, quod | per verba non dixit, sed
iste dicit sequi hoc ex verbis eius, hoc
modo sumitur mendacium. Is LIX, (13 14):
‚Concepimus et locuti sumus de corde verba
M 97c mendacii. Et conversum est retrorsum |
iudicium, et iustitia longe stetit.‘ **Violenta
est sagitta mea**, supple, dixit Iob, cum sit
supple **absque ullo peccato**; et quod vio-
lenta sit sagitta, ex hoc accipit, quod
Iob dixit XIX, (7): ‚Ecce clamabo vim
patiens, et nemo exaudiet.‘

Quod autem absque[a] peccato, ex
hoc, quod dixit XVII, (2), accipitur: ‚Non
peccavi, et in amaritudinibus moratur
oculus meus,‘ et ex hoc, quod dixit, Iob
XVI, (18): ‚Haec passus sum absque ulla
iniquitate manus meae.‘ Et antequam
transeat ad contrariam positionem Bal-
dach, exaggerat peccatum Iob in tali
positione.
7 **Quis est vir, ut est Iob**, incomparabilis
sc. omnibus peccatoribus eo, quod in doc-
trina veritatis et mentitur et blasphemat,
T 58d sicut dicitur de Achab | III. Rg XXI, (25):
‚Igitur non fuit alter talis sicut Achab,
qui venumdatus est, ut faceret malum in
conspectu Domini.‘

**Qui**, hoc est quia ille, **bibit**, hoc est, per
concupiscentiam insumit, **subsannationem**,
hoc est peccata subsannanda, **ut aquam?**
hoc est sine difficultate resistentis con-
scientiae, sicut aqua bibitur. Ps (CVIII,
18): ‚Induit maledictionem sicut vestimen-
tum, et intravit sicut aqua in interiora
eius et sicut oleum in ossibus eius.‘
8 Et addit de opere: **Qui graditur** per
imitationem operis **cum operantibus iniqui-
tatem.** Ps (XLIX, 18): ‚Si videbas furem,
currebas cum eo, et cum adulteris por-
tionem tuam ponebas.‘ **et ambulat cum
viris impiis?** contra quod Prv I, (10)
dicitur: ‚Fili mi, si te lactaverint pecca-
tores, ne acquiescas eis‘, et paulo post
(Prv I, 15): ‚Fili mi, ne ambules cum
eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum.‘
**Dixit enim**, facto sc.: **Non placebit vir** 9
**Deo**, in opere supple, | **etiam si cucurrerit** B 65c
veloci sc. pede oboedientiae **cum eo**, hoc
est cum Deo. Mal III, (14): ‚Dixistis:
Vanus est, qui servit Deo, et quod emo-
lumentum, | quod[b] custodivimus praecepta M 97d
eius.‘ Hoc autem interpretatur Iob XXI,
(7) dixisse in contrario, ubi dixit: ‚Quare
impii vivunt, sublevati sunt, confortatique
divitiis?‘ In hoc enim, quod dixit tales
prosperari, visus est dicere, tales Deo
placere, et quia, ut dicit Aristoteles[1],
eiusdem moris est, placere malos alicui
et displicere bonos; ideo per consequens
visus est dixisse, quod non placebit vir
Deo, etiam si cucurrerit cum eo. Ir XII,
(1 2): ‚Quare via impiorum prosperatur;
bene est omnibus, qui praevaricantur et
inique agunt? Plantasti eos, et radicem
miserunt; proficiunt et faciunt fructum.‘

Et antequam transeat ad contrariam
Baldach positionem, petit auditum. Et
hoc est: **Ideo, viri cordati**, hoc est sa- 10
pientes, alieni[c] enim dicuntur non habere
cor. Os VII, (11): ‚Ephraim quasi co-
lumba seducta non habens cor.‘ Prv XI,
(12): ‚Qui decipit amicum suum, indigens
est corde.‘

Et confirmat positionem Baldach per
assertionem, rationem et effectum. Et
hoc est: **Absit a Deo impietas**, hoc est,
impietas ista infidelitatis, quod Deus
supplantet iudicium, absit a Deo. Hab
I, (13): ‚Mundi sunt oculi Tui, ne videas,‘
hoc est, ne approbes ‚malum, et respicere
ad iniquitatem non poteris oculo‘, sc. bene-
placiti. **et ab Omnipotente**, qui sc. supe-
riorem non habet, absit **iniquitas**, hoc
est iudicii perversitas. Ez XVIII, (25):
‚Numquid via Mea non est aequa, et
non magis viae vestrae pravae sunt?‘
Tob III, (2): ‚Omnia iudicia Tua iusta
sunt, et omnes viae Tuae misericordia | E 45a
et veritas.‘

[a] sine *FM*. [b] quia *TEFIM*. [c] alii *EFM*.

[1] *Cf. Arist., Top. 2, 7, 1 (I 193).*

11 Et hoc ostendit per rationem: **Opus**
**enim hominis**, hoc est secundum opus
hominis, **reddet ei**, bonum sc. vel ma-
lum. Rom II, (6): ‚Qui reddet unicuique
secundum opera eius.‘ **et iuxta vias sin-**
**gulorum**, hae sunt cogitationes, quae
M 98a sunt viae | ad opera, **restituet eis**, bona
sc. vel mala. Prv I, (31): ‚Comedent igitur
fructus viae suae, suisque consiliis satu-
rabuntur.‘
Et hanc rationem confirmat ulterius,
primo asserens et confirmans conclusio-
12 nem intentam: **Vere enim Deus non con-**
T 59a **demnabit frustra**, hoc est sine | causa
peccati. Gn XVIII, (25): ‚Absit a Te, ut
rem hanc facias, ut occidas iustum cum
impio, fiatque iustus sicut impius.‘ **nec**
**Omnipotens subvertit iudicium**, hoc est,
F 49b subvertere non potest. | Ps (CXVIII, 137):
‚Iustus es, Domine, et rectum iudicium
Tuum.‘
Et subdit rationem incontradicibilem:
13 **Quem constituit alium super terram**, ad
quem sc. liceat appellare a perversitate
sc. sui iudicii. Et hoc amplius exprimens
subdit: **aut quem posuit super orbem,**
**quem fabricatus est?** antiqua grammatica,
est enim suppletio verbi deponentis, quod
B 65d deponit significationem passivam | et re-
tinet activam, unde sensus est: fabri-
cavit. Simile in Ps (LXXIII, 16): ‚Tu
fabricatus es auroram et solem?‘ et est,
ac si dicat: Si superior non est, qui
corrigat errorem, inferioris remanebunt
omnia perversa, et destruet consequens,
quod sc. omnia non possunt esse per-
versa, ergo in superioris iudicio non pot-
est esse error.
Et ostendit hoc per effectum, et sup-
14 pletur ergo **Si direxerit** homo sc. **ad**
**eum** Deum sc. **cor suum** per conformita-
tem voluntatis. Eccli XXXIX, (6): ‚Iustus
cor suum tradit ad vigilandum diluculo
ad Dominum, qui fecit illum.‘ **spiritum**
**illius**, qui vector est virtutis ad opera,
**et flatum**, hoc est spiritum discurrentem
per corpus, qui aptat membra, ut orga-
nice deserviant virtuti, **ad se trahet**, ut
omnia sc. faciat ad formam suae iustitiae.
Prv XVI, (2 3): ‚Spirituum ponderator est
Dominus. Revela Domino opera tua, et
dirigentur cogitationes tuae.‘
A tali autem potestate, | quae sic in- M 98b
ferius ad se trahit et rectificat, omnis
virtus humana deficit et infirma est. Unde
nihil simile rectitudini illi in humanis in-
venitur. Et hoc est: **Deficiet omnis caro** 15
**simul**. Ps (LXXXIII, 3): ‚Concupiscit et
deficit anima mea in atria Domini.‘
Cuius autem pondere deficiat, subdit:
**et homo**, hoc est quia homo, **in cinerem**
**revertetur**, et pondere cineris trahitur ad
defectum talis rectitudinis; et hoc est
idem ei, quod supra dictum est in verbis
Eliphaz, Iob IV, (19): ‚Qui habitant domos
luteas, qui terrenum habent fundamentum,
consumentur velut a tinea.‘
**Si habes ergo intellectum.** 16
Probato, quod intendit, sc. quod recti-
tudo divinae iustitiae tanta est, quod
homo non potest ad illam, ab hoc accipit
occasionem docendi, quod sc. laudet iusti-
tiam divinam, qua punitus est, et sic a
flagellis curari poterit. Unde hic duo
dicit: Primo sc., qualiter curari potest,
confitendo sc. se iustum punitum, secundo
autem per effectum ostendit, quanta in
malis et in bonis potestas iudicii eius sit
ibi (XXXIV, 18): *Qui dicit regi: Apostata!*
Et hoc est: **Si habes ergo intellectum**,
sc. ut ex his eruditionem tuam scias ac-
cipere. Ps (CX, 10): ‚Intellectus bonus
omnibus facientibus eum.‘ **audi, quod**
**dicitur** de rectitudine iudicii divini. Ps
(XXXI, 8): ‚Intellectum tibi dabo, et in-
struam te.‘ **et ausculta vocem eloquii**
**mei**, ut sc. non detrahas iudicio divino,
sed confitearis. Eccle V, (1): ‚Ne temere
quid loquaris, neque cor tuum sit velox
ad proferendum sermonem coram Deo.
Deus enim in caelo, et tu super terram;
idcirco sint pau|ci sermones tui.‘ T 59b
Et hoc ostendit per rationem subdens;
et suppletur quia **Numquid, qui non amat** 17
**iudicium**, Dei sc., sed supple detrahit
illi, **sanari potest?** quasi dicat: non.
Dum enim iudicio detrahit, | semper Deum E 45b
contra se provocat. Eccle V, (5): ‚Ne
dederis os tuum, ut peccare | facias ani- B 66a
mam tuam et dicas coram angelo: Non

est providentia; ne forte iratus Dominus super sermones tuos dissipet cuncta opera
M 98c manuum | tuarum.‘

Et praemisso generali principio, contrahit illud et adaptat subdens: **et quomodo tu eum, qui iustus est,** naturaliter supple, et non potest esse non iustus, **in tantum condemnas?** hoc est, in tantum condemnare audes, ut dicas eum subvertere iudicium. Iob XL, (3): ‚Numquid irritum facies iudicium Meum, et condemnabis Me, ut tu iustificeris?‘

Et quod hoc fieri non possit, in bonis et malis ostendit. Primo in malis, secundo vicissim in bonis et malis ibi (XXXIV, 29): *Ipso enim concedente pacem.* In primo duo sunt, sc. quod in malos vindicat, et quod hoc iuste facit secundum exigentiam meritorum suorum ibi (XXXIV, 26): *Quasi impios percussit eos.* Adhuc in prima duo sunt: Primo enim ostendit, quod malos punit; secundo, quod latere
F 49c non | possunt ibi (XXXIV, 21): *Oculi enim eius.* In prima duo facit, sc. quod in iudicio vindictae contra malos personam non accipit, et quod subito malos exstinguit.

18 Et hoc est: **Qui dicit regi personae non deferens: Apostata!** supple es; dixit[a] autem, quando de regno sicut apostatam deponit. Dn V, (5 et 25—28): ‚Cum apostataret a regimine recto Baltassar, apparuerunt articuli manus scribentis: Mane, Thecel, Phares, hoc est numeravit Deus regnum tuum et complevit illud; appensum est in statera et inventum est minus habens. Divisum est a te regnum tuum et datum est Medis et Persis.‘ **qui vocat duces impios,** qui post regem, supple maiores sunt, quos vocat impios, quando impios per depositionem ostendit. Eccli X, (17): ‚Sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eis.‘ Exemplum in Aman, Est VII, (9 10), quem rex Assuerus exaltatum suspendi
19 fecit. | **qui non accipit personas principum**
M 98d in praeiudicium, sc. iusti iudicii. Act X, (34): ‚In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.‘ Exemplum Nm XXV, (4): ‚Tolle cunctos principes populi, et suspende eos contra solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel.‘ **nec cognovit tyrannum,** hoc est violentum, ut sc. personam eius revereatur. **cum disceptaret contra pauperem.** Hab I, (10): ‚Tyranni ridiculi eius erunt.‘ Exemplum in Sennacherib, qui disceptavit contra Ezechiam et egressus angelus percussit in castris suis centum octoginta quinque millia, IV. Rg XIX, (35). Exemplum etiam in Herode, qui occiso Iacobo disceptavit cum Petro et consumptus vermibus exspiravit, Act XII, (23).

Et subdit causam, quare non reveretur personam: **opus enim manuum eius universi.** Sap VI, (7): ‚Potentes potenter tormenta patientur.‘ Et post | pauca (Sap T 59c
VI, 8): ‚Quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter est illi cura de omnibus.‘

Quam subito autem haec facit, et praeter
| spem ipsorum subdit: **Subito moriuntur**[b]. 20
Dionysius [1] ad Gaium[c] monachum: ‚Subito B 66b
fit, quod fit praeter spem.‘ Dum enim maxime principari se sperant, percutiuntur et tolluntur. **et id est in media nocte,** hoc est, quando maxime obscura est eis hora, **curvabuntur**[d] per infirmitatem **populi,** sc. impiorum, **et pertransibunt,** de vita sc. ad mortem. I. ad Thess V, (3): ‚Cum dixerint: pax et securitas; tunc repentinus superveniet interitus.‘ **et auferent violentum,** vim[e] sc. inferentem iudicia sc. Domini[e] **absque manu,** hoc est absque exterioris potestatis apparatu, non enim ad hoc mittit armatos nec exercitum. | Mt M 99a
XXIV, (50 51): ‚Veniet dominus servi illius in die, qua non sperat, et hora, quam ignorat, et dividet eum, partemque eius ponet cum hypocritis.‘ Idem est Mt XIII, (42).

Quod autem latere non possint, subdit:

[a] dicit *EFM.* [b] **morientur** *EFM.* [c] Gaium *BET,* grã *FM.* [d] **turbabuntur** *FM.*
[e] id est ruinas inferentem iudici sc. Deo *F,* id est vim inferentem iudicia sc. Deo *M.*

[1] *Cf. col. 263/14 et Alb., In Dion. ep. 3 (XIV 877).*

21 **Oculi eius** | Dei sc. **super vias hominum.**
E 45c Eccli XXIII, (28): ,Circumspicientes omnes
vias hominum.' **et omnes gressus eorum,**
hoc est opera eorum, **considerat.** Iob XIII,
(27): ,Observasti omnes semitas meas, et
vestigia pedum meorum considerasti.' Et
22 supple ideo **non sunt tenebrae,** ignorantiae
sc., quae cadant in Deum, **et non est**
**umbra mortis,** hoc est oblivio, qua ali-
cuius obliviscatur. Gregorius[1]: Oblivio
umbra mortis dicitur, quod mortem imi-
tatur, quia ita tollit rem a sensu, sicut
mors a vita. Quaelibet enim immutatio
mortis imitatio est, quae non est in Deo.
,Apud quem non est immutatio, nec vicissi-
tudinis obumbratio,' Iac I, (17). Et ut
est incommutabilis, ita penetrabiliter videt
nec obliviscitur, sicut nec commutatur.
Et hoc est, quod sequitur: **ut abscondantur**
F 49d **ibi,** hoc est, abscondi | possint ibi sive
latere, **qui operantur iniquitatem.** Sap I,
(8): ,Qui loquitur iniqua, non potest latere,
nec praeteriet illum corripiens iudicium.'
23 Et huius subiungit causam: **Neque enim**
**ultra,** supple, postquam per iudicem in
peccato[a] comprehensus est, **in hominis**
**potestate est,** hoc est facultate, **ut veniat**
**ad Deum,** summum sc. iudicem **in iudicium,**
disceptationis sc., ut sc. dicat Deo, cur
ita facis? Ps (IX, 17): ,In operibus ma-
nuum suarum comprehensus est peccator,'
et praemisit: ,Cognoscetur Dominus iudicia
faciens.'
Et quod dixit de quibusdam, ostendit
24 esse in omnibus. Et hoc est: **Conteret**
**multos,** multitudini enim impiorum non
parcet. Sap IV, (3): ,Multigena impiorum
M 99b multitudo | non erit utilis.' **et innumera-**
**biles** nobis ad minus. Eccle I, (15): ,Stul-
torum infinitus est numerus.' Eccli X,
(18): ,Radices gentium superbarum are-
fecit Deus, et plantavit humiles ex ipsis
gentibus.' Et hoc est, quod sequitur:
**et stare faciet alios pro eis**[b]. Exemplum
in Aegyptiis, quos omnes occidit, et ex-
emplum in habitatoribus terrae promis-
sionis, loco quorum plantavit filios Israel.
Ex XV, (19): ,Ingressus est eques Pharao
| cum curribus et equitibus eius in mare, T 59d
et reduxit super eum Dominus aquas
maris; filii autem Israel ambulaverunt
per siccum in medio eius.'
Quam iuste autem hoc iudicium fecerit,
subdit: **Quasi impios percussit eos,** quasi 26
expressivum veritatis est. Hab III, (13):
,Percus|sisti caput de domo impii; de- B 66c
nudasti fundamentum usque ad collum.' **in**
**loco videntium,** ut sc. videntes poenam eius
exemplo eius corrigerentur. Ez XXVIII,
(17): ,In terram proieci te, ante faciem
regum dedi te, ut cernerent te.' Ptole-
maeus in Almagesto[2]: Qui ad alios non
corrigitur, alii corrigentur ad ipsum. Ez
XXVIII, (19): ,Omnes, qui viderint te in
gentibus, obstupescent super te; nihili
enim factus es, et non eris in perpetuum.'
Et est ibi nihil nomen secundae declina-
tionis genetivi casus.
Et huius subdit causam, ut iustior vi-
deatur condemnatio: **qui,** hoc est quia
illi, **quasi de industria,** quasi expressivum 27
veritatis est, ac si dicat, non ex infirmi-
tate, non ex ignorantia, sed ex studio
**recesserunt ab eo,** hoc est a Deo. Ir II,
(5): ,Elongaverunt a Me, et ambulaverunt
post vanitatem, et vani facti sunt.' **et**
**omnes vias eius intelligere noluerunt.**
Negatio materialiter respicit distributio-
nem, ut sit sensus: nullas vias eius intel-
ligere voluerunt, hoc est nec mandata
nec consilia nec opera exemplorum. | Iob M 99c
XXI, (14): ,Dixerunt Domino Deo: Re-
cede a nobis, scientiam viarum Tuarum
nolumus.' Ps (XXXV, 4): ,Noluit intel-
ligere, ut bene ageret.' In tantum supple,
**ut,** consecutivum est, non causale, **per-** 28
**venire facerent ad eum clamorem egeni,**
quem supple oppresserunt. Gn IV, (10):
,Vox sanguinis fratris tui Abel clamat
ad Me de terra.' Iac V, (4): ,Merces
operariorum, qui messuerunt regiones
vestras, quae fraudata est a vobis, cla-
mat; et clamor eorum in aures Domini
Sabaoth introivit.' **et audiret vocem pau-**

[a] peccator *FM.* [b] *v.* **25** *om. CC.*

[1] *Greg., Mor. 25, 6, 22; Migne 76, 324.* [2] *Non inveni.*

**perum**, Deus sc. Ps (XI, 6): ‚Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus.‘ Eccli XXXV, (18 19): ‚Nonne lacrimae viduae ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim eius ascendunt usque ad caelum,
E 45d et | Dominus exauditor non delectabitur in illis.‘

29 **Ipso enim concedente pacem.**

Tangit hic vicissim, qualiter Deus condemnat quosdam et quosdam sua gratia illuminat pro diversitate meritorum, et hoc, quod non tantum facit in homine, sed in gente et in universitate; et solvit quandam obiectionem, quae sibi fieri posset.

Et hoc est: **Ipso enim**, sc. Deo **concedente pacem**, per hoc sc., quod quietem temporum concedit et quietem cordium. Io XIV, (27): ‚Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non[a] quomodo mundus dat, Ego do vobis‘[a]. **quis est, qui condemnet?** hoc est, condemnare possit, quasi dicat: nullus. Rom VIII, (33 34): ‚Deus, qui iustificat, quis est qui condemnet?‘ ibidem (Rom VIII, 31): ‚Si Deus pro nobis, quis contra nos?‘ Ps (LV, 5): ‚Dominus mihi adiutor est, non timebo, quid faciat mihi homo.‘ Prv XVI, (7):
F 50a ‚Cum placuerint | Domino viae hominis,
B 66d inimicos quoque | eius convertit ad pacem.‘ **Ex quo absconderit vultum suum**, sub-
T 60a ducendo sc. | serenitatem gratiae suae. Iob XIII, (24): ‚Cur faciem Tuam abscondis, et arbitraris me inimicum Tuum?‘ **quis**
M 99d | **est, qui contempletur eum**, hoc est, contemplari possit. Iratus enim vultus Domini ab homine sustineri non potest. Unde damnandi, Luc XXIII, (30), ut dicit Dominus, ‚dicent montibus: Cadite super nos; et collibus: Operite nos.‘ Hoc dicit fieri **super gentem et super omnes homines**, s u p e r  g e n t e m in pentapoli, Gn XIX, (25), s u p e r  o m n e s  h o m i n e s in cataclysmo, Gn VII, (21). Ex quibus patet, quod et in universali et in particulari iudicia Dei iusta sunt, et sic constructum est, quod intendit, sc. quod Deus non supplantat iudicium, nec Omnipotens subvertit, quod iustum est.

Sed quia posset sibi obici contra hoc, quod dixit (Iob XXXIV, 18): *Qui dicit regi: Apostata!* quod aliquando permittit malos reges regere, solvit per antipophoram[1] subdens: **Qui regnare facit**, hoc est 30
permittit, **hominem hypocritam**, qui figura[b] et idolum regis est magis quam rex, **propter peccata populi**, qui talem regem habere meruerunt, qui conterat eos. Os XIII, (11): ‚Dabo tibi regem in ira Mea, et auferam in indignatione Mea.‘ Et in hoc occulte beatum Iob notat, quem in hypocrisi Deus regnare permisit, sicut et Nabuchodonosor et alios multos malos reges.

**Quia ergo.** 31

Tangit hic dicti sui commendationem et emendationem, si emendabile est, et dicit tria, sc. quod emendetur dictum, a quo emendetur ibi (XXXIV, 34): *Viri quidem intelligentes,* et si perfectum est dictum, quod adversarius compellatur ad confitendum ibi (XXXIV, 36): *Pater mi.* In primo tria sunt, sc. observatio moris ad condisputantem, petitio emendationis, et ostensio eius, qui ex ratione debet emendare, sive[c] reprobatio[c] emendatoris malevoli.

Et hoc est: **Quia ergo ego locutus sum**, hoc est, iam peroravi et veni ad conclusionem intentam, **ad Deum**, iudicem[d]
| sc. omnium defendendum. Iob IX, (15): M 100a
‚Et si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.‘ **te quoque non prohibebo** loqui, hoc enim moris est disputantium, ut unus alterum audiat. I. ad Cor XIV, (29—31): ‚Prophetae duo aut tres dicant, et ceteri diiudicent. Quod si revelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis[e] enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, et omnes exhortentur[e]‘. **Si erravi**, 32

[a] Non . . . vobis *om. FM.* [b] figuram *FM.* [c] sine reprobatione *FM.*
[d] verum *add. FM.* [e] Potestis . . . exhortentur *om. FM.*

[1] *Cf. col. 364 annot. 2.*

in aliquo devians a ratione, **doce me** et
supple, humiliter errorem meum recog-
noscam; hoc enim fraternae caritatis est,
B 67a offendicula | auferre, quae coram caeco
sunt. Is XLVIII, (17): ‚Ego Dominus Deus
tuus docens te utilia, et[a] gubernans in
via, qua ambulas‘[a]. **si iniquitatem locutus
sum**, circa Dei sc. iudicia, **ultra non ad-
dam**; sufficit enim semel offendisse. Hoc
autem dicit, quia verba sua videntur sibi
perfectam rationem veri continere. Prv
VIII, (8): ‚Iusti sunt omnes sermones mei,
E 46a et non est in eis | pravum quid aut per-
versum.‘ Iob XL, (27): ‚Memento belli,
et ne adicias[b] loqui.‘

Et subdit de reprobatione malevoli
33 emendatoris: **Numquid a te**, qui malevole
T 60b audis, **Deus expetit eam**, iniquita|tem sc.,
quam loquendo commisi, ut eam emendes,
quasi dicat: non. Eccli I, (40): ‚Accessisti
maligne ad Dominum, et cor tuum ple-
num est dolo et fallacia.‘ **quia displicuit
tibi?** supple sermo meus. Prv XVIII, (2):
‚Non recipit stultus verba prudentiae, nisi
ea dixeris, quae versantur[c] in corde eius.‘

Quod autem dixerat displicentia sibi,
excusat, quod hoc fecit provocatus ab
ipso zelo veritatis. Et hoc est: **Tu enim
coepisti loqui, et non ego.** Gregorius[1]:
Hoc dicit, quia culpabiliores esse solent,
qui loqui in contentione inchoant, quam
qui respondent. Et intendit, quod inchoavit
M 100b hanc locutionem | tertio capitulo (III, 3),
ubi dixit: *Pereat dies, in qua natus sum.*
**Quodsi quid nosti melius**, quam hac-
tenus supple locutus sis, **loquere.** Eph
IV, (29): ‚Omnis sermo malus ex ore
vestro non procedat: sed si quis bonus
est, ut det gratiam audientibus.‘

Et subdit, quos vult habere correctores:
34 **Viri quidem intelligentes loquantur mihi.**
Eccli V, (14): ‚Si est tibi intellectus,
responde proximo tuo.‘ **et vir sapiens
audiat me**, qui ordinem sc. dictorum scit
et veritatem. Ps (XXXVI, 30): ‚Os iusti
meditabitur sapientiam, et lingua eius
loquetur iudicium.‘ | Et reprobat stultum: F 50b
**Iob autem stulte locutus est**, quod est 35
contra sententiam Domini. Iob I, (22):
‚In omnibus his non peccavit Iob labiis
suis, neque stultum quid contra Deum
locutus est.‘ **et verba illius non sonant
disciplinam.** Prv XV, (2): ‚Lingua[d] sa-
pientium ornat scientiam[d]; os stultorum
ebullit stultitiam.‘ Et quia Iob iudicium
Dei non recognovit, ut dicit Eliu, ad
Deum se convertit et orat, ut tantum
constringatur, ut recognoscat, et ut oculos,
quos culpa clausit, poena aperiat[2]. Et
hoc est: **Pater mi!** Mt VI, (9): ‚Pater 36
noster, qui es in caelis.‘ **probetur**, hoc
est, verberibus probatus ostendatur, **Iob**,
qui contra iudicia Dei murmurat, **usque
ad finem** vel mortis, vel donec iudicia
Dei confiteatur esse iusta, et sic in sen-
sum veniat. Ps (XXV, 2): ‚Proba me,
Domine, et tenta me; | ure renes meos B 67b
et cor meum!‘ et vide, si via iniquitatis
in me est. **ne desinas**, verberando sc. **ab
homine iniquitatis**, emphasis est, hoc est
ab homine iniquissimo, donec sc. desinat
esse iniquus. Sap XII, (2): ‚Hos, qui
exerrant partibus, corripis, et de quibus
peccant, admones et alloqueris, ut relicta
malitia credant in Te, Domine.‘

Quare autem hoc petat, subdit: **Qui | ad- 37
didit super peccata sua**, communia sc., M 100c
quae fecit[e] in se et in proximum, **blas-
phemiam**, quae est impositio falsi criminis
in Deum, in hoc sc., quod iudicia Dei
calumniatur quasi iniusta. Lv XXIV,
(14): ‚Educ blasphemum extra castra, et
lapidet eum omnis populus.‘ **inter nos
interim**, supple dum vivit, **constringatur**
flagellis sc.; dicitur autem constringi,
ne libertatem loquendi, quod vult, habeat,
et hoc dicit propter hoc, quia supra XV, (5)
dictum est de eo: ‚Docuit iniquitas tua
os tuum, et imitaris linguam blaspheman-
tium.‘ Ps (LXII, 12): ‚Obstructum est
os loquentium iniqua.‘ **et tunc**, sup|ple T 60c
demum in fine, **ad iudicium provocet**, hoc

[a] et . . . ambulas *om. FM.* [b] ultra *add. FM.* [c] verba *FM.*
[d] Lingua . . . scientiam *om. FM.* [e] commisit *FM.*

[1] *Greg., Mor. 26, 3, 3; Migne 76, 350.* [2] *ib. 15, 51, 58; ib. 75, 1111.*

est ad ultionem sive vindictam, **sermonibus**
**suis**, malis sc. et blasphemis, **Deum.** Iob
XII, (6): ‚Audacter provocant Deum.‘
Dt XXXII, (21): ‚Ipsi me provocaverunt
in eo, qui non erat Deus, et irritaverunt
in vanitatibus suis.‘

## CAPITULUM XXXV.

1 **Igitur Eliu.**

HIC ponit tertiam positionem, quae
composita est ex positione Eliphaz
et positione Baldach. Dixit enim Eliphaz,
quod homo comparatione Dei non iusti-
ficabitur, nec factore suo purior erit vir,
Iob IV, (17). Et contra hoc dicit, dixisse
Iob, quod iustior Deo sum, XXXV, (2). Et
ideo in prima parte capituli determinans
et exprimens positionem Eliphaz disputat
contra dictum Iob. Baldach vero dixit,
Iob VIII, (3): ‚Quod Deus non supplantat
iudicium, nec Omnipotens subvertit, quod
iustum est.‘ Contra quod videbatur dixisse
E 46b Iob | XVI, (18): ‚Haec passus sum absque
ulla causa, cum haberem ad Deum mun-
das preces.‘ Mundae autem preces ex-
audiendae sunt; et ideo in secunda parte
capituli ibi (XXXV, 9): *Propter multi-
tudinem calumniatorum,* deducit positionem
M 100d Baldach et exprimit et disputat | contra
dictum Iob ostendens, quod preces suae
nec mundae[a] sunt nec exaudiendae.

In prima parte tria sunt; sc. positionis
Iob detestatio; et eiusdem positionis de-
claratio ibi XXXV, (3): *Dixisti enim;* et
contra positionem disputatio ibi XXXV,
(4): *Itaque ego respondebo.*

Et hoc est: **Igitur Eliu,** incoeptivum
est igitur non rationale vel illativum,
**haec rursum,** quae sequuntur, **locutus est,**
et quod dicit rursum, transitum notat
B 67c a disputatione ad unam positionem | fac-
tam ad disputationem faciendam ad aliam,
ut omnis falsitas destruatur. Ps (XI, 4):
‚Disperdat Dominus universa labia dolosa
et linguam magniloquam.‘

Et ponit detestationem falsitatis: **Num-** 2
**quid aequa videtur tibi cogitatio tua;**
hoc dicit, ut etiam iudicio propriae ra-
tionis convincat eum, et alludit ei, quod
supra dictum est XV, (6): ‚Condemnabit
te os tuum, et non ego: et labia tua | re- F 50c
spondebunt tibi.‘ Ps (XLIX, 21): ‚Arguam
te, et statuam contra faciem tuam.‘ Et
exprimit positionem: **ut diceres: Iustior**
**Deo sum?** Hoc interpretatur dixisse Iob
ex consequenti, quia supra XXIII, (6 7)
antecedens videtur dixisse, cum dixit:
‚Nolo, multa fortitudine contendat mecum,
nec magnitudinis suae mole me premat.
Aequitate proponat contra me, et per-
veniat ad victoriam iudicium meum.‘ Si
enim vincit in iudicio comparationis suae
ad Deum, sequitur, quod iustior Deo est.
Et hoc est contra Eliphaz positionem,
qui dixit: *Numquid homo etc.,* ut supra
IV, (17).

Et hanc positionem ulterius interpreta-
tur et exponit: **Dixisti enim,** hoc est, ex 3
verbis tuis sequitur te hoc intendisse,
sicut dicit Aristoteles[1]: Qui dicit unum,
quodammodo dicit multa, quando multa
sunt in uno.

**Non tibi placet, quod bonum vel rectum**
**est.** Iob XXXIV, (9): ‚Non placebit vir
Deo, etiam si cucurrerit cum eo.‘ Hoc
autem videtur ex hoc, quod Deus tacet
et dissimulat, quando bonus conculcatur
| ab impio. Hab I, (13): ‚Quare respi|cis M 101a T 60d
contemptores et taces impio conculcante
iustiorem se.‘ vel, supple dixisti, quod
magis profanum est, **quid,** hoc est aliquid,
**tibi proderit, si ego peccavero?** et tangit
errorem quorundam, qui propter hoc, quod
dixit David in Ps (L, 6): ‚Tibi soli pec-
cavi, et malum coram Te feci: ut iusti-
ficeris in sermonibus Tuis,‘ dixerunt, quod
peccatum et mendacium hominis aliquid
Deo confert, ut sc. solus verax et iustus
videatur. Contra quem errorem disputat
Apostolus, Rom III, (7): ‚Si veritas Dei
in meo mendacio abundavit in gloriam
ipsius: quid adhuc et ego tamquam pec-

[a] iustae *FM.*

[1] *Cf. Arist., Metaph. 9, 6, 4 (II 580).*

cator iudicor?' ac si dicat: iniustum est, ut hoc in me puniat, quod confert ad gloriam ipsius. Et sic loquitur iste hic. Imponit autem hoc beato Iob, non quod hoc verbotenus dixerit, sed quia ex dictis suis sequi videbatur secundum malum intellectum. Iob XXII, (15): ,Semitam saeculorum custodire cupis, quam calcaverunt viri iniqui?' et paulo post (Iob XXII, 17): ,Qui dicebant Deo: Recede a nobis: et quasi nihil posset facere Omnipotens, aestimabant eum;' tales enim putabant, quod malum et bonum caderet in Deum. Et ex talibus sententia sequitur, quod ex mendacio hominis ipse veracior appareat, et ex peccato appareat iustior.

Explanata positione disputat in contrarium. Et primo ostendit in proposito, secundo in opposito.

4 Et hoc est: **Itaque ego respondebo**
B 67d **ser|monibus tuis**, ostendendo sc. eos esse falsos. Iob XIII, (4): ,Prius vos ostendens fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum.' **et amicis tuis tecum**, supple respondebo, qui sc. tacentes errori tuo videntur consensisse. Iob XXXII, (1): ,Omiserunt autem tres viri isti re-
M 101b spondere Iob, eo quod iustus | sibi videretur.'

5 Et ponit rationem improbationis: **Suspice caelum**, hoc est caeli altitudinem, **et intuere**, conferendo sc. de caeli motore et gubernatore. Gn XV, (5): ,Suspice cae-
E 46c lum, et numera stellas, si potes.' | **et contemplare aethera**, hoc est totum quintae essentiae, quae est aether, ordinem.

Quare autem debeat ista contemplari, subdit: **quod altior te sit**, hoc est extra totam sphaeram activorum et passivorum elevatus, in quem nihil accidat nostrae actionis vel passionis. Iob XI, (8): ,Excelsior caelo est, et quid facies?'

6 Et hoc est, quod subdit: **Si peccaveris, quid ei nocebis?** hoc est, nocere poteris, quasi dicat[a]: tibi noces. **et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae** per Dei dissimulationem, **quid facies**, hoc est: quid facere poteris, **contra eum?** hoc est in nocumentum ipsius. Ir VII, (19): ,Numquid Me ad iracundiam provocant? dicit Dominus: Nonne semetipsos in confusionem vultus sui?' Unde peccator sibi nocet, et non Deo.

Et hoc etiam ostendit in opposito sub-
dens: **Porro, si iuste egeris virtutum operi-** 7
**bus, quid donabis ei?**[b] cui sc. nihil ac-
cedere potest, quia sum|mum bonum est. F 50b
Act XVII, (25): ,Nec manibus colitur humanis indigens aliquo, cum ipse det omnibus et vitam et inspirationem et omnia.' Rom XI, (35): ,Quis prior dedit illi, et retribuetur ei?'

Et ostendit hoc per oppositum naturae
passibilis | ad impassibilem Deum, secun- T 61a
dum illam regulam: Si oppositum de opposito et propositum de proposito.

Et hoc est: **Homini**, qui passibilis na- 8
turae est, **qui similis tui est**, in hoc sc. quod aliquid accrescere vel decrescere ei potest, **nocebit iniquitas tua**, hoc est, nocere poterit vel ad damnum personae
vel a famae. | De quibus dicitur in Ps M 101c
(V, 7): ,Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.' **et filium hominis**, qui adiutorio indiget, **adiuvabit iustitia tua**, hoc est, adiuvare poterit. Gal ult. (VI, 2): ,Alter alterius onera portate.' Per omnia hic intendit, quod, ex quo Deo non nocet iniquitas, nec prodest iustitia, quod non provocatus punit; et si
punit aliquem, quod non persequitur | nisi B 68a
iniquitatem, quae in ipso est.

**Propter multitudinem.** 9

Secundam partem positionis hic prosequitur; quia enim dixerat Eliphaz supra XV, (4): ,Quantum in te est, evacuasti timorem coram Deo et tulisti', hoc est, abstulisti, ,preces', ut sc. non exaudiaris[c], propter quod et Iob XXX, (20 21) dixerat: ,Clamabo ad Te, et non[c] exaudies me: sto, et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem,' et Baldach dixerat, quod Deus non supplantat iudicium, ideo determinans dictum Baldach, ostendit, quare

[a] nihil sed *add. FM.* [b] **aut quid de manu tua accipiet?** *om. CC.*
[c] exaudiaris . . . non *om. E.*

peccatorem Deus non audit, et dicit haec tria: sc. peccatum in proximum, propter quod non auditur[a] oratio, et peccatum in Deum ibi XXXV, (10): *Et non dixit: Ubi est Deus?* Et tertio subdit, propter illud non auditur oratio ibi XXXV, (12): *Ibi clamabunt.*

Et hoc est: **Propter multitudinem calumniatorum**, passive, hoc est quibus calumnias intulerunt, **clamabunt** calumnias sc. inferentes **et eiulabunt.** Is LXV, (14): ‚Prae dolore cordis clamabitis et prae contritione spiritus ululabitis.‘ **et propter vim brachii**, hoc est oppressionis et violentiae, **tyrannorum.** Boetius[1]: Tyrannus est, qui omnia statuit et facit ad utilitatem sui et in nocumentum populi. Eccli XI, (5): ‚Multi tyranni sederunt in throno, et insuspicabilis portavit diadema.‘ II. Mach IV, (25) dicitur de Iasone: ‚Nihil quidem dignum habens summo sacerdotio, animos vero crudelis tyranni, et ferae beluae iram gerens.‘

M 101a Et subdit de peccato in Deum, | propter
10 quod non auditur oratio: **Et non dixit**
requirens sc. Deum: **Ubi est Deus**, Rom I, (28): ‚Sicut non probaverunt habere Deum in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum.‘ **qui fecit me?** hoc est, primo cognoscitur de Deo, quod factor et creator noster est. Is LXIV, (8): ‚Fictor noster, et opera manuum Tuarum omnes nos.‘ **qui dedit in nocte carmina**, in nocte enim huius ignorantiae prima carmina[b] de Deo fuerunt. Ps (XXXIX, 4): ‚Immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.‘ Cato[2]:

> ‚Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt:
> Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.‘

Et qualiter nos a brutis in scientia boni
11 et mali distinxit, | subdit: **qui docet nos**
E 46d **super iumenta terrae**, iumenta vocat omnia prona in terram, quae cognitionem boni et mali non habent. Gn I, (26): ‚Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.‘ **et super volucres caeli,**
| **erudit nos?** quae, licet leviorum sint T 61b
humorum et magis caput habeant erectum ad caelum quam iumenta, tamen notitiam boni et mali non acceperunt. Ps (VIII, 8 9): ‚Omnia subiecisti sub pedibus eius,
| oves et boves universas insuper et pe- B 68b
cora campi: volucres caeli et pisces maris.‘ Ovidius[3]:

> ‚Os homini sublime dedit caelumque videre
> Iussit et erectos ad sidera tollere vultus.‘

Et subdit, quod propter hoc peccatores
non exaudit: **Ibi**, hoc est in reatu illo- 12
rum peccatorum, **clamabunt**, in poenis supple, **et non exaudiet** Deus sc. **propter superbiam malorum.** Superbia hic dicitur contemptus praecepti et praecipientis, qui est in omni peccato. Prv I, (28 29): ‚Tunc invocabunt me, et non exaudiam: mane consurgent, et non invenient me: eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint.‘

Et huius subiungit rationem: **Non enim** 13
**frustra** | **audiet Deus**, clamorem sc. op- M 102a
pressorum ab eis, quem frustra audiret, si opprimentes eos in orationibus suis ex-
audiret. Eccli XXXIV, (28 29): | ‚Unus F 51a
aedificans, et alter[c] destruens; quid prodest illis nisi labor? Unus orans, et unus maledicens; cuius vocem exaudiet Dominus?‘ ac si dicat: Dum orant oppressi ab eis, maledicunt eis coram Domino, et orant, ut non exaudiantur, et Deus non subvertet, quod iustum est. Non ergo exaudiet opprimentes in praeiudicium oppressorum. **et**, id est quia, **Omnipotens**[d], appellare non licet, **singulorum causas intuebitur** et discernit, supple. Ir XI, (28): ‚Tu autem, Domine Sabaoth, qui iudicas iuste et probas renes et corda: videam ultionem Tuam ex eis; Tibi enim revelavi causam meam.‘ Lc XVIII, (7 8): ‚Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte,

[a] exauditur *TEFM.* [b] primo carmine *FM.* [c] unus *TEFM.*
[d] a quo sc. *add. FM.*

[1] *Boeth., apud Migne non inveni; cf. Alb., Polit. 5, 7a (VIII 501).*
[2] *Cato, Dist. 1, 1 (Budap. 1892 p. 7).* [3] *Ovid., Metam. 1, 85 86 (Argent. 1807 II 21).*

et patientiam habebit in illis? Dico vobis: Quia cito faciet vindictam illorum.‘

Et quia aliquis posset dicere, quod Deus aliquando diu dissimulat, occurrit et
14 excludit hoc subdens: **Etiam cum dixeris**, supple in corde, sicut iniqui dicunt: **Non considerat**, supple Deus facta humana ad vindictam. Ps (X, 13): ‚Propter quid irritavit impius Deum: Dixit enim in corde suo: Non requiret.‘ **iudicare coram illo** comparando sc. sapientiam et bonitatem eius, quae faciunt, quod non sit pronus ad vindictam; principum enim est tardum esse ad poenam. Augustinus[1]: Tanto videt patientius, quanto sapientius. **et exspecta eum**, donec sc. veniat tempus vindictae; tunc enim acriter vindicabit. Dt XXXII[2]: ‚Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.‘ Ps XXVI, 14: ‚Exspecta Dominum, viriliter age: et[a] confortetur cor tuum et[a] sustine Dominum.‘ Ez XXI, (25): ‚Tu autem profane et im-
M 102b pie dux Israel, cuius venit dies | in tempore iniquitatis praefinitae.‘
15 **Nunc enim**, hoc est in instanti et statim, **non infert furorem suum**, sed supple parcit et dat locum poenitentiae. Iob[b] XXIV, (23): ‚Dedit illi Dominus locum poenitentiae‘[b]. Sap XI, (24): ‚Dissimulans peccata hominum propter poenitentiam.‘
T 61c **nec ulciscitur scelus val|de**, hoc est extrema damnatione nunc, sed patienter dissimulat[c]. Eccli V, (4): ‚Altissimus est patiens redditor.‘

Et revertitur ad conclusionem intentam
16 ex omnibus his: **Ergo Iob frustra aperit os suum**, sc. contradicens sententiis antiquorum Eliphaz et Baldach. Ps (LXII, 12): ‚Obstructum est os loquentium iniqua.‘ Apertio enim oris apertam significat contradictionem. **et absque sapientia**, hoc est absque discretione, **verba multiplicat**, ut sc. multiplicitate verborum vincere videatur, quod ratione non potest. Prv X, (19): ‚In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.‘ Prv XIV, (23): ‚Ubi plurima sunt verba, ibi frequenter egestas in opere est.‘

## CAPITULUM XXXVI.

**Addens quoque Eliu.** 1

IN parte ista Eliu deducit positionem Sophar Naamathitis, quae supra XI° et XX° continetur. Fuit autem hoc, quod Deus pro meritis retribuit providendo rebus humanis, et quod etiam poenitentes recipit et in pristinum statum reducit, et quod altissimo consilio facit, ad quod scientia nostra brevis est.

Dividitur autem pars ista in partes tres. | In quarum prima simplicitatem ser- E 47a
monis sui commendat; in secunda positionem Sophar exprimit et probat per rationes et deducit ad particularia ibi (XXXVI, 5): *Deus potentes non abicit;* in tertia monet, ut dicta attendantur[d], et intelligatur, quod omnis scientia nostra brevis est ad iudicia Dei investiganda ibi (XXXVII, 14): *Ausculta hoc, Iob: Sta et considera.* | M 102c

In prima duo sunt: Monet enim, ut sermonibus suis attendatur, et subiungit causam, et[e] hoc est[e]. Primo tamen utitur transitu, quia transit de positione ad positionem. Et hoc est:

**Addens quoque Eliu**, supple ad positionem Sophar, sicut addiderat ad positionem Eliphaz et Baldach, **haec locutus est**, sc. quae sequentur: Lc X, (35): ‚Sed et si quid erogaveris, cum rediero, reddam tibi.‘ **Sustine me paululum.** Alludit 2
ei, quod supra dixerat, Iob XXXII, (20): ‚Loquar, et respirabo paululum.‘ Paululum enim est, quod dici potest ab homine respectu dicendorum de magna|libus F 51b
Dei. De magnalibus enim Dei locutus est Sophar, et iste loquitur. Eccli XLIII, (29): ‚Multa dicimus, et deficimus in verbis; consummatio sermonum ipse est.‘ et

[a] et . . . et *om. EFM.* [b] Iob . . . poenitentiae *om. FM.* [c] exspectat *FM.*
[d] dictum attendatur *FM.* [e] et hoc est *om. FM.*

[1] *Cf. Aug., De patientia 5, 4; Migne 40, 613.* [2] *Ps 74, 3.*

**indicabo tibi**, per rationem sc. Mich VI, (8): ‚Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Deus requirat a te.‘ **adhuc enim habeo**, in positione sc. Sophar, **quod pro Deo loquar.** Adhuc dicit, quia, quantum quisque de Deo loquatur, adhuc invenit, quid loquatur, cum infinitus sit.
B 68d Eccli XLIII, | (32): ‚Glorificantes Dominum, quantumcunque potueritis: super-
3 valebit adhuc.‘ **Repetam scientiam meam**,
hoc est scita mea de Deo, **a principio**, sc. quod posuit Sophar deducens illud principium et determinans per particularia, sicut feci in positione Eliphaz et Baldach. Sicut enim ante dictum est[1], antiqui quaedam principia posuerunt communia, quae posteri, quorum vicem iste gerit, ad particularia deduxerunt et contraxerunt. Ps (LXXVII, 3 4): ‚Quanta audivimus et
T 61d cognovimus ea; et patres nostri | narraverunt nobis. Non sunt occultata a filiis eorum.‘ **et**, ex his supple, **operatorem meum**, Deum sc. Is LXIV, (8): ‚Opera manuum Tuarum omnes nos.‘ **probabo**
M 102d **iustum**, in rerum humanarum | sc. gubernatione et providentia. Ps (X, 8): ‚Iustus Dominus et iustitias dilexit.‘ Ir XXIII, (6): ‚Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.‘

Et subdit causam, quare audiendus est:
4 **Vere enim absque mendacio sermones mei.**
Sermo ad duo comparatur, ad rem sc., cuius signum est, et ad species rerum, quae sunt in anima, quarum species vel nuntius est. Ex prima comparatione, quando consonat rebus, est verus[a]. Ex secunda comparatione, quando consonat[b], quae sunt in anima, speciebus[c], est absque mendacio. Eph IV, (25): ‚Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo.‘

Est autem adhuc tertium, quod requiritur, sapientis sc., quod vera ratione probatus sit. Et de hoc subdit: **et perfecta scientia**, quae habitus conclusionis probatae est, ut vult Aristoteles[2] in principio posteriorum, **probabitur tibi.** Probat enim per rationes rhetoricas, sicut in toto isto libro rhetoricae orationes inducuntur.

**Deus potentes non abicit.** 5

Hic incipit disputare ad positionem et habet duas partes.

In prima procedit ex iudicatis humanis, in secunda ex altissimis et divinis ibi (XXXVI, 22): *Ecce enim excelsus Deus.* Hoc autem ideo facit, quia etiam positio Sophar ex duobus composita fuit, sc. quod humana Deus secundum ordinem iustitiae humanae disponeret, et quod hoc altissimo consilio faceret, ad quod omnis scientia humana brevis esset.

Prima pars in duas dividitur: In prima probat intentum sc., quod Deus humana secundum ordinem humanae iustitiae disponit[d], et quod poenitentes, si oberrant, recipit. In secunda ex hoc accipit eruditionem, qua beatum Iob erudit ibi XXXVI, (17): *Causa tua quasi impii iudicata est.* Et istum processum tenet, quia Sophar
eundem tenuit supra | XI[3], ubi primum M 103a
Sophar ostendit, Iob iuste esse condemnatum; secundo quod[e] altissimo consilio hoc factum est; tertio quod, si poeniteat et iniquitatem, quae est in manu sua,
auferat, | quod[e] ad pristinam revertetur B 69a
prosperitatem.

In prima harum duo sunt, probantes
sc. ratio|nes et conclusio ibi (XXXVI, 16): E 47b
*Igitur salvabit te.* Adhuc prior harum in duas dividitur: Primo enim ostendit propositum, secundo antipophoram[4] facit quaestionis, quae posset fieri ibi (XXXVI, 13): *Simulatores et callidi.*

In prima quatuor facit: Primo enim ostendit, quod Deus potentes in sede iudicii ponit; secundo quod a positis in sede rationem exigit ibi (XXXVI, 7): *Et illic eriguntur;* tertio quod de superbia admonentur ibi (XXXVI, 10): *Revelabit quoque;* quarto, si monitorem audiunt,

[a] et hoc notat cum dicit vere *add. TEFM.* [b] speciebus *add. FM.*
[c] *om. FM.* [d] disponeret *EFM.* [e] *sic CC.*

[1] *Cf. col. 369/28.* [2] *Cf. Arist., Anal. post. 1, 2, 3 (I 122).*
[3] *Cf. col. 154—161.* [4] *Cf. col. 364 annot. 2.*

recipiuntur; et si non, interficiuntur[a]. Et
hoc est:
**Deus potentes non abicit.** Rom XIII, (1):
‚Non est enim potestas nisi a Deo.‘ Dn
V, (21): ‚Potestatem habet Altissimus in
regno hominum et, quemcunque voluerit,
ponet super illud.‘ Et ponit rationem,
**cum et ipse sit potens**, ac si dicat: Si
potestatem per se detestaretur, potestatem
de se abiceret, et ex quo in se habet, in
aliis non detestatur. Unde potestatis ab-
T 62a usum detestatur, | et non potestatem. Ex
6 XV, (3): ‚Omnipotens nomen eius.‘ **sed** |
F 51c **non salvat impios**, potestate sc. abutentes.
Iob VIII, (20): ‚Deus non proiciet sim-
plicem, nec porriget manum malignis.‘
Et huius subdit rationem: **et**, id est,
quia **iudicium pauperibus tribuet**, hoc est,
quia impii pauperes oppresserunt, iudicium
reddens pauperibus, deponit impios. Is
XI, (4): ‚Iudicabit in iustitia pauperes, et
arguet in aequitate pro mansuetis terrae,
et[b] percutiet terram virga oris sui, et
spiritu labiorum suorum interficiet im-
pium‘[b].
M 103b Et subdit | per oppositum, qualiter con-
7 firmat iustum potentem: **Non auferet a**
**iusto oculos suos**, hoc est respectum gra-
tiae suae. Ps (XXXI, 8): ‚In via hac, qua
gradieris: firmabo super te oculos Meos.‘
**et reges**, supple tales iustos **in solio col-**
**locat in perpetuum**, hoc est, ut in per-
petuum regnent. Prv XXV, (5): ‚Aufert
impietatem de vultu regis, et firmabitur
iustitia thronus eius.‘ Prv[c] XXIX, (14):
‚Rex, qui iudicat in veritate pauperes,
thronus eius[c] in aeternum firmabitur.‘ **et**
**illic**, hoc est in throno regali, **eriguntur**,
aliquando sc. in superbiam, qui prius erant
humiles, sicut et Saul superbivit, cum ex-
altatus esset in sede, I. Rg XVII, (28).
Quia autem Deus detestatur superbiam,
Lc I, (52): ‚Deposuit potentes de sede,‘
innuit, qualiter depositi et poenitentes re-
cipiuntur ad poenitentiam. Et hoc est:
8 **et si fuerint in catenis**, depositi[d] a sede
regali et vincti ab inimicis, **et vinciantur**
**funibus paupertatis**, hoc est, ad ultimam
paupertatem deducentibus constringantur.
Prv V, (22): ‚Iniquitates suae capiunt
impium, et funibus peccatorum constrin-
gitur.‘ **indicabit eis**, per talem sc. cap- 9
tivitatem et tribulationem, **opera eorum**[e],
quod male sc. rexerunt. Ps (XLIX, 21):
‚Arg|uam te, et statuam contra faciem B 69b
tuam.‘
Et quid iudicet, probat[f]: **quia violenti**
**fuerunt**, hoc est oppressores innocentium.
Sap VI, (4 5): ‚Data est vobis a Domino
potestas et virtus ab Altissimo, qui inter-
rogabit opera vestra, et cogitationes scru-
tabitur: quoniam, cum essetis ministri
regni eius, non recte iudicastis nec custo-
distis legem iustitiae, neque secundum
voluntatem Dei ambulastis.‘ Exemplum
in Manasse, II. Par XXXIII, (11), | quem M 103c
exercitus regis Assyriorum et principes
ceperunt et vinctum catenis atque com-
pedibus duxerunt in Babylonem.
**Revelabit quoque aurem eorum**, per 10
tribulationes sc., ut se ipsos interiori aure
audiant et recognoscant, et hoc est, **ut**
**corripiat**, per tribulationes sc., **et loque-**
**tur**, ipso verbere sc., **ut revertantur ab**
**iniquitate.** Sap XII, (2): ‚Hos, qui ex-
errant, partibus corripis, et de quibus
peccant, admones et alloqueris, ut relicta
malitia credant in Te, Domine.‘
**Si audierint**, Deum sc. sic loquentem 11
et corripientem, **et observaverint**, supple
se ab iniquitate, **complebunt dies suos in**
**bono.** Exemplum in David, qui corripien-
tem se audivit Nathan, II. Rg XII, (7); et
in bono complevit[g] dies suos. Is I, (19):
‚Si volueritis et audieritis Me, | bona ter- T 62b
rae come|detis.‘ **et annos suos**, sibi supple E 47c
ad regnandum datos, **in gloria**, supple com-
plebunt. Exemplum in Manasse IV. Rg
XXI, (9) et II. Par XXXIII, (12 13), de
quo sic legitur: Manasses, ‚postquam co-
angustatus est, oravit Dominum Deum
suum, et egit poenitentiam valde coram
Deo patrum suorum. Deprecatusque est
eum, et obsecravit intente; et exaudivit

[a] ibi (XXXVI, 11) s i a u d i e r i n t *add. FM.* [b] et . . . impium *om. FM.*
[c] Prv . . . eius *om. E.* [d] sc. *add. FM.* [e] **et scelera eorum** *om. CC.*
[f] subdit *FM.* [g] compleveris *BT, correxi ex EFM.*

orationem eius, reduxitque eum in Ieru-
12 salem in regnum suum'. Si **autem non audierint, transibunt per gladium.** Iob XIX, (29): ,Ultor iniquitatum gladius est.' **et consumentur,** hoc est, ad consumptionem ultimam deducentur, **in stultitia,** hoc est pro stultitia sua. Is I, (20): ,Si Me audire nolueritis et Me ad iracundiam provocaveritis, gladius Meus devorabit vos.' Bar III, (27 28): ,Viam disciplinae non invenerunt[a], propterea perierunt, et quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam.'

Et subdit antipophoram [1]; posset enim aliquis dicere, quod Iob clamat nec tamen
13 restituitur. Respondet, quod **Simulatores,**
M 103a qui simulant se esse | bonos, cum mali sint, **et callidi,** hoc est, qui callent insidiis ut serpens et dolosi sunt, **provocant iram Dei.** Ir IV, (22): ,Sapientes sunt, ut faciant malum[b]; bene autem facere
B 69c F 51d nescierunt.' | Iob V, (13): ,Qui | apprehendit sapientes in astutia eorum et consilium pravorum dissipat.'

Et subdit causam: **neque clamabunt,** supple ex corde ad Deum, **cum vincti fuerint,** tribulatione sc. et miseria. Et exemplum in Asa II. Par XVI, (12 13), de quo sic legitur: ,Nec in infirmitate sua quaesivit Asa Deum, sed magis in medicorum arte confisus est. Dormivitque cum patribus suis et mortuus est.' Et post pauca (II. Par XVI, 14): ,Posueruntque super eum lectum suum plenum aromatibus et unguentis meretriciis.'

14 Et hoc est, quod sequitur: **Morietur in tempestate anima eorum,** et hoc est animalis vita eorum, et vocat tempestatem[c] impetum irae Dei. Nah I, (3): ,Dominus in tempestate et turbine viae eius.' Ps (XLIX, 3): ,Ignis in conspectu eius exardescet: et in circuitu eius tempestas valida.' **et vita eorum,** supple animalis, **inter effeminatos,** supple finietur. Effeminati dicuntur ad mollitiem femineam deducti, qui nullo vitio resistunt, sed ut molles cedunt. Propter quod Aristoteles [2] in VII. Ethicorum dicit, quod mollis peior est incontinente. Is III, (4): ,Effeminati dominabuntur eis.' Mt XI, (8): ,Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.' Isti sunt Sardanopolicae, quia Sardanopolus[d] semper in cameris cum feminis et in unguentis meretriciis et in epulis libidinosis conversabatur, sicut dicit commentum [3] super primum Ethicorum[e].

Quid autem ex talium destructione utili-
tatis sit consequens, subdit: **Eripiet paupe-** 15
**rem,** oppressore sc. destructo, **de angustia sua,** quam sc. intulit oppressor. Prv XI, (8): ,Iustus de angustia liberatus est: et
tradetur impius | pro eo.' Ps (LXXI, 4): M 104a
,Iudicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem.' **et,** sicut pater[f] supple misericors,
**revelabit in tribulati|one,** hoc est propter T 62c
tribulationem, **aures eius,** oppressoris sc., quae in prosperitate Deum audire noluerunt. Is XXXV, (5): ,Tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum patebunt.' Is XXVIII, (19): ,Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui.'

**Igitur.** 16

Ex omnibus his concludit, quod, si Iob poenitebit, recipietur et omnibus bonis restituetur.

Et hoc est: **Igitur salvabit te,** supple poenitentem et peccatum confitentem. Ps (XLIII, 8): ,Salvasti enim nos de affligentibus nos.' II. Par ult.[4]: Indignum salvabis me secundum magnam misericordiam Tuam, et laudabo Te super omnibus diebus vitae meae. **de ore angusto,** tribulationis sc., quod deglutivit te et masticavit. Ir LI, (34): ,Absorbuit me quasi draco, replevit ventrem suum teneri-

[a] noverunt *F*, venerunt *M*. [b] mala *E*. [c] multiplicem *add. EFM*. [d] Sardanopalus *T*.
[e] et in Iuvenali *M*, in Iuvenali *expunctum, quod est signum delendi, F; cf. Iuven., Sat. 4, 10, 362 (Lips. 1873 p. 239):* pluma Sardanapalli.
[f] pauper *B correxi ex TEFM*.

[1] *Cf. col. 364 annot. 2.* [2] *Arist., Eth. Nic. 7, 7, 3 (II 83).*
[3] *Cf. Alb., Eth. 1, 5, 7 (VII 67).* [4] *Cf. Eccli 51, 15.*

tudine mea.‘ **latissime**, hoc est educendo
te in libertatem latissimam. Ps (XVII,
20): ‚Eduxit me in latitudinem: salvum
me fecit, quoniam voluit me.‘ **et non**
B 69d **habente**, sc. ore angusto, | **fundamentum**,
hoc est[a] basis stabilimentum, **subter te**.
Voracitas enim, qua mali devorant bonos,
fundamento caret. Prv XIII, (25): ‚Venter
impiorum insatiabilis.‘ Ps (LXVIII, 3):
E 47d ‚Infixus sum in limo | profundi: et non
est substantia.‘ Sine fundamento enim
dicitur tribulatio, in qua homo continue
et cotidie profundius mergitur.

Et subdit de bonis, ad quae restitui-
tur: **requies autem mensae tuae**, hoc est
ubertas refectionis, **erit plena pinguedine**
Gn XLIX, (20): ‚Aser, pinguis panis eius,
et praebebit delicias regibus.‘ Ps (XXII, 5):
‚Parasti in conspectu meo mensam ad-
versus eos, qui tribulant me.‘

Ex his autem accipit causam instruc-
M 104b tionis docens | recognoscere peccatum et
17 a quibus abstineat. Et hoc est: **Causa
tua**, quae fuit sc. inter Deum et te, **quasi**,
expressivum est veritatis, **impii iudicata
est**; percussione enim ostendit te impium.
Iob XXXIV, (26): ‚Quasi impios percussit
eos in loco videntium.‘ Et, supple si
poeniteas, **causam tuam**, hoc est causae
tuae iustitiam, **iudiciumque**, a iusto sc.
iudice Deo, quod poenitenti debetur, **re-
cipies**, quod est restitutio ad bona omnia,
hoc enim iudicium determinatur. Ez XVIII,
(21 22): ‚Si autem impius egerit poeni-
tentiam ab omnibus peccatis[b] suis, quae
operatus est, et custodierit omnia prae-
cepta mea, et fecerit iudicium et iusti-
tiam[c]: vita vivet[c] et non morietur; om-
F 52a nium iniquitatum eius, quas | operatus est,
non recordabor.‘

Et subdit quinque, a quibus abstineat.
Primum est ira in subiectos. Et hoc est:
18 **Non te ergo superet ira, ut aliquem op-
primas**, livore sc. irae vel vindictae. Iac
I, (19 20): ‚Sit omnis homo velox ad
audiendum, et tardus ad loquendum, et
tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam
Dei non operatur.‘

**nec multitudo donorum inclinet te**, sc.
a iustitia, et hoc est secundum. Dt XVI,
(19): ‚Nec accipies personam nec munera:
quia munera excaecant oculos sapientium
et mutant verba iustorum.‘ Is V, (23):
‚Vae, qui iustificant[d] impium pro muneri-
bus, et iustitiam iusti | auferunt[d] ab eo.‘ T 62d
Et subdit tertium: **Depone magnitudi-** 19
**nem tuam**, hoc est factum, quo tibi magnus
videris. Ex XXXIII, (5): ‚Iam nunc de-
pone ornatum tuum, ut sciam, quid faciam
tibi.‘ **absque tribulatione**, ut sc. humili-
tatem ex voluntate eligas. Mt XI, (29):
‚Discite a Me, | quia mitis sum et humilis M 104c
corde.‘ Iac IV, (6): ‚Deus superbis re-
sistit, humilibus autem dat gratiam.‘

Et subdit quartum, et hoc est: **et om-
nes robustos fortitudine**, supple, depone.
R o b u s t i f o r t i t u d i n e sunt superbi,
qui praesumentes de sua fortitudine alios
opprimunt. Iob XL, (6 7): ‚Disperge
superbos in furore tuo, et respiciens om-
nem arrogantem humilia: respice cunctos
superbos, et confunde eos.‘ **Ne protrahas** 20
**noctem**, hoc est per noctem, quin sc.
statim vindices in eos. Non protrahas,
dicas[e], hac industria, **ut** | **ascendant populi** B 70a
**pro eis**, qui sc. intercessione vel oppugna-
tione liberent eos. Ioel III, (4): ‚Cito
velociter reddam vicissitudinem vobis in
caput vestrum.‘ Ps (C, 8): ‚In matutino
interficiebam omnes peccatores terrae, ut
disperderem de civitate Domini omnes
operantes iniquitatem.‘

Et supponit quintum: **Cave, ne declines** 21
**ad iniquitatem**, i n i q u i t a t e m vocat hic
hypocrisim, quia dicit Augustinus[1], quod
simulata aequitas non est aequitas, sed
duplex iniquitas. Mt VII, (15): ‚Atten-
dite a falsis prophetis, qui veniunt ad
vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem
sunt lupes rapaces.‘ **hanc enim coepisti
sequi post miseriam** inflictam tibi, sc. ex-
cusas etiam post miseriam iniquitatem.

[a] est *om. B, add. ex ETFM.* [b] impietatibus, quas *EFM.*
[c] iustitiam meam, vivet *FM.* [d] iustificatis . . . aufertis *E.* [e] dico *FM.*

[1] *Cf. Aug., Enarr. in Ps. 63, 11, 7; Migne 36, 765.*

Ps (CXL, 4): ‚Non declines cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis.‘

22 **Ecce Deus.**

Hic incipit arguere ex divinis altitudinem Dei ostendentibus, et dividitur in partes duas. In quarum prima incomprehensibilem ostendit Deum in se ipso, in secunda mirabilem in effectibus et gubernatione ibi (XXXVI, 27): *Qui aufert stillas pluviae.*

In prima duo sunt. Ostendit enim Deum incomprehensibilem natura et incomprehensibilem aeternitate ibi (XXXVI, 26): *Numerus annorum.* Adhuc in priori duo sunt, sc. quod incomprehensibilis natura potestate et iustitia, et secundo concludit scientiam nostram ibi (XXXVI, 24): *Memento, quod ignores.*

Et hoc est: **Ecce enim excelsus Deus,** in natura supple. Excelsum dicitur altum
M 104d in nullo inferiorum inclusum | vel commixtum, et sic est Deus, propter hoc solus excelsus est. Ps (CXII, 5): ‚Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat.‘
E 48a Lc II, (14): ‚Gloria in excelsis Deo.‘ | Is LVII, (15): ‚Haec dicit Dominus, excelsus et sublimis, habitans aeternitatem, et sanctum nomen eius in excelso et in sancto habitans.‘ Aristoteles[1] in libro de Causis: Primum regit res omnes, praeterquam quod commisceatur cum eis. **in fortitudine sua**, hoc est in potestate sua; nihil enim est, quod non possit, et[a] nihil est, quod ei resistere possit, et plus potest quam cogitari possit[a]. Iob IX, (19): ‚Si fortitudo quaeritur, robustissimus est.‘ Nm XXIII, (22): ‚Cuius fortitudo sicut rhinocerontis.‘ **et nullus ei similis in legislatoribus.** Huius causa est, quia, sicut dicit Plato[2], leges hominum omnes ex causa mali sunt, non enim nisi propter
T 63a malos | inventae sunt et sancitae, et ideo imperfectae sunt ad regulandam vitam et frequenter iniquae sunt; iustae tamen, quia ad terrorem sunt, et non sunt confirmatae nisi virtute coactiva, quia ligant ad poenas, frequenter etiam tyrannorum sunt magis quam regum. Is X, (1 2): ‚Vae, qui condunt leges iniquas, et scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, et vim facerent causae humilium populi mei.‘ Lex autem Domini regula vitae est, ad beatitudinis finem, bonis ex bono data non coactiva virtute, sed sua honestate trahens desiderium hominis. Eccli XLV, (6): ‚Dedit
| illi cor ad praecepta, et legem vitae et B 70b
disci|plinae.‘ Is VIII, (16): ‚Liga testi- F 52b
monium, signa legem in disciplinis meis.‘ Ps (XVIII, 8): ‚Lex Domini irreprehensibilis convertens animas.‘ Sic ergo natura, potestate et iustitia excelsus est.

Et quia natura excelsus et potestate:
**Quis poterit scrutari vias eius?** Hoc 23
est effectus | eius ducentes ad ipsum, ut M 105a
ex eis sciat eum scientia, quid est. Ps (LXXVI, 20): ‚Vestigia Tua non cognoscentur.‘ Iob XI, (7) ironice dicitur: ‚Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum Omnipotentem reperies?‘ Et quia supple excelsus est in iustitia: **aut quis audet ei dicere**, tamquam opera sua reprehendens: **Operatus es iniquitatem?** Iob IX, (12): ‚Quis dicere potest: Cur ita facis?‘ Rom IX, (20 21): ‚O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? An non habet potestatem figulus luti?‘ Iob XXXIV, (10): ‚Absit a Deo impietas, et ab Omnipotente iniquitas.‘

Ex his concludit, quod incomprehensibilis est, et hoc est: **Memento,** supple 24
ergo, **quod ignores opus eius**, quia, si opus scimus secundum substantiam, nescimus tamen, in quantum eius est, ut ex ipso opere scire possimus, quid est; et hoc est ideo, quia effectus suus non convertitur cum ipso, sicut causa per se convertitur cum effectu per se. Et vult ex hoc, quod male reprehenderit opus Dei, quo punivit Iob, quia iustitiam Dei cognoscere non potuit. Gregorius[3]: ‚Est

[a] et . . . possit *om. E.*

[1] *Lib. de Causis 19 (ed. Bardenhewer, Frib. 1882 p. 181).*
[2] *Cf. Plato, Polit. 294 b (Bipont. 1784 VI 82).*
[3] *Greg., Mor. 27, 3, 5; Migne 76, 401.*

ac si dicat: cuius scrutari actio non potest, quo pacto reprehendi potest? Nemo enim bene iudicat, quod ignorat.‘

Et subdit rationem, quare ignoratur opus: **de quo**, hoc est de cuius opere et potentia, **cecinerunt viri.** Viros vocat vates, qui poetice primo carminibus cecinerunt quaedam divina. Dicit enim Aristoteles [1], quod primi philosophantes Hesiodistae fuerunt, qui poetice theologizantes quaedam de Deo cecinerunt, et omnes in materiae speciem se transtulerunt, mira quaedam in fabulis componentes et ad philosophiam referentes. Aristoteles[a] in primo Metaphysicorum [2]: Fabula componitur ex miris, et secundum philosophiam multa mentiuntur cantantes[a].

Et generalem rationem horum subiungit,
25 et suppletur, quia **Omnes homines vident eum**, hoc est, in effectibus suis, quia est,
M 105b cognoscunt. Sap | XIII, (5): ‚A magnitudine speciei creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri.‘ Rom I, (20): ‚Invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.‘ **unusquisque intuetur procul**, ex creaturis enim non cognoscitur, nisi quia est, et quid non est, et quid est infinite. Gregorius [3]:
T 63b Omnis | homo ex hoc ipso, quod est rationabilis conditus, debet ex ratione colligere eum, qui se condidit, Deum esse. *Procul autem eum intueri* est iam non illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare.

26 Et infert conclusionem: **Ecce, Deus magnus**, essentia sc., potestate et iustitia, **vincens scientiam nostram**, comprehensionis sc. Ps (CXXXVIII, 6): ‚Mirabilis
B 70c facta est scientia Tua ex me: confortata |
E 48b est, et non potero ad eam.‘ Et | subdit de aeternitate: **numerus annorum eius**, hoc est indeficientis aeternitatis eius ad annos omnium temporum et excellentis eos, **inaestimabilis**, quia in infinitum excellit. Ps (CI, 28): ‚Tu autem idem ipse es, et anni Tui non deficient.‘

Et subdit, quam mirabilis est in effectu, et dividitur in partes duas.

Primo enim quosdam ostendit effectus, ex quibus mirabilis probatur; secundo agoniam ponit admirantis et adiungit effectus adhuc terribiliores infra sc. (XXXVII, 1) ibi: *Super hoc expavit cor meum.*

In prima tres ponit: coniunctiones oppositorum effectuum sc. siccitatis et humiditatis, obscuritatis et illustrationis, felicitatis et infelicitatis.

Et hoc est: **Qui aufert**, supple aliquando 27
**stillas**[b] **pluviae** et supple, intolerabilem inducit siccitatem. Gregorius [4] legit stellas[c], quamvis in Hebraeo sit stillas[b], et tunc sensus est, quod stellas, quae sunt causae humoris sicut Pleiades et Hyades, aufert quoad hoc, quod humorem causare non possunt. Ir III, (3): ‚Serotinus imber non fuit.‘ Ir XIV, (1): ‚Quod factum est
verbum Domini de sermonibus | siccitatis.‘ M 105c
**et**, supple per oppositum aliquando, **effundit imbres**, copiose sc., **ad instar gurgitum.** Gn VII, (11 12): ‚Rupti sunt om-
nes | fontes abyssi magnae, et cataractae F 52c
caeli apertae sunt; et facta est pluvia
super terram.‘ **qui**, sc. gurgites, **de nubi-** 28
**bus fluunt**, resolutis sc. in aquam. Iob XXXVIII, (34): ‚Numquid elevabis vocem tuam in nebulam, et impetus aquarum operiet te?‘ **quae**, sc. nubes, **praetexerunt cuncta desuper**, ut undique sc. pluere[d] possint; haec duo diluvia ignis sc. sive siccitatis et aquae ponit Plato [5] in Timaeo et Ovidius [6] diluvium ignis narrans in fabula Phaëtontis [6], et diluvium aquae in fabula Pyrrhae [7] et Deucalionis.

[a] Aristoteles . . . cantantes *om. FM.* [b] stellas *FM.* [c] stillas *FM.*
[d] fluere *FM.*

[1] *Cf. Arist., Metaph. 2, 4, 12 (II 495) et Alb., Metaph. 1, 3, 4 necnon 3, 2, 10 (VI 45 et 157).*
[2] *Arist., Metaph. 1, 2, 8 (II 470).* [3] *Greg., Mor. 27, 5, 8; Migne 76, 403.*
[4] *Greg., Mor. 27, 8, 12; Migne 76, 405.*
[5] *Cf. Plato, Tim. 22 C (Bipont. 1789 IX 291); cf. col. 184 annot. 6.*
[6] *Cf. Ovid., Metamorph. 1, 253 sqq (Argent. 1807 II 25).* [7] *ib. 1, 313 sqq (ib. II 27).*

Et subdit de effectibus obscuritatis et
29 illustrationis[a]: **Si voluerit extendere nu-
bes**[b], ut sc. operiant luminaria caeli, ne ter-
ram illustrent. Is XIII, (10): ‚Stellae caeli
et splendor earum non expandent lumen
suum; obtenebratus est sol in ortu suo,
et luna non splendebit in lumine suo.‘
30 **et**, supple per oppositum, **fulgurare lumine
suo desuper**, et omnia sc. ad siccitatem
deducere et coruscationibus incendere.
Ps (LXXV, 5): ‚Illuminans Tu mira-
biliter a montibus aeternis.‘ **cardines
quoque maris operiet**; cardines maris
dicuntur litora, intra quae amphitrites
cingit terram, ad quae pluviae descen-
T 63c dentes deducuntur, ut tota terra foe|cun-
detur et undique fructus proferat. Ps
B 70d (LXIV, 10): ‚Visi|tasti terram et inebriasti
eam: multiplicasti locupletare eam.‘ Et
post pauca (Ps LXIV, 11): ‚Rivos eius
inebria, multiplica genimina eius.‘ De
fulgure autem in alio Ps (CXLIII, 6):
‚Fulgura coruscationes et dissipabit eos.‘
Item in alio Ps (XVII, 13): ‚Prae fulgure
in conspectu eius nubes transierunt, grando
31 et carbones ignis.‘ **Per haec enim iudicat
populos**, iudicio sc. discretionis, quia pluit
super unum et super alium non. Am IV,
(7): ‚Prohibui a vobis imbrem, cum adhuc
M 105d tres menses super|essent usque ad messem,
et plui super unam civitatem, et super
alteram civitatem non plui: pars una com-
pluta est, et pars altera, super quam
non plui, aruit.‘ **et dat escas multis
mortalibus.** Is LV, (10): ‚Descendit imber,
et nix de caelo, et illuc ultra non re-
vertitur, sed inebriat terram, et infundit
eam, et germinare eam facit, et dat
semen serenti, et panem manducanti.‘

Et subdit de effectibus felicitatis et
infelicitatis, secundum quod eufortunium et
infortunium, felicitas et infelicitas dicuntur,
32 et hoc est: **Immanibus**[c] **abscondit lucem**;
immanes dicuntur, qui metas naturae,
rationis et iustitiae positivae transcendunt
tyrannide sua, quibus absconditur lux
gratiae et prosperitatis propter peccata
eorum. Bar III, (26 27): ‚Ibi fuerunt
gigantes nominati illi, qui ab initio
fuerunt, statura magna, scientes bellum.
Non hos elegit Dominus, nec viam dis-
ciplinae invenerunt; propterea perierunt.‘
Occulte autem notat beatum Iob, quod
propter[d] immanitatem lucem gratiae[e] per-
diderit, **et praecipit ei**, sc. luci, **ut rursus
adveniat**, supple poenitenti et emendato.
Is LVIII, (10): ‚Orietur in tenebris lux
tua, | et tenebrae tuae erunt sicut meri- E 48c
dies.‘ Mich VII, (9): ‚Educet me in lucem,
videbo iustitiam eius.‘ Et ne dubitetur
de hoc, subdit: **Annuntiat de ea**, sc. 33
luce, **amico suo**, studioso sc. et sancto,
**quod possessio eius sit.** Sap XVIII, (1):
‚Sanctis autem Tuis maxima erat lux.‘
Ps (LXXXVIII, 16): ‚In lumine vultus
Tui ambulabunt.‘ **et ad eam**, sc. lucem
possidendam, **possit ascendere**, a tenebris
sc. I. Petr II, (9): ‚Qui de tenebris vos
vocavit in admirabile lumen suum.‘

## CAPITULUM XXXVII.

**Super hoc expavit cor meum.** 1

ENUMERATIS effectibus procedentibus
a mirabili potentia et sapientia tangit
motum cordis secundum | admirationem M 106a
in istis et maxime secundum quod re-
ducuntur haec in Deum, qui ut potens hoc
facit, ut sapiens ordinat et ut omnium
creaturarum dux optimus unumquodque
conducit ad bonum universi et ad per-
fectionem. Dicit enim Aristoteles[1], quod
bonum universi in primo motore est sive
in prima causa, sicut bonum exercitus in
duce. Et hoc est:

**Super hoc**, hoc est super his effectibus
consideratis, **expavit cor meum**, exstasi
sc. admirationis. Expavescit | enim cor B 71a
et movetur | secundum systolem[2] in con- F 52d

[a] illuminationis *FM*. [b] **quasi tentatorium suum** *om. CC*.
[c] **in manibus** *Vulgata; cf. Greg., Mor. 27, 13, 24; Migne 76, 412*.
[d] suam *add. FM*. [e] et prosperitatem *add. FM*.

[1] *Cf. Arist., Metaph. 11, 10, 1 (II 609).* [2] *Cf. Alb., De animal. 20, 2, 3 (XII 333).*

sideratione alti. Iob XXI, (6): ‚Ego,
T 63d quando recordatus fuero, pertimes|co,
et concutit carnem meam tremor‘ [a]. **et
emotum est de loco suo**, naturale enim
est, quod, quando cor resilit in se ipsum
a magnitudine considerata, quod paulatim
redit considerare illud magnum, et hoc
vocat motum de loco suo, quando
paulatim cor resumit vires et inquirit de
alto, quod consideravit. Et hoc est, quod
dicit Ps (LXXXIII, 6 7): ‚Ascensiones in
corde suo disposuit, in valle lacrimarum, in
loco, quem posuit.‘ Et iterum (Ps LXIII,
7 8): ‚Accedet homo ad cor altum, et ex-
altabitur Deus.‘

Et addit alios effectus primis adhuc
mirabiliores, et dividitur in tria; primo
ponit effectus in generatis in alto; se-
cundo ostendit, qualiter in [b] his distinguit
opera hominum et bestiarum; tertio osten-
dit, qualiter [b] incomprehensibilis est Deus
in omnibus his, factor omnium istorum;
secunda incipit ibi (XXXVII, 7): *Qui in
manu omnium*, tertia ibi (XXXVII, 14):
*Ausculta haec, Iob.*

In prima dicit duo, sc. miraculum Dei
in generatis in alto ex vapore sicco et
miraculum Dei in generatis in alto ex
vapore humido ibi (XXXVII, 6): *Qui prae-
cipit nivi.*

In prima duo sunt, sc. praemissa et
2 conclusio. Et hoc est: **Audiet**, cor meum
supple, **auditionem eius**, quae eius est,
sicut primi efficientis, **in terrore vocis
M 106b eius.** Vox enim dicitur, | quia praecepto
eius omnia ista producuntur, et hoc est,
quod sequitur: **et sonum**, supple tonitrui,
**de ore eius procedentem**, imperio enim
eius procedit et producitur, quia omne,
quod fit, in exercitu procedit ab ore ducis.
Ps (LXXVI, 19): ‚Vox tonitrui Tui Deus [c]
in rota.‘ Eccli XLIII, (18): ‚Vox tonitrui
eius verberavit terram.‘ Omnia enim haec
a Deo ordinantur. Iob XXXVIII, (25):
‚Quis dedit vehementissimo imbri cursum,
et viam sonantis tonitrui?‘ Ps (XVII,
14): ‚Intonuit de caelo Dominus, et Al-
tissimus dedit vocem suam.‘

Qualiter autem haec a Deo in caelo et
in terra sint, subdit: **Super omnes caelos** 3
**ipse considerat**, ordinando sc. motum
caelorum ad proprios effectus et impres-
siones, quas imprimunt in totam sphaeram
activorum et passivorum. Eccli XXIV,
(8): ‚Gyrum caeli circuivi sola.‘ **et lumen
illius**, Dei sc. imperantis, quod ministrat
per stellas, **per terminos terrae**, supple
est, et vocat terminos distinctiones
climatum, quae per quantitatem luminis
secundum latitudinem ab aequinoctiali ac-
ceptam distinguuntur, secundum quod
longior fit dies vel brevior. Is XXIV,
(16): ‚A finibus terrae laudes audivimus,
gloriam iusti.‘ Et in omnibus his supple
**Post eum**, sicut post ducem universi, **rugiet** 4
**sonitus** vel oboedientium creaturarum vel
tonitrui. Ps (XVIII, 5): ‚In omnem terram
exivit sonus eorum.‘ | Et supple quia **tona-** B 71b
**bit voce magnitudinis suae**, super uni-
versum sc. sicut dux exercitus super ex-
ercitum. Mt VIII, (27): | ‚Qualis est hic, E 48d
quia ventis imperat et mari, et oboediunt
ei?‘ Istum clamorem exprimunt Seraphim,
Is VI, (3): ‚Sanctus, sanctus, sanctus,
Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis
terra gloria Tua.‘ Sabaoth enim exerci-
tuum est, eo quod imperium suum per
creaturas universi est, sicut ducis ex-
ercitus super exercitum, **et non investiga-
bitur**, quantum | ad causas primas et al- M 106c
tissimas sapientiae Dei, licet, quantum
ad causas proximas, investigata sint vani-
tate philosophorum, **cum**, hoc est quamvis,
**audita fuerit vox** | **eius.** Io III, (8): ‚Vocem T 64a
eius audis, et nescis, unde veniat, aut
quo vadat.‘ Supple quia **Tonabit Deus in** 5
**voce sua** magna, omnes sc. creaturas pene-
trante, **mirabiliter**, hoc est ex admirabili
altitudine sapientiae suae. Ex XIX, (16):
‚Ecce coeperunt audiri tonitrua, ac micare
fulgura.‘ Et post pauca (Ex XIX, 16): ‚Clan-
gor buccinae vehementius perstrepebat.‘
Et infra (Ex XIX, 18): ‚Sonitus buccinae
paulatim crescebat et prolixius tendebatur.‘

Ex omnibus his concludit et suppletur,
ergo ipse est: **qui facit magna et in-**

[a] timor *FM*. [b] in . . . qualiter *om. E*. [c] *om. EFM*.

**scrutabilia,** magna in se, inscrutabilia
quantum ad altissimas causas sapientiae.
Et subdit de generatis in alto ex va-
pore humido, primo de conversis et con-
6 gelatis: **qui praecipit nivi,** supple, ut in
sublimi generetur et sic, **ut descendat.**
Eccli XLIII, (14): ‚Imperio suo acceleravit
nivem.‘ Ps (CXLVII, 16): ‚Spargit[a] nivem
sicut lanam,‘ raro enim cadit sicut lana
F 53a carminata, | et hoc est signum, quod ex
calido vapore simul et convertitur et
congelatur. **super terram,** ut sc. terram
infundat ad germinandum. Is LV, (10):
‚Quomodo descendit imber, et nix de
caelo, et illuc ultra non revertitur, sed
inebriat terram, et infundit eam, et ger-
minare eam facit.‘ **et hiemis pluviis,**
supple praecipit, et dicuntur pluviae
hiemis, quia in hieme, quando sol tem-
peratus est, et sufficit elevare vapores
et non consumere, plus descendunt, **et**
**imbribus fortitudinis suae.** Imber dici-
tur pluvia cum impetu veniens et multum
M 106d humectans, et hoc notat[b] | fortitudinis
suae, unde Ct II, (11): ‚Iam enim hiems
transiit, imber abiit et recessit.‘
Et subdit, qualiter per hoc distinguit
operationes hominum et bestiarum, et
7 hoc est: **qui in manu omnium hominum**
**signat,** hoc est, ut super signa caeli co-
gnoscant, **ut noverint singuli opera sua,**
hoc est, quid quo tempore faciendum sit.
Alia enim facienda sunt in vere, alia in
aestate, alia in autumno, alia in hieme.
Unde Dominus quibusdam improperans
dicit, Lc XII, (54—56): ‚Cum videritis
nubem orientem ab occasu, statim dicitis:
Nimbus[c] venit: et ita fit; et cum austrum
B 71c flantem, | dicitis: Quia aestus erit; et fit.
Hypocritae, faciem caeli et terrae nostis
probare: hoc autem tempus quomodo non
probatis?‘
Et non tantum in hominibus, sed etiam
8 in bestiis. Et hoc est: **Ingredietur,** supple
tempore suo frigido sc., quando generatur
fleuma[1], **bestia latibulum** suum, quae-
cunque sc. est frigidae complexionis, fri-
gidi et viscosi nutrimenti, spissae pellis,
parvi caloris digestivi, ut serpens, rana,
ciconia, hirundo, glis, coturnix et quae-
dam alia, haec enim viscosos multos hu-
mores circa locum digestionis contrahunt,
et nisi ad tempus iaceant et dormiant
sc. in tempore generationis fleumatis, ut
in hieme calor digestionis in eis suffo-
caretur, et morerentur. In somno enim
calor confortatur et humidum viscosum
subtiliatur, ut membra nutrire possit.
Et hoc est, quod sequitur: **et in antro**
**suo morabitur.** Ir VIII, (7): ‚Milvus in
caelo cognovit tempus suum: tur|tur et T 64b
hirundo custodierunt tempus adventus sui:
populus autem meus non cognovit iudicium
Domini.‘ Et ita est de quolibet animali,
quod tempore[d] digestionis colligitur ad
antrum. Ps (CIII, 22): | ‚Ortus est sol, M 107a
et con|gregati sunt, et in cubilibus suis E 49a
collocabuntur.‘
Et subdit, qualiter plagis caeli ita[e]
distinguit, dans horum distinctionem et
utilitatem; et hoc est: **Ab interioribus** 9
**egredietur tempestas.** Interiora vocat,
quae sunt circa antarcticum polum, quia
ille polus regitur nobis, et ab illo nubes
ascendentes tempestuosae sunt et flant
motum involutionis. Is XXI, (1): ‚Sicut
turbines ab africo veniunt, de deserto
venit.‘ Iob I, (19): ‚Ventus vehemens
irruit a regione deserti et excussit quatuor
angulos domus.‘ Regio enim deserti versus
meridiem est. **et ab Arcturo frigus,** hoc
est a polo arctico. Eccli XLIII, (22):
‚Frigidus ventus aquilo flavit, et con-
gelavit crystallus ab aqua.‘ Iob IX, (9):
‚Qui facit Arcturum et Orionas et Hyadas
et interiora Austri.‘
Et quia hoc ventis perficit et vaporibus,
subdit: **Flante Deo,** supple ab Arcturo, 10
**concrescit gelu** in glacie et nivibus. Eccli
XLIII, (21): ‚Gelu sicut salem effundit
super terram.‘ Ps (CXLVII, 17): ‚Mittit
crystallum suam sicut buccellas: ante fa-

[a] Dat *FM.* [b] vocat *FM.* [c] imber *FM.* [d] dormitionis et *add. TEFM.*
[e] ista *TEFM.*

[1] *Cf. Du Cange (Paris. 1843 III 322); Alb., De animalibus 3, 2, 3 (XI 234):* phlegma.

ciem frigoris eius quis sustinebit?‘ **et rursum**, supple flante austro ab interioribus, **latissimae funduntur aquae**, auster enim conducit aquas et aperit terram et evocat eam et germinare eam facit. Ps (CXLVII, 18): ‚Flabit spiritus eius, et fluent aquae.‘ Ct IV, (16): ‚Surge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum, et fluant aromata illius.‘

11 Et subdit de utilitatibus horum: **Frumentum desiderat nubes**, frumentum hic dicitur omne ad fructum hominum
B 71d ordina|tum, a fruor frueris dictum; hoc est, nubes desiderat, ut umbra nubium a caumate solis protegatur et humore nubium irrigetur pluvia matutina et pluvia serotina. Os VI, (3): ‚Veniet nobis tamquam[a] imber matutinus et serotinus terrae.‘ **et nubes spargunt lumen suum**, hoc est beneficium in elevatione lumine stellarum
M 107b conceptum. | Cum enim elevantur nubes, virtutes stellarum per nubes influuntur eis et beneficio illarum virtutum fiunt
F 53b germinativa, et idcirco | moventur circa terram. Aqua enim, cum sit frigida et humida, de se virtutem germinandi non habet, sed a stellis eam concipit. Eccli XLIII, (24): ‚Medicina omnium in festinatione nebulae.‘

12 Et hoc est, quod sequitur: **quae lustrant** cuncta **per circuitum**, ut sc. undique foecundent. Is XLV, (8): ‚Rorate caeli desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet salvatorem.‘ **quocunque eas**, sc. nubes, **voluntas gubernantis**, Dei sc. et omnia ordinantis, **duxerit**, unde de quibusdam dicitur, Is V, (6): ‚Mandabo nubibus Meis, ne pluant super eam imbrem.‘ Iob XI, (10): ‚Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?‘

Et hoc per singula explanans subdit: **ad omne, quod praecipit illis**, nubibus sc.
T 64c | Ps (CXLVIII, 5 6): ‚Ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt. Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: praeceptum posuit, et non praeteribit.‘ **super faciem orbis terrarum**, in communi supple faciunt nubes praeceptum
eius, **sive in una tribu**, hoc est una gente 13
distinctae, **sive in terra sua**, hoc est uno climate, **sive in quocunque loco misericordiae suae**, hoc est, cuicunque loco per misericordiam suam beneficium nubium impendere vult, **iusserit eas**, sc. nubes, **inveniri**, hoc notatur in Ps (LXVII, 10): ‚Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hereditati Tuae,‘ hoc est, segregatum dabis. Am IV, (7): ‚Plui super unam civitatem, et super alteram non plui.‘

**Ausculta haec, Iob.** 14

Hic monet ad dictorum attentionem[b] tria dicens: Primo enim in communi dicit, quod attendantur dicta, secundo quae potissime attendantur ibi (XXXVII, 15): *Numquid scis;* tertio concludit, quod incomprehensibilis et inenarrabilis est
auctor istorum | ibi (XXXVII, 19): *Ostende nobis.* M 107c

Et hoc est: **Ausculta haec, Iob**, aure sc. intenta. Ps (XLIV, 11): ‚Inclina aurem Tuam, et obliviscere populum Tuum, et domum patris Tui.‘ Ct VIII, (13): ‚Quae habitas in hortis, amici auscultant.‘ **sta**, corde sc. meditando in eodem, ut diligen-
tius examines et non perfunctorie trans|eas. E 49b
Ir VI, (16): ‚State super vias nostras, et videte, quae sit via bona.‘ **et con-
siderа**, antecedentia sc. | et consequen- B 72a
tia, concomitantia, repugnantia et signa. Mt XXIV[c][1]: ‚Respicite, et levate capita vestra.‘ Bar IV, (36): ‚Circumspice, Ierusalem, ad orientem, et vide iucunditatem a Deo tibi venientem.‘ **mirabilia Dei**, omnia enim haec sunt alta et mirabilia. Ps (XCII, 4 5): ‚Mirabilis in altis Dominus. Testimonia Tua credibilia facta sunt nimis.‘

Et tangit, quae potissimum consideret, et sunt quatuor per ordinem.

Primum in generatis ex vapore humido, secundo in motu illorum, tertium in generatis ex vapore sicco, quartum in causa instrumentali horum trium. Et hoc est:

[a] quasi *E.* [b] intentionem *B correxi ex TEFM.* [c] XXIII *E.*

[1] *Lc 21, 28.*

15 **Numquid scis**, hoc est, scire poteris. Sap IX, (17): ‚Sensum Tuum quis sciet, nisi Tu dederis sapientiam, et miseris spiritum sanctum Tuum de altissimis?‘ **quando**, sc. in aeternitate, **praecepit Deus pluviis**, hoc est generationibus pluviarum, ut opportuno tempore fierent. Ps (XXXII, 9): ‚Ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt.‘ **ut ostenderet** per effectum[a] **lucem nubium eius?** hoc est beneficium lucis stellarum in nubibus conceptum, sic enim ordo caeli ponitur in terra in loco generationis. Iob XXXVIII, (33): ‚Numquid nosti ordinem caeli, et rationem eius pones in terra?‘

16 Et subdit de motu: **Numquid nosti semitas nubium**, quibus sc. viis conceptum beneficium generatis infundant, **magnas et perfectas scientias?** magnas in scito,
M 107d | perfectas in ratione sciendi, quasi dicat, non potes scire, secundum quod ista ad altissimas causas sapientiae Dei reducuntur. Ps (CXXXVIII, 16): ‚Imperfectum meum viderunt oculi Tui.‘ Ex omnibus enim his non scimus, nisi quia est Deus; qua autem arte et quanta sapientia ista disposuerit, ad plenum non investigamus.

T 64d Et subdit | tertio de generatis ex vapore
17 sicco: **Nonne vestimenta tua calida sunt** in exterioribus calentia, **cum perflata fuerit terra austro?** quasi dicat, sic; cum tamen, supple australis pars caeli, nec calido sit nec frigido disposita; austrini enim flatus calidi sunt et humidi terram aperientes et evocantes[b] et corpora spirare facientes et pluvias adducentes. Hab III, (3): ‚Deus ab austro veniet.‘ Et loquitur
F 53c de virtute divina, Ct | IV, (16): ‚Surge, aquilo, et veni, auster.‘

Et ponit quarto[c] de hoc, quod est instrumentalis causa omnium trium, et
18 est irrisio ironica: **Tu forsitan cum eo**, hoc est cum Deo, **fabricatus es**, hoc est, fabricasti, **caelos**, per quos sc. sicut per instrumentum facit omnia haec, **qui**, sc. caeli, **solidissimi** incorruptibilitate **quasi aere**, hoc est quasi ex aere, **fundati**[d] **sunt**, ad permanendum sc. in motu perpetuo, quasi dicat, non fecisti, et dicit, ex aere, quia | aes productibile est et extensivum B 72b
sicut caelum. Ps (CIII, 2): ‚Extendens caelum sicut pellem.‘ Quod autem in perpetuum moveantur et ista causent, dicitur in Ps (CXVIII, 89): ‚In aeternum, Domine, permanet verbum Tuum in caelo.‘ Ex aere etiam dicit, quia mirabili resonantia narrant gloriam Dei, sicut dicitur in Ps (XVIII, 2): ‚Caeli enarrant gloriam Dei.‘

Ex his ostendit Deum incomprehensibilem et ironice subdit: **Ostende nobis,** 19
**quid dicamus?** de Deo sc., de quo nihil dicibile est. Philosophus in libro de Causis XXI[a] propositione[1]: ‚Causa prima super omne | nomen est, quo nominatur, M 108a
quoniam non pertinet ei diminutio.‘ Gn XXXII, (29): ‚Cur quaeris nomen meum?‘ Quod est mirabile. Quod[e] exponens Dionysius[2] dicit, quod hoc, quod dicit, quod est mirabile[e], increpatio est quaerentis nomen eius, qui secundum se innominabilis est. **Nos quippe involvimur tenebris**, quia ex reverberatione incircumscriptae lucis oculus nostri intellectus involvitur tenebris, sicut oculus corporis aspiciens lucem in rota solis. Hoc significatur Ex XX, (21) et Ex XXXIV, (33), ubi dicitur Moyses ingressus ad Dominum in caliginem, quae caligo nihil aliud fuit, nisi reverberatio intellectus Moysi ab incircumscripta luce praesentiae Dei, et hoc est, quod dicit Dionysius[3] de mystica theologia in epistola, quam scribit Caio monacho: ‚Tenebrae occultantur lumine, | et E 49c
magis multo lumine: ignorantiam occultant cogitationes, et magis multae cogitationes.‘ Hoc est, occultum tenebrarum

[a] sc. *add. FM.* [b] evaporantes *FM.* [c] quartum *FM.* [d] fidati *F*, fusi *M.*
[e] Quod . . . mirabile *om. E.*

[1] *Liber de Causis 21 (ed. Bardenhewer, Frib. 1882, p. 183).*
[2] *Dion., De div. nom. 1, 6; Migne 3, 595.*
[3] *Dion., Ep. Caio Mon. 1; Migne 3, 1066 (opp. Alb. XIV 867).*

significat lumen magis multum, hoc est improportionale, et ignorantia significat magis multam cogitationem, hoc est improportionalem, cuius sc. cognoscibile non est proportionatum intellectui nostro. Ps (XVII, 12): ‚Posuit tenebras latibulum suum.‘

Et convertit sermonem ad assistentes:
20 **Quis narrabit ei**, hoc est: quis narrare potest ei, Iob sc., **quae loquor?** et est cum despectu et irrisione legendum, ac si diceret: Quis esset ille stultus et praesumptuosus, qui de hoc se intromitteret. Sap XVII, (1): ‚Magna enim sunt iudicia Tua, Domine, et inenarrabilia verba Tua.‘ Unde subdit: **Etiam si locutus fuerit homo**, hoc est, aliquid loqui praesumpserit vel
T 65a incoeperit, **devorabitur**, hoc | est, voragine tenebrarum et profunditatis absorbetur. Hoc significatum est Gn XV, (12), ubi, cum Dominus iuxta sacrificium Abrahae ap-
M 108b pareret, apparuit ei, cum | sol occubuisset[a], et tunc pavor[b] irruit super Abraham et
B 72c horror | maximus et tenebrosus invasit eum. Philosophus[1] liber I. de Causis propositione V.: ‚Causa prima superior est narratione, et non deficiunt linguae a narratione eius, nisi propter narrationem esse eius.‘

Et ideo subdit ex hoc, quod nullus enarrare poterit, neque homo neque an-
21 gelus: **At**, hoc est, sed **nunc**, supple in hac vita, homines sc., **non vident lucem**, per speciem sc., et ideo nunc nullo modo potest enarrari. Ex XXXIII, (20): ‚Non videbit Me homo, et vivet.‘ Dn X, (16): ‚In visione tua solutae sunt compages meae, et nihil in me remansit virium.‘

Per effectus tamen et vestigia cognoscitur aliquid de ipso, et ideo subdit: **subito aer cogetur in nubes**, hoc est, vapor in forma aeris constringitur in formam nubis et spissitudinem, et in hoc cognoscitur sapientia et virtus Dei. Ps (LXVII, 35): ‚Magnificentia eius et virtus eius in nubibus.‘ **et ventus transiens**, flatu sc. in nubes, **fugabit eas**, ut sc. in locis opportunis beneficium faciant[c] irrigationis. Ps (CXXXIV, 7): ‚Qui producit ventos de thesauris suis.‘

Ex his quasi infert et suppletur sicut
**Ab** | **aquilone aurum veniet**, aurum inter 22
alia metalla melioris est digestionis et F 53d
melioris commixtionis. Ad hoc autem exigitur, ut frigus extrinsecum circumstans ad interiora viscerum terrae reprimat calorem mineralem, ut fortis sit ad digerendum materiam metalli, et ideo in aquilone, ubi frigus circumstat, melius aurum generatur, et hoc est etiam causa, quare in arenulis fluviorum frigidorum saepius generatur aurum; frigus enim aquae calidum repellit in profundum, ut melius digerat materiam et puriorem faciat. Gn II, (11 12) dicitur, quod Phison, qui turbidus fluvius est, circuit omnem regionem | Hevilath[d], quae ad aquilonem est, M 108c
ubi nascitur aurum, et aurum terrae illius optimum est. **Et** sicut supple aurum ab aquilone, ita **a Deo formidolosa laudatio**, supple veniet, formidando enim nominamus et laudamus, quia[e] ex his, quae sub ipso sunt et non ipse, nominamus et laudamus[e]. Is VI, (1): ‚Ea, quae sub ipso erant, replebant templum.‘

Et huius subdit conclusionem: **Digne** 23
**eum invenire non possumus**. Digne invenitur, quod per propria invenitur, et invenitur per scientiam, quid est definite, et hoc modo non invenitur. Is XLV, (15): ‚Vere Tu es Deus absconditus.‘ Et huius subiungit causam: **magnus fortitudine**, in faciendo sc., **et iudicio**, sc. magnus in discernendo unumquodque | per speciem pro- B 72d
priam sc., **et iustitia**, in determinando sc. unicuique finem proprium. Sap XI, (21): ‚Omnia in numero et mensura, pondere disposuisti.‘ Et quod dicitur magnus, in his intelligitur immensus, quia omne cor excedit. Is LIII, (8): ‚Generationem eius, quis enarrabit?‘ Ambrosius[2]: Impossibile est mihi scire generationis se-

[a] post solis occasum *FM.* [b] vapor *B, correxi ex TEFM.* [c] praebeant *FM.*
[d] euilat *CC.* [e] quia . . . laudamus *om. E.*

[1] *Liber de Causis 5 (ed. Bardenhewer, Frib. 1882, p. 168).* [2] *Non inveni.*

cretum, silet vox non mea tantum, sed etiam angelorum, et intelligitur non tantum de generatione filii a patre, sed etiam T 65b de virtu|te generativa, qua omnis res creata producitur ab ipso. Is ult. (LXVI, E 49d 9): ‚Si | Ego, qui aliis generationem tribuo, ipse sterilis ero? dicit Dominus.'

Propter quod dicit Dionysius[1], quod omnis generatio sive in caelo sive in terra est ex patriarchia.

Et hoc est, quod subdit: **et enarrari non potest.** Eccli XLIII, (29): ‚Multa dicimus, et deficimus in verbis; consummatio autem sermonum ipse est.' II. ad Cor III, (5): ‚Non, quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.'

**24** Et hoc est, quod sequitur: **ideo time-**
M 108d **bunt eum viri,** hoc est, | cum timore laudabunt, et vocat viros, quos ante[2] dixit viros cordatos, intellectu sc. virentes et virtute viriles. Ir XVII, (7 8): ‚Beatus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius. Erit enim quasi lignum viride.' Dicit autem: cum timore laudabunt, quia, cum laus omnis virtutis sit, ut dicit Aristoteles[3], cuius virtus perfecte non cognoscitur propter sui excellentiam, cum timore laudatur. **et non audebunt contemplari**, perfecta sc. contemplatione, quae est per speciem et quid est. **omnes, qui sibi videntur,** secundum veritatem sc., **esse sapientes.** Hoc significatur Is VI, (1 2), ubi[a] Seraphim stantia super solium duabus alis faciem eius velabant, per haec significantia, quod non nisi in umbra viderent et non perfecte comprehenderent, quem videbant. Et ideo Iob XXXVI, (25): ‚Omnes homines vident eum, unusquisque intuebitur procul.'

Sic ergo ab Eliu omnes aliorum positiones usque ad particularia deductae sunt. In rhetoricis enim disputationibus, quae sunt ex adiunctis, ex communibus principiis non fit fides, nisi usque ad ultima per circumstantias et signa deducantur. Hoc igitur est determinatio disputationis, et omnes supponunt, quod ex respectu ad inferiora et temporalia merita regimen sit humanae vitae, licet Eliphaz in communi dicat, quod bonis bona et malis mala retribuuntur, Baldach autem addat, quod, si aliquando secus fit, quod bonis sc. fiunt mala et malis bona, quod hoc utrisque recompensatur in praemio retributionis finalis; Sophar | autem licet idem dicat, sed addat hoc, B 73a si secus fit aliquando et raro, quod hoc fit secundum altitudinem consilii et voluntatis divinae, cuius causa non est quaerenda. Haec autem principia communia, quae tres hi supponunt, Eliu coniungit et ad particularia deducit | per circumstan- F 54a tias et adiuncta; Iob autem solus negat hoc[b], | quod respiciendo ad merita homi- M 109a num provideat et gubernet Deus humanam vitam, sed regimen suum dissimile sit omni regimini humano et ad nihil temporale respiciat gubernando vitam humanam. Hanc autem disputationem solus Deus determinare potest, et ideo inducitur ut determinans eam.

## CAPITULUM XXXVIII.

**Respondens autem Dominus Iob.** **1**

HIC inducit[c] iudex quaestionem de regimine humanae vitae determinans. Determinat autem pro beato Iob et contra amicos, sc. quod ad nihil humano|rum operum respiciens providet Deus T 65c humanis et regit humanam vitam, sed regimen suum dissimile est omni regimini humano; et fundatur hoc super quandam propositionem ab omnibus sanctis suppositam, quae est haec, quod nihil temporale potest esse causa aeterni et accipitur Rom IX, (11—13), ubi sic dicit Apostolus: ‚Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei

[a] dicitur quod *add. FM.* [b] et ponit *add. FM.* [c] inducitur *TFM.*

[1] *Cf. Dion., De Cael. Hier. 1, 1; Migne 3, 122 et 130.* [2] *Iob 34, 10.*
[3] *Arist., Eth. Nic. 2, 6, 12 (II 19); cf. Arist., Magn. Mor. 1, 35, 12 (II 156).*

maneret, non ex operibus, sed ex vocante[a] dictum est ei, quia maior serviet minori.‘ Et paulo post (Rom IX, 16): ‚Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.‘ Ex quo[b] accipitur, quod regimen divinum et providentia accepta sunt et non per respectum ad merita humana, bona vel mala, propter quod non recte dixerunt quatuor inducti, sc. Eliphaz, Baldach, Sophar et Eliu, qui supposuerunt regnum divinum esse secundum E 50a | humana merita; sed Iob solus, qui dixit esse dissimile in hoc regnum[c] divinum omni regimini humano, propter quod ista determinatio dividitur in partes duas.

In quarum prima probat, quod in nullo operum providentiae Deus respicit ad temporale; in secunda, hoc probato, determinat, quod Iob recte, alii autem non recte dixerunt infra XLII, (1) ibi: *Respondens autem Iob Domino, dixit.*

M 109b Prima | adhuc in duas dividitur. Primo enim ostendit, quod ad nihil temporale respicit in regimine creationis, dispositionis, ornatus et propagationis naturae; secundo quod ad nihil temporale respicit in regimine operum Satanae. Infra XL, (1) ibi: *Respondens autem Dominus Iob de turbine.*

Adhuc prior in duas dividitur: Primo enim probat, quod dictum est; secundo beatum Iob ad consentiendum inclinat ante finem XXXIX, (31) ibi: *Et adiecit* B 73b *Dominus et lo|cutus est ad Iob.*

Adhuc prior in duas. Primo enim probat hoc, quod dictum est in operibus creationis, dispositionis et ornatus; secundo probat idem in operibus propagationis ibi (XXXVIII, 36): *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam.*

Adhuc prior dividitur in tres: Primo enim inducit dispositionis opus terrae, secundum quod locus generationis est; secundo inducit opus dispositionis aquae ibi (XXXVIII, 8): *Quis conclusit ostiis;* tertio inducit opus dispositionis generatorum in terra et generatorum in aqua et causantium hoc in caelo ibi (XXXVIII, 12): *Numquid post ortum tuum praecepisti diluculo.*

In prima duo sunt: Determinatio ad hominem et determinatio ad orationem ibi (XXXVIII, 4): *Ubi eras.* Iudicis enim officium est primo increpare male allegantem, et postea probare et ostendere veritatem. Increpans autem allegantem primo utitur transitu more rhetorico. Transit enim ab auditu allegationum ad determinationem.

Et hoc est: **Respondens autem Dominus Iob**, hoc est pro Iob allegatis et allegantibus, **de turbine**, hoc[d] est de conflictu huius disputationis, ne in errore[d] sc. manerent, **dixit.** Is XIX, (14) de hoc turbine dicitur: ‚Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, et errare fecerunt Aegyptum | in omni opere suo.‘ Ps (CVI, T 65d 40): ‚Effusa est contentio super principes, et errare fecit eos in invio et non in via.‘

Ut ergo illum errorem exterminet, arguit iniuste allegantem, et respondet pro Iob. Is XXXVIII, (14): ‚Domine, vim patior, responde pro me!‘ **Quis est iste,** sc. Eliu, cum | despectu legendum est, sicut M 109c est ibi Ir XLIX, (19): ‚Quis est iste pastor et rusticus?‘ Et arguit Eliu prae omnibus aliis, quia vicem sumpsit aliorum et positiones eorum deduxit. **involvens sententias.** Sententia est confirmata et determinata et certa veritas ex multis allegatis elicita. Et quia tales sententiae possunt proferri de regimine providentiae, | patet ex prae- F 54b dictis. Has autem sententias involvere est ex adiunctis, quibus involvuntur, ostendere; quaestio enim rhetorica involuta est adiunctis, ut saepe dictum est[1], **sermonibus imperitis?** adiuncta imperita sunt communia, quae ad subiectum se habent, ut communiora subiecto, ex quibus argui non potest nisi in secunda figura[2] sic: fur est errabundus de nocte, et iste est errabundus de nocte, ergo iste est fur; qui sermo, licet figuram habeat, tamen, quia ad nullum modum reduci

[a] vocatione *FM.* [b] qua *ET.* [c] regimen *FM.* [d] hoc . . . errore *om. E.*

[1] *Cf. col. 370/7.* [2] *Cf. Arist., Anal. priora 2, 9 (II 101).*

potest, ideo inutilis coniugatio est. Et talis argumentatio est omnium quatuor sic: Non nisi impium Deus punit; te punivit; ergo tu es impius; et propter hoc, quia coniugatio inutilis est, sermones dicuntur imperiti. Is XXXII, (6): ‚Stultus fatua loquetur, et cor eius faciet iniquitatem.‘

B 73c Quia | autem veritatem dicturus est per determinationem et de moribus, ideo excitat Iob ad attendendum, et hoc est:
3 **Accinge sicut vir lumbos tuos.** V i r est virens intus et virilis et vim et virtutem habens. Ir XVII, (7 8): ‚Benedictus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius, et lignum viride.‘ L u m b i autem loca sunt delectationum et concupiscentiarum, qui, nisi accingantur et restringantur, emittunt concupiscentiarum
E 50b | fluvios[a], quae[b] impediunt intellectum ab electione boni in moribus ita, quod non videt eligibile, quemadmodum oportet
M 109d videre | eum, ut sc. verum et bonum eligat et non bonum detestetur. Prv XXXI, (17): ‚Accinxit fortitudine lumbos suos.‘ Eph VI, (14): ‚State ergo succincti lumbos vestros in veritate.‘ Lc XII, (35): ‚Sint lumbi vestri praecincti.‘ **interrogabo te,** de consensu sc. veritatis, **et responde mihi.** Iob XIII, (22): ‚Voca me, et respondebo tibi: aut certe loquar et tu responde mihi.‘
4 **Ubi eras.**

Tangit hic terrae dispositionem, et dicit tria, sc. positionem in loco, proportionem ad alia elementa, mensuram diametri et fundationem; et post haec tria subinfert laudem sapientiae.

Et hoc est: **Ubi eras,** ut te sc. vel actus tuos requirerem, **quando ponebam fundamenta terrae?** hic est intransitiva[c] constructio, hoc est: terram pro fundamento omnium elementorum. Ea enim, quae proprio termino non terminantur, sicut aqua et aer, fundantur et terminantur ad ipsam. Nec est contrarium, quod dicitur in Ps (CXXXV, 6): ‚Qui fundasti terram super aquas.‘ Super aquas
enim, quae semen genera|tionis sunt, fun- T 66a
datur, secundum quod locus generationis est, sed in se, secundum quod centrum est, proprio termino terminatum, alia fundat elementa, et in nullo alio fundatur. Prv VIII, (29): ‚Quando appendebam fundamenta terrae.‘

Et subdit de proportione quantitatis: **Indica mihi,** hoc est, intus dic et per intrinsecas causas dic, si **habes intelligentiam,** operum sc. Meorum. **Quis posuit,** 5
hoc est, disposuit secundum proportionem, **mensuras eius**[d], proportionis sc. eius ad alia elementa, secundum quod ex uno pugillo aquae fiunt decem aeris et ex uno pugillo terrae decem aquae, sic enim locus aquae decuplus est ad locum terrae. Sap XI, (21): ‚Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti.‘

Et subdit de mensura diametri, et hoc
est: **vel quis tetendit | super eam lineam?** M 110a
trium sc. diametrorum longitudinis, latitudinis et profunditatis, ad quas crescit omne corpus; secundum enim modum hunc terra minimum corporum est simplicium praeter mercurium et lunam; sic enim omnia in proportione facta sunt. Prv VIII, (27): ‚Certa lege et gyro vallabat abyssos.‘ Omnia enim corpora certam habent quantitatem. Aristoteles[1] in se-
cundo de anima: Omnium | natura con- B 73d
stantium terminus est et ratio magnitudinis et augmenti.

Et subdit de fundatione eius in loco:
**Super**[e] **quo bases illius,** hoc est stabilis- 6
sima[f] eius in loco[e], **solidatae sunt?** ut sc. non moverentur. Ps (CIII, 5): ‚Fundasti terram super stabilitatem suam; non inclinabitur in saeculum saeculi.‘

Et hoc exprimit per metaphoram: **aut quis demisit,** de alta sc. virtute, **lapidem angularem eius?** L a p i s a n g u l a r i s et

[a] fumos *TEFM.* [b] qui *FM.* [c] transitiva *FM.* [d] **si nosti** *add. FM.*
[e] **Super** . . . loco *om. BM; addidi ex ETF (F in margine).*
[f] stabilimenta *F in margine et T.*

[1] *Arist., De anima 2, 4, 8 (III 449).*

in se et ad alios parietes fundat[a] aedi-
ficium et tenet, et intellectus est, ut in
se sc. sit immobilis et alia immobiliter
contineat, ne defluere possint. Metaphorice
F 54c enim dicitur hic lapis an|gularis. Hoc est,
quod dicitur Is XL, (12): ,Quis appendit
tribus digitis molem terrae?' sc. mensura
proportionis, mensura diametri et funda-
tione super centrum.
Post hoc subdit laudem sapientiae, quod
in his omnibus nihil requisivit operum
7 humanorum, et hoc est: **cum me laudarent
simul**, nullo sc. deficiente, **astra matutina**,
quae in ortu mundi, in primo sc. ex-
ortu lucis, ante hominem facta sunt. Ps
(CXLVIII, 3): ,Laudate eum sol et luna:
laudate eum omnes stellae et lumen.' **et
iubilarent omnes filii Dei?** hoc est omnes
angeli. Tunc enim haec feci non respi-
ciens ad aliquid humanorum eo, quod nec
homo fuit nec aliquid operum suorum;
et sic dictum est de dispositione terrae
et caeli.
Et transit ad aquae dispositionem, et
hoc est, quod dicitur Bar III, (34 35):
,Stellae dederunt lucem[b] in custodiis suis,
M 110b et laetatae sunt; | vocatae sunt, et dixe-
runt: Assumus; et luxerunt ei cum iucun-
8 ditate, qui fecit eas.' | **Quis conclusit ostiis
E 50c mare.** Ostia vocat litora oceani, quae
dicuntur ostia, sicut dicitur ostium, quod
claudit aperturam introitus, eo quod infra
litora mare concluditur. **quando erum-
T 66b pebat**, sc. residens de | vaporoso primo
commixto, **quasi de vulva procedens**, hoc
est de loco, in quo primum informiter[c]
conceptum est, et processit ad formam
et locum distinctum. Gn I, (9): ,Congre-
gentur aquae in locum unum, et[d] appareat
arida.' Ps (LXXVII, 13): ,Statuit aquas
quasi in utre.'
9 Et tangit[e] modum: **cum ponerem nubem
vestimentum eius.** Cum enim primo aqua
congregabatur in locum suum, nubulosus
aer in circuitu aquae remansit quasi
vestimentum, qui, quia iuxta aquam caligi-
nosus fuit et superius serenior, ideo sub-
dit: **et caligine illud**, sc. mare, **quasi
pannis infantiae**, hoc est primae forma-
tionis, **obvolverem?** Ps (XVII, 12): ,Tene-
brosa aqua in nubibus aeris.'
Et subdit, qualiter restrinxit influxum
et refluxum maris, et hoc est: **Circumdedi** 10
**illud terminis meis**, usquequo sc. effluat
et refluat, et hoc est: **et posui vectem**,
virtutem sc. prohibitivam, **et ostia**, per 11
quae sc. exeant mediter|ranea et flumina, B 74a
**et dixi**, praecepto meo sc.: **Huc usque
venies**, effluendo sc. et diffundendo[f] te per
mediterranea et flumina, **et non procedes
amplius**, terram sc. occupando, **et**, id est,
**hic**, hoc est ad terminum istum, **confringes
tumentes fluctus tuos**, ut sc. revertaris
ad litora tua. Tumentes dicit fluctus,
quia a vapore de fundo elevato fluctus
intumescunt et super litora eiciuntur, quo
evaporante recidunt et intra litora rever-
tuntur. Ps (CIII, 9): ,Terminum posuisti,
quem non | transgredientur, nec conver- M 110c
tentur operire terram.' Mt VIII, (26):
,Imperavit ventis et mari; et facta est
tranquillitas magna.'
**Numquid post ortum.** 12
Tangit de generatis ex terra et mari
et praemittit de circulo generationis. Et
haec tria dicit hic.
Et hoc est: **Numquid post ortum tuum**,
nihil enim poteras facere ante ortum tuum,
quo me iuvaris, **praecepisti diluculo**, ut
sc. oriretur sol in loco[g] suo, **et**, id est,
**ostendisti aurorae locum suum?** ut sc.
circuitu suo in orbe declivi inquietam
faceret generationem, quasi dicat: in hoc
me non iuvisti, sed solus feci. Eccle I,
(5 6): ,Oritur sol, et occidit, et in[h] locum
suum revertitur; ibique renascens regyrat
per meridiem, et flectitur ad aquilonem.'
Et subdit de regimine hominis in terra
positi: **Numquid tenuisti**, continendo sc., 13
**extrema terrae**, hoc est homines ab ex-
tremo terrae usque in extremum. Ps
(XXIII, 1): ,Domini est terra et plenitudo
eius.' **concutiens** per impugnationem eo-
rum ab[i] invicem; semper enim se in-

[a] et firmat *add.* *FM.* [b] lumen *FM.* [c] uniformiter *FM.* [d] ut *FM.*
[e] ponit *FM.* [f] disfluendo *FM.* [g] cum lumine *FM.* [h] ad *FM.*
[i] ad *TEFM.*

vicem concutiunt impii. Is XXIV, (19 20): ‚Contritione conteretur terra, commotione commovebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius.‘ **excussisti impios ex ea?** sic sc. terram concutiens supple, sicut Ego feci in cataclysmo Gn VII et submersione Aegyptiorum Ex XIV et in pentapoli et in Sennacherib et exercitu suo Is XXXVI, (1).

**14** | Qualiter autem haec fecerit, subdit: **Re-**
E 54d **stituetur**, in tali sc. excussione, **ut lutum signaculum**, hoc est, homo signaculum et
T 66c ima|go Dei restituetur in terram, de qua factus est, ut lutum, hoc est ut vas luteum. Ps (CXLV, 4): ‚Exibit spiritus eius, et revertetur in terram suam.‘ I. Mach II, (63): ‚Hodie extollitur, et cras non invenietur, quia conversus est in terram suam.‘ **et stabit sicut vestimentum**, quod sc., dum indutum est, formam tenet in-
M 110d duentis, exutum autem concidit in se ipsum, ita corpus, dum exuitur ex anima, concidit, exspirat et marcescit, ut dicit Aristoteles[1] in fine primi de Anima.

**15** Et sic supple **Auferetur ab impiis lux**
E 50d **sua**, quam hic | sc. vident in vita praesenti. Thr III, (2): ‚Me minavit et adduxit in tenebras, et non in lucem.‘ **et brachium excelsum**, quod sc. alios oppressit,
B 74b | **confringetur**, per aeternam sc. damnationem. Is XIV, (5 6): ‚Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, caedentem populos in indignatione.‘

**16** **Numquid ingressus es?**

Tangit hic dispositionem locorum terrae et maris, quae non disposuit nisi Deus ad nihil temporale respiciens.

Et hoc est: **Numquid ingressus es profunda maris?** oceani sc., ut omnia disponeres, quae in profundo maris sunt, quasi dicat: non tu, sed Ego. Eccli XLIII, (26—28): ‚Qui navigant mare, enarrent pericula eius; et audientes auribus nostris admirabimur. Illic praeclara opera, et mirabilia, varia genera bestiarum, varia genera et omnium pecorum et creatura bestiarum. Propter ipsum confirmatus est itineris finis, et in sermone eius composita sunt omnia.‘ **et in novissimis abyssi deambulasti?** quasi dicat, non tu, sed Ego solus ad nihil temporale respiciens. Et vocat abyssum inferius hemisphaerium, in quo suspensi sunt globi terrae et aquae. Eccli XXIV, (8): ‚Profundum abyssi penetravi, et in fluctibus maris ambulavi.‘

Et subdit de effectibus istorum: **Numquid** **17**
**apertae sunt tibi portae mortis**, ut omnia intima videas mortis, et hoc explanans subdit; **et**, id est, **ostia tenebrosa vidisti?** ostia tenebrosa intima sunt terrae et aquae, quae propter lucis privationem dicuntur portae mortis, quia lux principium vitae est, et ubi privatio lucis est, ibi est | privatio vitae; et haec soli M 111a
Deo pervia sunt. Ps (CXLII, 3): ‚Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi.‘ Propter quod a sanctis etiam ita infernus esse ponitur, ad quem descendit Christus. Eccli XXIV, (45): ‚Penetrabo inferiores partes terrae, inspiciam omnes dormientes.‘

**Numquid considerasti latitudinem ter-** **18**
**rae?** hoc est uniuscuiusque terrae, quae latitudo est quantitas meridiani circuli usque ad zenith capitum habitantium in terra illa; secundum illud enim variantur longitudines dierum et noctium et complexiones in calore et frigore. Eccli I, (2): ‚Altitudinem caeli, et latitudinem terrae, et profundum abyssi, quis dimensus est?‘

**Indica mihi, si nosti, omnia**, sicut Deus
supple, **in qua via habitet lux?** Habitatio **19**
enim illius est relatio solis ad terram. Gn I, (3): ‚Dixit Deus: Fiat lux! Et facta est lux.‘ **et tenebrarum, quis sit locus**, quae est relatio tenebrae[a] terrae
ad cae lum, cuius umbrae conus pertingit T 66d
usque ad mercurium exclusive. Gn I, (4 5): ‚Divisit lucem a tenebris. Appellavit-
que lucem diem et tenebras noctem.‘ **ut** **20**

[a] umbre *FM, lacuna E, rasura T.*

[1] *Arist., De anima 1, 5, 24 (III 443).*

**ducas unumquodque**, sc. et lucem et tenebras, **ad terminos suos.** Termini lucis sunt id, quod de terra sol illuminat secundum omnem motus sui diversitatem. Termini vero tenebrarum id, quod de hemisphaerio terra umbra sua obscurat. Ps (CIII, 20): ‚Posuisti tenebras, et facta
B 74c est nox.‘ **et**, sic supple, **in|telligas semitas domus eius**, lucis sc. et tenebrarum, et dicit Dominus, quia utrumque pyramidaliter diffunditur, ut tentorium, sed basis umbrae terrae diameter terrae est et conus ascendit sursum. Conus autem lucis centrum solis est, et basis descendit deorsum ad minus, quam sit medietas terrae. Probatum est enim ab Euclyde[1], quod radii egredientes ab eodem puncto ad corpus sphaericum vel ad circulum minus includunt de ipso, quam sit medietas
M 111b eius, | propter quod, quotienscunque videtur sphaericum, minus medietate videtur. Et dicit semitas, quia, secundum quod movetur sol, ita variantur huius domus pyramidales et lucis et umbrae[a]. Hab III, (11): ‚Sol et luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum Tuarum ibunt.‘

Quod autem in horum dispositione nihil
F 55a contulerit Deo factum | humanum, subdit:
21 **Sciebas tunc**, sc. quando sic ista disposui, **quando nasciturus esses**, quod scire non poteras, cum non esses, **et numerum dierum tuorum**, sc. quem vivere deberes, **noveras?** quasi dicat: non, sed Ego solus novi. Ps (XXXVIII, 5): ‚Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, quis est?‘ In talibus enim ad nihil humanorum respicere potui.

22 **Numquid in|gressus es?**
E 51a Tangit hic de generatis in alto ex humido tripliciter, sc. quantum ad generationis locum et materiam et quantum ad primum formantem ibi (XXXVIII, 28): *Quis est pluviae pater*, et quantum ad movens instrumentaliter ibi (XXXVIII, 31): *Numquid coniungere valebis?*

Et hoc est: **Numquid ingressus es**, per intellectum sc., ut omnia determinate noscas, **thesauros nivis**, thesauri nivis sunt indeficiens elevatio vaporis calidi et humidi, et indeficiens frigus medii interstitialis, quod vaporem ad se elevatum, antequam inspissetur, congelat. **aut thesauros grandinis aspexisti?** Thesauri grandinis sunt indeficiens elevatio vaporis humidi calidissimi, quem elevatum ad medium interstitium undique frigus subintrat et apprehendit et inspissat et congelat. Eccli XLIII, (15 16): ‚Aperti sunt thesauri, et ambulaverunt nebulae sicut aves. In magnitudine sua ponit nubes, et confracti sunt lapides grandinis.‘ Et paulo post (Eccli XLIII, 19 20): ‚Aspergit nivem, et sicut locusta demergens descensus eius. Pulchritudinem
candoris eius | admirabitur oculus.‘ M 111c

Et tangit[b] usum illorum: **Quae prae-** 23
**paravi in tempus hostis**, per hoc enim impugnat habitatores in terra[c] propter peccata. Sap V, (23): ‚A petrosa ira plenae mittentur grandines.‘ Exemplum in Pha-
raone, Ex IX, (23). **in diem pugnae**, | hoc B 74d
est | expugnationis[d] peccatorum, **et belli?** T 67a
quod sc. moveo peccatoribus. Sap V, (21): ‚Pugnabit cum[e] eo orbis terrarum contra insensatos.‘ Ps (CXLVIII, 8 et X, 7): ‚Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum.‘

Et, supple indica mihi **Per quam viam** 24
**spargitur lux, dividitur aestus super terram?** Haec duo coniungit[f], quia aestus sequitur lucem, et modus aestus modum lucis, ubi enim lux spargitur ad angulum rectum, ibi reflectitur radius in se ipsum, et ubi ad angulum acutum fit aestus minor, et ubi ad angulum hebetem sive expansum aestus fit minimus. Et sic semper secundum modum anguli, ad quem reflectitur lux, fit etiam modus aestus.

[a] tenebrae *FM.* [b] tamquam *B, correxi ex TEFM.* [c] terrae *FM.*
[d] expugnationes *B, correxi ex TEFM.* [e] pro *FM.* [f] commergit *FM.*

[1] *Cf. Euclids Elemente 3, 16 (Lorenz, Halle 1781 p. 43).*

Eccli XLIII, (3 4): ‚In meridiano exurit terram, et in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris; tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, et refulgens excaecat oculos.‘

Et subdit de generatis ex vapore hu-
25 mido in forma humidi, et hoc est: **Quis dedit**, supple nisi Ego[a] nullo adiutus, **vehementissimo imbri cursum**[b], qui vehementissimus est in casu a sublimi fortiter expulsus, et ventis impulsus. Et quia in aquosa nube sicca, dum clauditur, tonat, adiungit: **et**[c] **viam sonanti tonitrui**, nisi Ego solus supple, cum cuncta disponerem. Dn III, (60): ‚Benedicite, aquae omnes, quae super caelos sunt, Domino,‘ et iterum (Dn III, 64 65): ‚Benedicite, omnes imbres et rores, Domino; benedicite omnes spiritus Dei, Domino,‘ haec enim materia bene-
M 111d dicendi Dominum[d] sunt eo[e], quod ea | fecit et disposuit.
26 Et tangit usum: **ut plueret super terram**, inebriando sc. et foecundando eam. Is LV, (10): ‚Inebriat terram, et infundit eam.‘ Et ne credatur eum respexisse ad opus hominum, subdit: **absque homine in deserto**, ubi sc. habitatio hominis non est. Et hoc est, quod exaggerando subdit: **ubi nullus mortalium commoratur.** Dt XXXII[f], (10): ‚Invenit eum in terra deserta, in loco horroris et vastae soli-
27 tudinis.‘ **ut impleret**, humore sc. generativo, **inviam**, quae ab hominibus non viatur, **et desolatam** a cultu hominis, **et produceret** beneficio pluviae **herbas virentes?** ad usum hominis non ordinatas. Is XXXV,
F 55b (1): ‚Laetabitur deserta et invia, | et exsultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Germinans germinabit, et exsultabit laetabunda et gaudens.‘
28 **Quis est pluviae pater?**
Hic reducit hoc in primum formans, hoc est in se ipsum; primum enim formans in omni generatione pater est. Eph III, (14 15): ‚Flecto genua mea ad Deum Patrem, ex quo omnis paternitas in caelo et in terra nominatur.‘

Et est sensus: **Quis est pluviae pater?** hoc est for|mator, nisi | Ego; quasi dicat: E 51b B 75a
nullus. Is XLIV, (8): ‚Ante Me non est formator Deus.‘ **vel quis genuit stillas roris?** formando sc. stillas in rore. Is XXVI, (19): ‚Ros lucis ros Tuus.‘

Et tangit de congelatis: **De cuius utero** 29
**egressa est glacies?** uterus vocatur locus formationis in medio aeris interstitio, sed virtutem formativam utero non dedit, nisi Deus, ut in elemento raro ca|lido et humido glacies[g] formaretur. Dn T 67b
III, (69 70): ‚Benedicite, gelu et frigus, Domino; benedicite, glacies et nives, Domino.‘ Haec enim sunt materia benedictionis Dei, eo quod haec Deus fecit et disposuit. **et de caelo**, quod corpus aethereum est et ita inflammans, ut in Meteoris dicit Aristoteles[1]. **gelu quis genuit?** quasi contrarium de contrario. Lumen enim saturni causa gelicidii est. Eccli XLIII, (21): | ‚Gelu sicut salem M 112a
effundet super terram; et dum flaverit, fiet tamquam cacumina tribuli.‘

Et hoc exaggerat ulterius: **In simili-** 30
**tudinem lapidis aquae durantur.** Aristoteles[2] in secundo Posteriorum: Ab aqua generatur cristallus remoto universaliter calido. Eccli XLIII, (22): ‚Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit cristallus ab aqua.‘ **et superficies abyssi constringitur**, per gelu sc., hoc est superficies aquae, sub qua est abyssus. Hoc fecit, Ex XIV, (22), quando parietes aquae constrinxit, ut essent pro muro filiis Israel et a dextris et a sinistris.

**Numquid coniungere valebis.** Reducit 31
hic ea, quae dicta sunt, in primum movens instrumentaliter, quod tamen virtutem motivam non habet, nisi a Deo. Et hoc

[a] a *add. FM.* [b] **cursum** *om. BETF addidi ex M.* [c] **quam** *add. E.*
[d] domino *FM.* [e] ergo *E.* [f] Ex XXXIII *FM.* [g] generetur et *add. FM.*

[1] *Cf. Arist., Meteorol. 1, 3, 4 (III 553); et De mundo 2 (III 628); et Alb., Meteorol. 1, 1, 2 (IV 479).*
[2] *Cf. Arist., Anal. Post. 2, 11, 1 (I 162) et Alb., Post. 2, 3, 5 (II 202).*

est: **micantes stellas Pleiades**; Pleiades, quasi pluviales dicuntur eo, quod istae stellae virtutem habent movendi humidum et elevandi, et ea, quae generantur ex vapore humido, de quibus iam dictum est[1]. Et est constellatio ista in fine arietis. **aut gyrum Arcturi poteris dissi|pare?** Gyrus dicitur, quia illae stellae semper gyrant circa polum et numquam occidunt, et sunt septem stellae in arcturo sive in ursa maiore et minore, sed magis lucidae in maiore et minus lucidae in minore: quatuor in corpore, tres in cauda, et has nominat, quia principium frigoris sunt, quod congelat ea, quae fiunt ex vapore humido. De quibus dictum est, Iob IX, (9): ‚Qui facit Arcturum, et Orionas, et Hyadas, et interiora Austri.‘

Et tangit in particulari stellas, lucem et tenebras, de quibus dixit, indicantes[a].
32 Et hoc est: **Numquid produces Luciferum,** qui semper est vel Venus vel Mercurius, **in tempore suo?** tempus suum habent indicandi lucem in mane, quando secundum
M 112b ordinem signorum | sunt post solem duodecim gradibus vel amplius, tunc enim in mane ante solem emergunt, **et Vesperum,**
B 75b hoc est stellam ves|pertinam, quae est semper vel Venus vel Mercurius, quia illae duae stellae perfectam distantiam a sole non habent, **super filios terrae,** hoc est terrigenas, **consurgere facis?** quasi dicat, non tu, sed Ego. Et hoc facit Deus, quando Mercurius vel Venus secundum ordinem signorum sunt ante solem, tunc enim sole occidente emergunt de subradiis solis et indicant solem occidisse; hunc autem ordinem non fecit nisi solus Deus. Eccli XXIV, (6): ‚Ego feci in caelis, ut oriretur lumen indeficiens.‘

Et quod dixit particulariter, subdit universaliter et in se et in effectu duplici.
33 Et hoc est: **Numquid nosti or|dinem**
T 67c **caeli,** in omni sc. constellationum virtute. Ps (CXLVI, 4): ‚Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat.‘

**et pones rationem eius in terra?** per effectum sc., sicut Ego. Idc V, (20): ‚Stellae, manentes in ordine et cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt.‘ Et ibidem (Idc V, 20): ‚De caelo dimicatum est contra eos.‘

Et ponit effectum in humidis generalem:
**Numquid elevabis in nebulam,** hoc est in 34
vaporem humidum, **vocem tuam,** praecepti[b] sc., ut ascendat, **et,** supple statim, **impetus aquarum,** pluvialium supple, **operiet te?**
hoc est, | hoc non facis tu, sed | Ego solus. F 55c E 51c
III. Rg XVIII, (45) ad preces Eliae: ‚Ecce caeli contenebrati sunt et imbres et ventus, et facta est pluvia grandis.‘
**Numquid mittes fulgura.** Ex vapore sicco 35
sunt fulgura[2]; fulgura enim sunt coruscationes, quae sunt cum tonitruo. **et ibunt** oboedienter et reverenter, **et revertentia** post completum effectum **dicent tibi: Assumus?** per gratiarum actionem et iteratam oboedientiam. Et significat eos, qui velociter ut fulgur oboediunt et revertuntur secundum oboedientiae mandata.
Ez I, (14): ‚Animalia | ibant et reverte- M 112c
bantur in similitudinem fulguris coruscantis.‘

**Quis posuit.** 36

Hic tangit de dispositione animalium in particulari natura, et habet partes duas.

In prima determinat de animalibus secundum habitum animae, secundo[c] de eisdem secundum modum generationis et naturae ibi (XXXIX, 1): *Numquid nosti tempus partus.*

In prima duo sunt, sc. determinatio de animalibus secundum habitum apprehensionis, secundo secundum habitum motivae partis ibi (XXXVIII, 39): *Numquid capies leaenae.*

In primo duo sunt, sc. habitus secundum intellectum et habitus secundum sensibilem, et secundum causam apprehensionis sensibilis ibi (XXXVIII, 37): *Quis enarrabit.*

Et hoc est: **Quis posuit,** per naturalem sc. apprehensionem, **in visceribus hominis,**

[a] micantes *EF,* radicantes *M.* [b] praecipientem *FM.* [c] in secunda *FM.*

[1] *Col. 433/20; cf. cap. 37, 11.* [2] *Cf. Alb., Meteorol. 3, 3, 1 (IV 639).*

hoc est in intimis hominis, **sapientiam?** hoc est apprehensivam sapientiae. Eccli XVII, (5 6): ‚Cor dedit illis excogitandi, et disciplina intellectus replevit illos. Creavit illis scientiam spiritus, sensu im-
B 75c plevit cor eorum et ma|la et bona ostendit illis.‘ Gn I, (26) et Gn II, (7 et 18) ‚Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.‘ Augustinus[1]: Secundum imaginem in potentia cognoscendi, et secundum similitudinem in potentia diligendi.

Et subdit de potentia secundum aestimationem et apprehensionem sensibilis. Et hoc est: **vel quis dedit gallo intelligentiam?** I n t e l l i g e n t i a m vocat aestimationem, quam habet gallus de horis distinguendis; ad immutationem[a] enim solis ab angulis caeli in mane, meridie, vespere, media nocte, et etiam ad mutationem aurae per dispositionem factam in aere cantat gallus, et etiam alia animalia, quae circa regimen suae vitae non sollicitantur, et ideo facile deprehendunt impressiones factas in corporibus suis vel a motu caeli vel a dispositionibus aeris,
T 67d et ad illas moventur ad vociferandum | vel tacendum. Unde Tob VIII, (11): ‚Circa pullorum cantum misit Raguel, ut viderent,
M 112a qualiter se haberent res circa Tobiam | et Saram filiam suam.‘ Et Mt XXVI, (34): ‚Antequam gallus cantet, ter Me negabis.‘

Unde de causa omnium horum subdit:
37 **Quis enarrabit caelorum rationem**, qui sc. motu suo ista perficiunt. Ps (CXLVIII, 4): ‚Laudate eum caeli caelorum.‘ **et concentum caeli**, hoc est harmoniam caelorum et motuum caelestium omnia ista perficientem, **quis dormire faciet?** hoc est cessare, supple, nisi Ego solus completo sc. numero elementorum, propter quorum generationem caelorum concentus factus est. Iob XIV, (12): ‚Donec alteratur caelum, non resurget nec evigilabit de somno suo.‘

Et subdit repetens de dispositione terrae, quae locus est generationis: **Quando** 38
**fundebatur pulvis in terra**, loquitur secundum dispositionem primi mixti, in quo per modum pulveris terra vaporabiliter ferebatur in humido. Et hoc est, quod sequitur: **et glebae compingebantur?** residente[b] sc. pulvere in fundo. Gn I, (9): ‚Congregentur aquae in locum unum, et appareat arida.‘ Hoc enim solus Deus
fecit ad nihil temporalium respiciens. | Et E 51d
est notandum, quod glebae compinguntur dupliciter, sc. ad locum, et sic distinguitur terra ab aliis elementis, et ad complexionem, et sic complexio, quae magis appropinquat aequalitati[c] caeli meliorem in apprehendendo et appetendo sortitur animam, ut dicit Avicenna[2] in VI de naturalibus; et ideo hoc hic inducit post utrumque illorum. Ante enim dixit et de distinctione elementorum et de distinctione complexionum animalium.

Et subdit de dispositione motivae in animalibus secundum irascibilem et secundum concupiscibilem.

Et hoc est: **Numquid capies leaenae** 39
**praedam.** In | leaena concupiscibilis causa F 55d
est irascibilis, et nominat leaenam et non leonem, quia propter curam pullorum et enutritionem magis avida est ad praedam.
**et animam**, | hoc est animalitatem cibis B 75d
indigentem, | **catulorum eius**, sc. leae- M 113a
nae, **implebis**, satisfaciendo sc. cupiditati eorum.

Et hoc exaggerans subdit: **quando cu-** 40
**bant in antris**, hoc est, quando cibo indigent et ad nutrimentum et ad augmentum; et ideo plus indigent et desiderant. Et quia desiderium movet ad venationem, subdit: **et in specubus insidiantur?** propter quod, Iob IV, (10), Eliphaz beatum Iob comparans leoni et uxorem leaenae et filios catulis leonis dixit: ‚Rugitus leonis, et vox leaenae, et dentes catulorum leonis contriti sunt.‘ Ps (X, 9, sec. Hebr):

[a] mutationem *EFM*. [b] recedente *FM*. [c] ad aequalitatem *FM*.

[1] *Cf. Aug., Contra Faust. 24, 2 (Migne 42, 475) et De Genesi l. imperf. 16, 57 (Migne 34, 242), necnon Aug., Quaest. in Pentateuch. 5, 4 (Migne 34, 750).*

[2] *Non inveni; cf. Alb., De anima 2, 3, 9 (V 249).*

‚Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.‘ Prv XXVIII, (14): ‚Leo rugiens et ursus esuriens, princeps ipsius super populum pauperem.‘

Et subdit de dispositione appetitus et
41 providentia appetibilis: **Quis praeparat corvo escam suam,** supple: nisi Ego, qui omnibus sc. provideo. Ps (CIII, 27): ‚Omnia a Te exspectant, ut des illis escam in tempore.‘ Et hoc exaggerat[a]: **quando pulli eius clamant ad Deum**, sicut ad primum provisorem, **vagantes**, hoc est esurie huc et illuc vagando distracti, **eo** T 68a | **quod non habeant cibos?** Ps (CXLVI, 9): ‚Qui dat iumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum.‘ Et nominat corvum plus quam alia animalia, quia plus[b] vorax est et plus cibi desiderativus. Cuius signum est, Gn VIII, (7), quod emissus ex arca requievit in cadavere.

## CAPITULUM XXXIX.

1 **Numquid nosti tempus partus.**

TANGIT hic leges inditas animalibus in generatione, consuetudine et habitatione, et dividitur in partes duas.

Primo enim tangit in animalibus, secundo in avibus ibi (XXXIX, 26): *Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter.*

Prima adhuc in duas dividitur: Primo tangit in silvestribus, secundo in nobiliori domestico ibi (XXXIX, 19): *Numquid praebebis equo.*

M 113b Adhuc prior in | duas dividitur: Primo loquitur de silvestribus perfectis, quae simpliciter animalia sunt et gressibilia, secundo loquitur de struthione, qui componitur[c] ex gressibili et volatili ibi (XXXIX, 13): *Penna struthionis.* Adhuc prima in duas: Primo loquitur de legibus generationum, secundo de legibus consuetudinum et libertatum ibi (XXXIX, 5): *Quis dimisit onagrum liberum.*

In prima leges ponit conceptuum, impraegnationum, parturitionum et curae generatorum.

Et hoc est: **Numquid nosti tempus,** et intelligitur[d] de notititia activa, quae facit esse[e], quod noscit, sicut est divina providentia; tempus autem intelligitur, quod est inter primum conceptum usque ad partum completum, quod apud Aristotelem[1] vocatur tempus impraegnationis. Et hoc est: **partus ibicum.** Ibex[2] autem capricornus, animal scansivum et in petris commorativum et in montibus[f], tam ingentia habens[g] cornua, ut a capite retro exeuntia usque ad | clunes pertingant, B 76a intra quae aliquando cadens totum | corpus recipit, ne collidatur in casu. E 52a **in petris,** sc. commorativum, et est sensus, quod conceptionum leges et impraegnationum posuit Deus non[h] ad aliquid temporale respiciens, ita quod homo et opus hominis nihil operabantur ad hoc. **vel parturientes cervas observasti?** tali sc. observatione activa, quae regitiva[i] sit impraegnationis et[k] partus earum. Haec duo animalia nominat inter silvestria perfecta, quia magis nota sunt, per ista tamen intelligit omnia alia. Simile in Ps (CIII, 17): ‚Herodii domus dux est eorum.‘

Et exaggerat hoc subdens: **Dinumerasti,** 2
supple ne, hoc est, dinumerabilesne fecisti? **menses conceptus,** hoc est | impraegnationis **earum,** sc. cervarum, sc. quod dicitur: non tu fecisti hoc, sed Ego solus. M 113c

Et adhuc addit: **et scisti,** supple ne, **tempus partus earum?** Hoc est, in quanto tempore partus formatus sit ad emitten-

[a] subdens *add. FM.* [b] magis *FM.* [c] compositus est *EFM.* [d] loquitur *FM.*
[e] omne *TEFM.* [f] quod etiam alio nomine dicitur capricornus quod *add. FM.*
[g] habet *FM.* [h] ad nihil humanorum vel *FM.* [i] conservativa *FM.*
[k] regitiva *add. FM.*

[1] *Arist., De anim. hist. 7, 4, 3, 4 (III 138 139):* praegnans. *Alb., De anim. 9, 1 (XI 501):* impraegnatio.
[2] *Cf. Alb., De anim. 22, 2, 54 (XII 412).*

dum, quasi dicat, scientia activa tu hoc
non fecisti, sed Ego, qui omnibus tribuo
legem generationis. Gn I, (25): ‚Fecit
Deus bestias terrae iuxta species suas,
iumenta et omne reptile terrae in genere
suo.‘ Et post pauca (Gn I, 28): ‚Crescite
et multiplicamini et replete terram.‘ In
his autem omnibus ad nihil temporale
respexit.

Et subdit de modo generationis, quem
F 56a indidit eis Deus | ad nihil temporale re-
3 spiciens. **Incurvantur ad fetum.** In|cur-
T 68b vatio enim membra generativa ampliat
ad emittendum, et **pariunt** fetus emit-
tendo **et rugitus emittunt**, ex dolore sc.
parturitionis propter artitudinem mem-
brorum.

4 Et subdit de modo regiminis: **sepa-
rantur filii earum**[a], supple curam domesti-
cam non habentes, **pergunt ad pastum**,
paratum eis sc. a natura, **egrediuntur**,
extra curam sc. parentum, postquam per-
fecta sunt et roborata in membris. **et
non revertuntur ad eas**, cervas sc., sicut
filii hominum ad parentes revertuntur.
Bar III, (32): ‚Qui praeparavit terram
in aeterno tempore, et replevit eam pe-
cudibus et quadrupedibus.‘ Talibus enim
legibus bruta concipiunt, pariunt, nutriunt,
quae homini rationali non conveniunt, et
has non potuit indere, nisi Deus.

Et subdit de lege consuetudinum in
moribus animalium, et habet duas partes:
Primo enim loquitur de his, quae solius
libertatis amore non domesticantur, se-
cundo de his, quae ex confidentia pro-
priae fortitudinis et indignatione servi-
tutis domesticari non possunt ibi (XXXIX,
M 113d 9): *Numquid | volet.*

5 Et hoc est: **Quis dimisit onagrum**, sc.
agrestem asinum, **liberum**, ne dominio
domesticandi subderetur. Et hoc est,
quod sequitur: **et vincula eius, quis solvit?**
B 76b non quibus iunctus | erat, sed quibus vinci
poterat. Ps (CXV, 16): ‚Dirupisti vincula
mea.‘ Et subdit exponens modum liber-
tatis: **Cui**, hoc est, quia illi **dedi in soli- 6
tudine domum**, hoc est habitationem. Ari-
stoteles[1] dicit, quod liber est, qui causa
sui est, et ne homini serviat, in solitudine
habitat. Et hoc exponit subdens: **et**, id
est, **tabernaculum eius**, hoc est umbra-
culum, in quo generat, **in terra salsuginis?**
Hoc est, quae humano fructu nihil fructi-
ficat. Ir II, (24): ‚Onager, assuetus in
solitudine, in desiderio animae suae at-
traxit ventum amoris sui,‘ hoc est liber-
tatem habet, nihil volet[b] facere, nisi quod
placet.

Et hoc est, quod sequitur: **Contemnit 7
multitudinem civitatis**, hoc est, non do-
mesticatur, ne onera ferre cogatur. Et
hoc explanans subdit: **clamorem exactoris**,
hoc est possessoris, qui exigeret ab eo,
ut onera ferret, si domesticaretur, **non
audit**, hoc est, non exaudit, et dicit cla-
morem, | quia animalia domestica cla- E 52b
more vocantur et ad labores et onera in-
citantur et instruuntur. Oppositum autem
his est in domesticis, Is I, (3): ‚Cognovit
bos possessorem suum, et asinus praesepe
Domini sui.‘ E contra onager praesepe
non curans **circumspicit montes pascuae 8
suae**, hoc est, ubi magis placet, pascitur.
**et virentia quaeque**, mollia sc. et delecta-
bilia pro libertate sua **perquirit.** Ez
XXXIV, (14): ‚In herbis virentibus, | M 114a
pascam eos; in montibus excelsis erunt
pascua eorum.‘

Et subdit de animali, quod confidentia
fortitudinis suae indignatur ad serviendum
et ad domesticandum; et hoc est: **Num- 9
quid volet rhinoceros**, rhinos in Graeco
naris est, ceros cornu, eo quod cornu in
nare gestat, sicut faciunt quidam pisces
marini, quibus de nare egreditur cor|nu T 68c
ad figuram gladii. Est autem cornu rhino-
cerontis[2] ingens longitudinis[c] duodecim
pedum et amplius, ante acutum valde, ple-
num[d], non concavum[d], sicut cornu cervi,
et in basi, ubi coniungitur capiti, diameter
eius plus est quam palmi. De quo dicit

[a] **eorum** *FM.* [b] volens *EFM.* [c] magnitudinis *FM.*
[d] *pro* plenum non concavum *FM scribunt:* tortum.

[1] *Cf. Arist., Metaph. 1, 3, 9 (II 471).* [2] *Alb., De animalibus 12, 3 (XI 657).*

Gregorius[1]: Rhinoceros est indomitae naturae; qui, si captus tenetur, illico moritur. Et ideo dicit: **servire tibi?** indignatur enim ad serviendum, **aut morabitur ad praesepe tuum?** quasi dicat: non morabitur, quia non domesticatur.

10 Et hoc exaggerat adhuc subdens: **Numquid alligabis**, hoc est, alligare poteris iugo vel laqueo, **ad arandum rhinoceronta**, accusativus Graecus, hoc est rhinocerontem, **loro tuo**, iugeris sc. vel laquei, quasi dicat: non poteris; unde significat potentes saeculi, qui ligari non possunt. Ir II, (20): ‚A saeculo confregisti iugum, rupisti vincula Mea, et dixisti: Non serviam.‘ **aut confringet glebas vallium post te?** supple
B 76c arando, quasi dicat: | non. Unde significat eos, qui in libertate vivere volunt.
F 56b | Ps (LXXII, 5): ‚In labore hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur.‘

Et hoc ulterius exaggerans subdit:
11 **Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius**, quod sc. onera tua ferat et in labore tuo te adiuvet. Et hoc est, quod sequitur: **et**, supple in tali fiducia, **derelinques ei labores tuos?** elaborando supple, quasi dicat: non facies, quia labo-
M 114b rare nolet nec | onus ferre.

12 Et hoc adhuc ulterius exponit: **Numquid credes ei**, hoc est, confides, **quia sementem reddet tibi**, supple triturando et excutiendo pedibus, sicut bos facit, **et aream tuam**, hoc est fruges de area tua, **congreget?** portando sc. vel trahendo vel vehendo. In omnibus his nihil aliud dicere vult, nisi quod animalibus dictis ad talis vitae regimen leges Deus indidit ad nihil temporale respiciens.

13 **Penna struthionis.**

Tangit hic de animali composito ex gressibili et volatili, quod secundum Gregorium[2] hypocritam significat, et ostendit leges, quibus regitur in vita et generatione.

Et hoc est: **Penna struthionis.** Struthio[3] avis Lybiae est in desertis semper habitans, et habet carnosas tibias cum quadrupede et tres digitos in pede ungulatos, sicut quadrupedes, rostrum autem et caput et collum ad similitudinem cygni, coxas magnas ad modum quadrupedis, pennas in primo anno cinereas sicut anser, quae in senectute deficiunt in nigram lanuginem in modum velleris nigrae ovis, praeterquam in alis, nec volat, sed saltat saltum iuvans motu alarum, sicut locusta. **similis est pennae herodii** non in calore[a], sed in hoc, quod penna est. Herodius[4] aquila est, quae dicitur heros av|ium. **et acci-** E 52c
**pitris.** Accipiter[5] dicitur quaelibet avis rapax ab accipiendo, et vult dicere; licet pennas habeat, tamen usum pennarum habet dissimilem.

Et subdit de regimine suae generationis: **Quando dereliquit ova sua in terra,** 14
non fovendo sc. ea, quia, si incubaret, comprimeret, unde non incubat, | sicut T 68d
nec serpens, nec lacerta, nec tortuca. **tu forsitan**, derisorie | et ironice legendum M 114c
est, **in pulvere**, supple posita, pulvere enim cooperit ea, **calefacies ea?** quasi dicat: non, sed calore solis excitatur intraneus calor ovi, qui intra testam est et pullum format et pullum educit de testa, et quod dicitur, quod visu fovet, falsum est, sed imperitis videtur hoc, quia circa ova saepe est, et respicit ea propter custodiam, unde duritia eorum, qui filios derelinquunt, struthioni comparatur. Thr IV, (3): ‚Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.‘

Et hoc est, quod sequitur: **Obliviscitur,** 15
hoc est, ad modum non curantis se habet, **quod pes**, transeun|tis hominis sc., **con-** B 76d
**culcet ea**, hoc est, confringat[b], **aut bestia agri conterat**, b e s t i a quasi vastia dicitur, quae forte nido insidiatur. Unde Is XXXIV, (13) de derelicta terra dicitur: ‚Erit cubile draconum et pascua struthionum.‘

[a] vel potentia ad volandum *add. FM.*

[b] stringat *FM.*

[1] *Greg., Mor. 31, 2, 2; Migne 76, 571.*
[2] *Greg., Mor. 31, 8, 11; Migne 76, 578.*
[3] *Alb., De animalibus 23, 104 (XII 502).*
[4] *ib. 23, 9 (XII 439).*
[5] *ib. 8, 2, 6 (XI 452).*

Et huius subiungit causam ex parte
16 struthionis, et suppletur, quia **Duratur
ad filios suos**, non providendo sc. eis,
**quasi non sint sui**; non enim fovet eos,
nec nutrimenta procurat, sicut aliae aves,
unde de terra, quae a cura hominis ab-
iecta est, Is XIII, (21), dicitur: ‚Reple-
buntur domus eorum draconibus, et habi-
tabunt ibi struthiones.'

Et ex parte apprehensionis assignat
causam: **frustra laboravit**, quia eos, quos
concepit et utero portavit et parturivit,
quasi non curatos abiecit, quando nec
fovit nec nutrimenta procuravit, et in
hoc perdici videtur esse similis. Ir XVII,
(11): ‚Perdix fovit, quae non peperit;
fecit divitias et non in iudicio; in medio
dierum suorum derelinquent eos, et in no-
vissimo suo erit insipiens.'

Et hoc est, quod sequitur: **nullo timore
M 114d cogente.** | Non enim fugatur a nido, sed
propria incuria derelinquit pullos suos et
abicit, hoc est de regimine vitae suae.
Unde comparatur his, qui etiam de pro-
priis pueris non curant, sed abiciunt. Is
F 56c X, (14): ‚Sicut | colliguntur ova, quae
derelicta sunt, sic universam terram Ego
congregavi, et non fuit, qui aperiret os
et moveret pennam, et ganniret.'

17 Et huius causa est, quod sequitur: **Pri-
vavit enim eam Deus sapientia**, natu-
rali sc., quae est in cura posteritatis
et filiorum, quam tamen fere omnibus
indidit animalibus. Omnia enim curant
de filiis exceptis valde paucis. Et ideo
comparatur stultis de salute posteri-
tatis non curantibus. Dt XXXII, (6):
‚Haeccine reddis Domino, popule stulte
et insipiens?' Hoc est, curam posteri-
tatis non habens. **et non dedit ei intel-
ligentiam?** Intelligentiam vocat
practicam, hoc est aestimationem de cura
nidi et filiorum, quam multa habent ani-
malia, sicut enim Dominus dicit Mt VIII,
(20): ‚Vulpes foveas habent, et volucres
caeli nidos.'

Quomodo autem coalescat non procurata
a parentibus, subdit: **Cum fuerit tempus,** 18
sc. incrementi pennarum, postquam de
ovo exierit, **in altum alas erigit**, ut sc.
et pennis et alis moveatur in saltum, et
curam agat sui ipsius sine omni procura-
tione parentum. Eccle III, (1): ‚Omnia
tempus | habent, et suis spatiis transeunt T 69a
universa.' Et tunc perfecta iam ad motum
**deridet equum**, cuius velocitate compre-
hendi non potest, **et ascensorem eius**, cuius
non curat insidias. Prv I, (17): ‚Frustra
iacitur | rete ante oculos pennatorum.' E 52d
Velocius enim fugit, quam insequi possit
eo, quod ad fugam iuvatur et pedibus et
alis. Aliud autem secundum litteram non
intendit per hoc, nisi quod aeterna sua
| providentia[a], | quae ad nihil temporale M 115a B 77a
respicit, tales leges regiminis vitae etiam
silvestribus indidit, et ideo in regimine
vitae hominum ad aliquid temporale non
respexit[b].

**Numquid praebebis equo.** 19

Transit hic ad regimen domesticorum
animalium, inter quae fortius et perfectius
est equus, et propter hoc de illo ponit
exemplum, et ponit robur et signum
roboris, et audaciam et signa audaciae.

Et hoc est: **Numquid praebebis**, tua sc.
cooperatione, **equo.** Equus, ut dicit Isi-
dorus[1], ab hoc equus dicitur, quod, quando
vadunt[c] duo, et duo ex aequo incedere
consueverunt. Et intelligitur de equo non
castrato. **fortitudinem.** Fortitudinem
appellat animositatem et robur eo, quod
circa audacias est sicut fortitudo. Unde
in Ps (XXXII, 17): ‚Fallax equus ad
salutem,' quia, licet fortis sit, tamen non
salvat in bello, sed Deus. **aut circum-
dabis collo eius hinnitum?** Circum-
datus hinnitus collo dicitur, quia ad
rotunditatem colli vel cannae[2] egreditur
non distinctus motus linguae, sicut vox
litterata, nec figuratur in diversa verba,
sicut vox articulata. Est autem hinni-
tivum animal propter libidinem et auda-

[a] sapientia *FM.* [b] respicit *FM.* [c] incedunt *FM.*

[1] *Cf. Isid. Hisp., Etymol. 12, 41 (Migne 82, 430); cf. Alb., De animalibus 22, 2, 42 (XII 392).*
[2] *Cf. Alb. l. c. 1, 2, 22 (XI 107).*

ciam. Libidinosum autem est, ut[a] dicit Aristoteles[1] propter cibi abundantiam, audax autem est[a] ex confidentia fortitudinis et armorum in calcibus pedis, unde comparatur libidinosis. Ir V, (8): ‚Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.‘ Eccli XXXIII, (6): ‚Equus emissarius, sic et amicus subsannatorum, sub omni supra se sedente hinniet.‘ Et ita comparatur et audaci et libidinosi.

20 **Numquid suscitabit eum quasi locustas?** Sibilo enim incitatur equus et suscitatur ad audaciam et cursum et praecipue[b] ad
M 115b saltum, et tunc posterioribus | pedibus accipit saltum sicut locusta. Eccli XXIII, (30): ‚Quasi pullus equinus fugabitur.‘

Et explanat signa audaciae: **Gloria narium eius terror**, cum enim in cursu vel saltu est equus bellicus, dilatatis naribus spiritum sufflat, quod signum magnae audaciae est, unde Aristoteles[2] dicit in tertio Ethicorum, ex Homero, quod fortes efflabant spiritum per nares et ebullivit sanguis, et quo ad hoc comparatur viris audacibus et iracundis. Is II, (22): ‚Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, et scitote, quoniam excelsus reputatus est ipse,‘ hoc est audax et animosus. Et addit aliud signum ani-
21 mositatis: **Terram ungula fodit**, quasi ungulam acuens in conculcationem, sicut aper dentes acuit, quando pugnare vult.
F 56d Maius enim | nocumentum, quod infert equus, hoc est, quod calcat et priores
T 69b calces impingit inconcul|cando, posterioribus autem percutit et repellit. II. Mach III, (25): ‚Apparuit illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operi-
B 77b mentis adornatus, | isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit,‘ hoc est, elisos intulit.

Et quia ferox animal est, propter hoc dicit, quod **exsultat**, hoc est, superbe et exaltanter movetur, ac si contra se alia provocet, propter quod bellicum animal est, quod Salomon primus bella ordinans in Ierusalem abundare fecit. III. Rg X, (28): ‚Equi Salomoni de Aegypto et de Coa ducebantur.‘ Et addit ulterius signum: **audacter in occursum pergit armatis**, propter quod instrumentum bellicum est, unde in Ps (XIX, 8) dicitur: ‚Hi in curribus, et hi in equis.‘ Expertum est enim, quod equus non castratus leonem aspiciens, etiam invito sessore venit ad leonem, et si castratus est, quantumcunque urgeatur, retro cedit et fugit, ita quod etiam prae timore visus est | M 115c
sanguinem | mingere. E 53a

Et hanc proprietatem exaggerans sub-
dit: **Nec cedit gladio**, micanti sc. et ful- 22
guranti et propinque ferienti, et ideo praemisit, quod **contemnit pavorem**, hoc est causam pavoris, quae est in periculo mortis, et quoad hoc comparatur praelato, qui nullum periculum timet pro fide defendenda. Mt X, (28): ‚Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.‘

Et addit adhuc signa periculi, quae non
timet: **Super ipsum sonabit pharetra**, hoc 23
est torrens de pharetra sagitta. Iob XLI, (19): ‚Non fugabit eum vir sagittarius.‘ **vibrabit hasta**, hoc est, vibrantem hastam non fugit, quae verba minantia significat, quia propter minas potentum non cedunt illi, qui vehunt Christum. **et clypeus**, qui potentiam saecularem significat. Ps (XLV, 10): ‚Arcum conteret, et confringet
arma, et scuta comburet igni.‘ **fervens** 24
intus calore animositatis **et fremens** fremitu stridentis vocis ex ira **sorbet terram**, sorbitionem vocat, quia naribus ad terram positis fortiter sonat. Nah III, (2 3): ‚Vox impetus rotae et equi frementis et quadrigae ferventis et equitis ascendentis, et micantis gladii et fulgurantis hastae.‘ Unde comparatur irato frementi. Ps (II, 1): ‚Quare fremuerunt gentes.‘

[a] ut . . . est *om. E.* [b] specialiter *FM.*

[1] *Arist., De anim. hist. 6, 18, 4 (III 121).*
[2] *Arist., Eth. Nic. 3, 8, 10 (II 34; cf. V 359: in carminibus Homeri hodie non legitur). Cf. Alb., Eth. 3, 2, 8 (VII 246).*

**nec reputat tubae sonare clangorem,** ex hoc enim incitatur et non terretur, propter quod et in bellis tubis clangere consueverunt. Hab III, (12): ‚In fremitu conculcabis terram, et in furore obstupefacies gentes.‘ Ir VIII, (16): ‚A Dan auditus est fremitus equorum eius, a voce hinnituum pugnatorum eius commota est
**25** omnis terra.‘ **Ubi audierit** | **buccinam,** in-
M 115d citantem sc. ad bellum omni motu et signo supple, **dicit: Vah!** quae est interiectio exsultantis, et propter hoc comparatur illis, qui cum laetitia et audacia proeliantur bella Domini. II. Mach XI, (8 9): ‚Cumque pariter prompto animo procederent, ab Hierosolymis apparuit praecedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans. Tunc om-
B 77c nes simul benedixerunt Dominum mi|seri-
T 69c cordem et convaluerunt animis, non so|lum homines, sed et bestias ferocissimas, sed et muros ferreos parati penetrare.‘

**Procul odoratur bellum,** passivi verbi ponit terminationem, ut vox congruat significato; o d o r a r e enim in voce activa significationis passivae est. Et tangit hoc, quod equus alios equos sentiens per odorem, statim naribus sufflat et accingitur ad pugnandum. **exhortationem ducum,** supple, quando audit, **et ululatum exercitus** supple, tunc animatur et accingitur ad bellum, et praeparatur. Ex XXXII, (17): ‚Sonus pugnae auditur in castris.‘ Unde comparatur illis, qui ubique se opponunt hostibus in bellis Domini. II. Mach XI, (10—12): ‚Ibant prompti, de caelo habentes adiutorem, et miserantem eos Dominum. Leonum autem more irruentes in hostes prostraverunt et ex eis XI millia peditum et equitum mille sexcentos universos autem in fugam verterunt.‘

**Numquid**[a].

Transit ad aves et regimen vitae earum ostendens, quod tale regimen per suam
F 57a sapientiam ordinavit ad | nihil temporale respiciens. Tangit autem regimen accipitris et aquilae, eo quod illa duo genera avium perfectiora sunt inter alias aves.

Et hoc est: **Numquid per sapientiam** **26**
**tuam,** aliquid | ad hoc supple cooperantem, M 116a
**plumescit accipiter** fortes pennas, quibus velociter insequatur aves accipiens. Et qualiter illas habeat, subdit: **expandens alas suas ad austrum**[b], hoc est ad calorem austri, ut indurescant, ne fortiter concitatis alis flectantur ad aerem impulsum, et ideo comparatur viris sanctis, qui sicut dicitur Is | XL, (31): ‚Volabunt et non E 53b
deficient.‘ **et ad austrum?** Hoc est, ad lumen Sancti Spiritus et calorem expandunt[c] alas intellectus et affectus cum pennis virtutum, quibus fortiter insequuntur animas silvestres, ut Deo eas capiant. Thr III, (52): ‚Venatione ceperunt animam meam, quasi avem.‘

Et subdit de aquila: **Numquid ad prae-** **27**
**ceptum tuum levabitur**[d] **aquila,** ut sc. alte volet, et de alto longe videat, quasi dicat: non ad tuum, sed ad Meum. Hanc enim legem regimini vitae suae indidi; et derivatur a q u i l a ab acumine, eo quod acute videt, unde etiam filios dicitur probare, si solem in rota videre[e] possit irreverberato radio oculi, et eos qui possunt, nutrit, qui non possunt, abicit. Dicitur enim a quibusdam [1], quod visu ad quingentas leucas ad cadavera venit. Alii autem dicunt, quod odoratu, propter quod significat eum, qui altivolus est in divinas contemplationes. Ez I, (10): ‚Facies autem aquilae extensa desuper erat.‘ Apc IV, (7): | ‚Et B 77d
quartum animal simile aquilae volanti.‘ **et in arduis ponit nidum suum?** Abd (4): ‚Si exaltatus fueris, ut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum.‘ Alta enim petere docet filios et extra nubila et umbrosa manere in sinceris et altissimis et caelestibus.

Et explanat, qualia sunt illa: **In petris** **28**
**manet**, ut sc. | ad petram et ungues et T 69d

[a] **per sapientiam** *add. FM.* [b] **ad austrum** *om. B addidi ex TEFM.*
[c] extendunt *FM.* [d] **elevabitur** *E.* [e] aspicere *FM.*

[1] *Cf. col. 312/42.*

rostrum acuat, et sic semper ad praedam
renovetur et armetur. Unde comparatur
M 116b viro, qui | gustum in appetitu et intel-
lectum in captu, et pennas in renovatione
virtutum ad solidissimam veritatem sem-
per innovat, ut semper nova de veritate
prima percipiat. Ez XVII, (3): ‚Aquila
grandis magnarum alarum, longo mem-
brorum ductu, plena plumis et varietate,
venit ad Libanum, et tulit inde medullam
cedri,‘ hoc est dulcedinem imputribilis
veritatis.

**et in praeruptis silicibus.** Silices
indomabiles sunt ferro et indolabiles. Non
vult enim, quod scandens aliquis nido
adveniat, et ideo in praeruptis, ubi
scopuli non sunt, per quos aliquis possit
ascendere, nidum ponit. **atque inaccessis
rupibus commoratur,** et hoc est expositio
praecedentis; ibi enim per sincerum aerem
longe prospicit. Nm XXIII, (9): ‚De
summis silicibus videbo eum, et de colli-
bus considerabo eum.‘

29 Et hoc est, quod sequitur: **Inde con-
templatur escam,** hoc est animalia, quae
rapiat, vel cadavera. Unde Prv XXX,
(17) de eo, qui dandus est aquilis in
escam, dicit Salomon: ‚Oculum, qui sub-
sannat patrem, et qui despicit partum
matris suae, effodiant eum corvi de tor-
rentibus, et comedant eum filii aquilae.‘
Et subdit adhuc explanans illud: **et de
longe oculi eius prospiciunt.** Nm XXIV,
(17): ‚Intuebor illum, sed non prope.‘
Unde significat eum, qui remotissima, hoc
est divina, intuetur, in quibus reficiatur.
Iob XXXVI, (25): ‚Omnes homines vident
30 eum, unusquisque intuebitur procul.‘ **Pulli
eius lambunt**[a] **sanguinem,** eo quod teneri-
bus unguibus et rostro carnes solidas
lacerare non possunt, et intelligit per
sanguinem carnem mollem ex sanguine
F 57b coagulato factam, sicut cere|bella et epata
M 116c iuniorum | animalium, et ideo comparatur
viro, qui sanguine Christi reficitur, qui
peccato induratus non fuit. Io VI, (54):
‚Nisi manducaveritis carnem Filii ho-
minis et biberitis eius sanguinem, non
habebitis vitam in vobis.‘ **et ubicunque
fuerit cadaver,** per odoratum supple ni-
doris cadaveris, **statim adest.** Et propter
hoc comparatur viro, qui odore corporis
Christi percepto velociter movetur ad
ipsum. Mt XXIV, (28): ‚Ubi fuerit corpus,
illic | congregabuntur et aquilae.‘ E 53c

| **Et adiecit Dominus.** 31

Tangit hic consensum Iob in verba B 78a
Domini, et dicit duo sc. admirationem
velocis consensus, et confessionem im-
perfectionis ad Domini sapientiam ibi
(XXXIX, 33): *Respondens autem Iob Do-
mino dixit.*

Et hoc est: **Et adiecit Dominus** post
ostensionem suae sapientiae **et locutus
est ad Iob,** de consensu sc. in verba
sapientiae: **Numquid, qui contendit cum** 32
**Deo,** de regimine sc. vitae suae, dubitans
an iuste vel iniuste percussus sit, **tam
facile conquiescit?** ut sc. de verbis contra
se disputantis non dubitet. Iob XIII, (3):
‚Sed tamen ad Omnipotentem loquar, et
disputare cum Deo cupio.‘ **Utique, qui
arguit Deum,** et ex ratione videtur | ar- T 70a
guere, **debet respondere ei.** Is I, (18):
‚Venite, et arguite Me, dicit Dominus.‘
Mich VI, (3): ‚Popule Meus, quid feci
tibi, aut quid molestus fui tibi? responde
Mihi!‘ Sic fecit Ir XII, (1): ‚Iustus quidem
Tu es, Domine, si disputem Tecum: verum-
tamen iusta loquar ad Te.‘ **Respondens** 33
**autem Iob Domino dixit,** confitendo sc.
suam insipientiam ad aeternam sapientiam.
Iob XIII, (22): ‚Voca me, et respondebo
tibi: aut certe loquar, et tu responde
mihi.‘ **Qui leviter locutus sum,** leviter 34
loquitur, qui ex hoc, quod uno modo
verum est, simpliciter verum esse asserit,
sicut Iob, qui ex hoc, quod secundum
ordinem iustitiae humanae non iuste per-
cussus est, simpliciter non iuste se esse
| percussum asseruit. Iob XIX, (6): ‚Saltem M 116d
nunc intelligite, quod Deus non aequo
iudicio afflixerit me, et flagellis suis
cinxerit.‘

**respondere quid possum?** Iob IX, (3):
‚Si voluerit contendere cum eo, non re-

[a] lambent *FM*.

spondebit ei unum pro mille.‘ Rom IX, (20): ‚O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?‘ **Manum meam ponam super os meum**, cohibendo sc., ne aliquid loquatur contra Deum. Ps (LXXIV, 6): ‚Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.‘ Ez I, (25): ‚Cum fieret vox super firmamentum, quod erat imminens capiti animalium, stabant et submittebant alas suas.‘ Soph III, (11): ‚Auferam de medio tui magniloquos superbiae tuae.‘

**35** Et confitetur peccatum: **Unum locutus sum**, quod sc. ‚non aequo iudicio afflixerit me,‘ Iob XIX, (6). Et subdit poenitentiam: **quod utinam non dixissem.** Iustum enim iudicium est, quod est ad gloriam suam vel virtutis exercitium. De primo dicitur Io IX, (3): ‚Neque hic peccavit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo.‘ De secundo Tob XII, (13): ‚Et quia placuisti Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te.‘ **et alterum**, supple locutus sum, sc. quod de flagello murmurans dixi. Supra VI, (2): ‚Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas, quam patior, in statera.‘ Hoc enim dixi non considerans, quod secundum districtam iustitiam nemo iustus est in conspectu Dei, et nemo digna recipit, sed[a] plura meretur, quam
B 78b recipiat in flagellis. | Iob XI, (6): ‚Et intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua.‘ **quibus ultra non addam.** Gn IV, (7) secundum aliam translationem[1]: Peccasti? Quiesce. Eccli VII, (1): ‚Noli facere mala, et non te apprehendent.‘

## CAPITULUM XL.

**1** **Respondens autem Dominus Iob.**

M 117a AB hoc loco determinata iam | universali, quam intendit hac sc., quod in nullo regimine vitae animalis aliquid temporale respexit, cum inderet ei leges regiminis vitae | suae, et sic nec in regimine vitae F 57c
hominis respexit ad aliquid temporale, transit ad naturam universalem, et ostendit per perversitatem naturae cuiusdam universalis, quod tanta est perversitas in homine operationis de modis in natura, quod homo immunis a peccato | et a de- E 53d
licto esse non potest. Et ideo incassum murmurat de flagellis, quia semper in ipso invenitur, quod | flagellandum et T 70b
purificandum est per flagella.

Et dividitur in partes duas. Primo enim ostendit hoc ex perversitate naturae animalis sive brutalis, quae est in homine, quae multiplicitate suae tentationis subvertit omne, quod rectum est in hominis ratione. Propter quod Avicenna[2] dicit in ultima parte Metaphysicae suae, quae de moribus est: Quod omne, quod in ratione rectum est, pervertitur ex coniunctione intellectus ad imaginationem et sensum propter strepitum delectabilium in sensu. Secundo autem probat hoc ex immixtione serpentinae naturae et venenosae in naturam, quam serpens primo immisit in naturam Evae, Gn III, (1). Et incipit ibi (XL, 20): *An extrahere poteris Leviathan hamo.*

Prima dividitur in duas. In prima ostendit loquens ad hominem, quod purus esse non poterit, in secunda ex brutali sive animali natura ostendit causam impuritatis sive perversitatis ibi (XL, 10): *Ecce Vehemoth*[b], *quem feci tecum.* Et primum est, sicut responsio ad hominem, secundum autem ad orationem.

In primo tria sunt: Primo enim utitur transitu, secundo ponit quaestionem, ad quam disputare intendit ibi (XL, 3): *Numquid irritum facies,* tertio ad quaestionem terminandam ponit rationem ibi (XL, 4): *Et si habes brachium sicut Deus.*

Et[c] hoc est: | **Respondens autem Domi-** M 117b
**nus Iob**[c], dativi casus, et in Iob aliis amicis. Mc XIII, (37): ‚Quod uni dico, omnibus dico.‘ **de turbine**, hoc est de

[a] semper *add. FM.* [b] *Vehemoth CC, Behemoth Vulgata.* [c] Et . . . Iob *om. E.*

[1] *Gn 4, 7 sec. LXX, cf. Orig.; Migne 15, 181.*
[2] *Non inveni. Cf. col. 317/8 et Alb., De anima 3, 1, 6 sqq (V 322 sqq).*

conflictu disputationis et tentationis Iob,
qui habitus est, **dixit.** Iob IX, (17):
,Ipse enim quasi in turbine conteret me,
et multiplicabit vulnera mea etiam sine
causa.'
Dixit autem, causam perversitatis ho-
2 minis ostendens: **Accinge sicut vir lum-
bos tuos.** Nisi enim lumbi accingantur
evaporantibus concupiscentiis, sermones de
B 78c mo|ribus limpido oculo rationis audire non
poteris, sicut in praehabitis dictum est.
Unde IV. Rg I, (8) de Elia dicitur, quod
erat ,vir pilosus et zona pellicea accinctus
renibus,' pilosus, multae sc. cogitationis,
zona pellicea succinctus renes, ut memoria
mortis restringeret delectationes, ne errare
posset in electione. **interrogabo te**, de con-
sensu sc. et electione veritatis, **et indica
Mihi**, per responsionem sc., quid verum
aut quid eligendum sit.
3 Et ponit quaestionem: **Numquid irri-
tum facies iudicium Meum**, hoc est iudi-
cium rectum de Me, qui iniustus esse non
possum, dum de tuis meritis contra Mea
flagella disputas, **et**, id est, **condemnabis
Me**, tamquam iniuste te percusserim, **ut
tu iustificeris?** hoc est, iustus esse videaris,
et iniuste percussus, quasi dicat: non
facies. Ps (L, 6): ,Iustificeris in sermoni-
bus Tuis, et vincas, cum iudicaris.' Semper
enim Deus iustus invenitur, et per hoc
vincit, et homo iniustus, quando iudicium
hominis ad Deum refertur. Ez XVIII,
(25): ,Numquid via Mea non est aequa,
et non magis viae vestrae pravae sunt?'
Et ponit rationem, quod hoc esse non
M 117c possit, ad impossibile | deducens, si hoc vi-
4 detur. Et hoc est: **Et | si habes brachium
T 70c sicut Deus?** hoc est virtutem operativam,
quae non nisi recta esse possit, sicut dici-
F 57d tur[a] Hab I, | (13): ,Mundi sunt oculi Tui,
ne videas malum, et respicere ad iniquita-
tem non poteris.' **et voce simili**, supple
sicut Deus, **tonas?** ita quod falsum in
verbis tuis esse non possit. Contra quod
dicitur, Rom III, (4): ,Est autem Deus
verax; omnis autem homo mendax.' Ps
(CXV, 11): ,Ego dixi in excessu meo: omnis
homo mendax.' Tunc, inquam, si ita[b] est,
supple: **Circumda tibi decorem**, hoc est 5
conversationem, quae in omni verbo et
in omni actu deco|ra sit, quae solius Dei E 54a
est. Ps (XCII, 1): ,Dominus regnavit, de-
corem indutus est.'
De conversatione autem hominis dicitur,
Iob IX, (30 31): ,Si lotus fuero quasi
aquis nivis, et fulserint velut mundissimae
manus meae: tamen sordibus intinges me,
et abominabuntur me vestimenta mea.'
Et prosequitur impossibile ulterius: **et in
sublime erigere**, supple, si decorus es, et
hoc tibi non competit, cum de imo ele-
mento factus sis. Gn XVIII, (27): ,Lo-
quar ad Dominum meum, cum sim pulvis
et cinis.' **et esto gloriosus**, hoc est, digni-
fica te gloriosis ac magnis, quod tibi
nullo modo competit. I. ad Tim I, (17):
,Soli Deo honor et gloria.' **et speciosis
induere vestibus**, in nulla sc. parte sordi-
datae[c] conversatione, quod homini non
competit propter fragilitatem conditionis
humanae. Zach III, (3): ,Iesus erat in-
dutus vestibus sordidis.'
Et hoc in comparatione ad bonum, in
quo purus esse non potes, recedendo etiam
a malo non potes esse perfectus. Et hoc
est: **Disperge superbos in furore tuo.** 6
In furore | superbos dispergit, qui M 117d
nulli superbo consentit, et indignatur ad
omnem superbum. Tob IV, (14): ,Super-
biam in tuo animo numquam dominari
permitte. In ipsa enim initi|um sumpsit B 78d
omnis perditio.' In furore autem dicit,
quia cum indignatione repellenda est su-
perbia, et dicitur superbia hic generaliter
omnis fastus et altitudo cordis, quo cor
non vult supponere se praecepto et prae-
cipienti Deo. Ps (XXXV, 12 13): ,Non
veniat mihi pes superbiae: et manus pec-
catoris non moveat me. Ipsi ceciderunt
omnes.' **et respiciens**, supple indignationis
oculo, **omnem arrogantem**, qui sc. sibi in
magnis attribuit, quod non competit, **hu-
milia**, ut sc. de se magna non sentiat,
sed humilia. Iac IV, (16): ,Deus super-
bis resistit, humilibus autem dat gra-

[a] Dei *TFM*. [b] sic *add. T*. [c] sorditate *CC*.

tiam.‘ Salustius[1]: Frangit Deus omnem
superbum.
7 Et hoc ulterius adhuc exaggerat: **Re-
spice**, indignanter sc., **cunctos superbos**,
ut sc. detesteris superbiam eorum. Am
VI, (8): ‚Iuravit Dominus Deus in animam
suam, dicit Dominus Deus exercituum:
Detestor Ego superbiam Iacob.‘ **et con-
funde eos**, ad poenitentiam sc. Ir XXXI,
(19): ‚Confusus sum, et erubui, quoniam
sustinui opprobrium adolescentiae meae.‘
**et contere impios**, hoc est omnes motus
impietatis, **in loco suo**, hoc est in primo
ortu suo, ut sc. ad nihilum redigantur. Is
XXXIII, (14): ‚Contriti sunt in Sion pec-
catores, possedit timor hypocritas.‘ Et
8 exaggerat hoc: **Absconde eos in** | **pulvere**
T 70d **simul**, quasi supple sepeliendos statim;
et hoc maxime fit, cum memoramur nos
in pulverem convertendos. Eccli VII, (40):
‚In omnibus operibus tuis memorare no-
vissima tua, et in aeternum non peccabis.‘
Eccli X, (9): ‚Quid superbit terra et cinis?‘
M 118a | **et facies eorum**, hoc est statim in prima
facie, dum apparuerit, **demerge in foveam**,
per comminationem sc. foveae inferni.
Is XIV, (11): ‚Detracta est ad inferos
superbia tua, concidit cadaver tuum.‘ Et
ibidem (Is XIV, 15): ‚In infernum de-
9 traheris in profundum laci.‘ Et, supple,
si sis sic perfectus ad bonum et in re-
cessu a malo, **ego confitebor**, hoc est,
testimonium reddam tibi, **quod salvare
te**, quia tunc divinae virtutis es, et non
humanae infirmitatis, **possit dextera tua**,
hoc est virtus operativa, illa enim Dei
dextera est. Ps (CXVII, 16): ‚Dextera
Domini fecit virtutem, dextera Domini
F 58a exaltavit me.‘ Hoc autem homini non |
competit, qui in se non habet nisi cau-
sam perditionis, et salus sua a Deo est.
Os XIII, (9): ‚Perditio tua, Israel: tantum-
modo ex Me auxilium tuum.‘

10 **Ecce Vehemoth.**

Ostenso, quod homo non potest esse mundus, et ideo iniuste murmurat de verbere ex brutali natura, quae est in homine, demonstrat causam im|munditiae. E 54b
Perversitatis enim causa est, ut dicit Avicenna[2], quod, cum intellectus rectus sit de se, coniungitur imaginativo et sensibili, quae strepitu et multiplicitate delectabilium sensibilium pervertunt eligentiam intellectus. Imaginativum autem et sensitivum animalia sunt, sicut dicit Apostolus, I. ad Cor II, (14): ‚Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei‘; ubi dicit Glossa[3], ‚quod animalis vita est, qui dissoluta lascivia fertur in delectabilia quinque sensuum, quam intra metas suas spiritus | rector non continet.‘ Et B 79a
illam naturam sic corruptam et infectam, quae causa perversitatis est, hic vocat Vehemoth, quia Vehemoth interpretatur animal. Iudas in epistola (v. 18 et 19) sua: ‚In novissimis temporibus veniunt illusores secundum desideria sua ambulantes, non in | pietate. Hi sunt, qui segregant M 118b
semetipsos, animales, Spiritum non habentes.‘

Talis igitur causam corruptionis describens, duo dicit: sc. vires corruptionis illius naturae in nobis, et modum, quo vinci potest et redigi ad virtutem ibi (XL, 19): *In oculis eius, quasi hamo.*

In primo tria sunt. In primo describit vires eius, quas habet ex delectabili et membrorum, in quibus dominatur, compositione. In secundo ex delectabilium multiplicitate ibi (XL, 15): *Huic montes.* In tertio ex rationis inclinatione ibi (XL, 18): *Ecce absorbebit.*

Et hoc est: **Ecce**, quasi dicat in evidenti est causa subversionis tuae, **Vehemoth**, quod animal interpretatur, hoc est animalis et brutalis natura, quae in te est, **quem feci tecum**, ut non tantum esses intellectus purus, sed haberes intellectum animalem, et quasi bovinum. Et hoc est, quod sequitur: **foenum quasi bos comedet**, hoc est, quae videntur virides, carnalibus delectationibus perfruetur. Hoc signatum est, Dn IV, (29): ‚Cum bestiis ferisque erit habitatio tua: et foenum ut bos co-

[1] *Inter Gai Salusti Crispi operum reliquias (Lips. 1856) non inveni.*
[2] *Cf. col. 472 annot. 2.* [3] *Glossa ord. ad 1 Cor. 2, 14; Migne 114, 522.*

medes.' Et ibidem dicitur (Dn IV, 13): ,Cor eius ab humano mutetur, et cor
T 71a ferae detur ei.' Cor | enim hominis ab humano mutatur, quando intellectum rectum non sequitur, sed naturam ferialem et bestialem.

Et subdit compositionem membrorum, in quibus magis dominatur, primo in masculo, secundo in femina. Et hoc est:
11 **Fortitudo eius in lumbis eius**, quantum ad masculum. In *lumbis* enim nervi sunt sensitivi, per quos semen a cerebro et a corpore descendens et tangens intima nervorum titillando libidinem concitat et vi delectationis sapientiae mentem inclinat et subvertit. Et hoc est, quod dicit Aristoteles[1] in VII. Ethicorum ex Homero: Doli complicatrix Venus sive Cypris, et cingulum Veneris furata est
M 118c mentem valde sapientum. | Eccli XIX, (2 3): ,Vinum et mulieres apostatare faciunt etiam sapientes et arguent sensatos. Et qui se iungit fornicariis, nequam erit.' **et virtus illius**, hoc est ultimum potentiae illius, **in umbilico ventris eius**, quantum ad feminam. Matrix enim, cuius nervos tangit semen susceptum in coitu, conum habet ad umbilicum, et dum illi nervi tanguntur, femina intense delectatur. Ez XVI, (4): ,In die ortus tui non est praecisus umbilicus tuus.'

Qualiter autem semen ad genitalia com-
12 primatur, subdit: **Stringit caudam quasi cedrum.** *Caudam* vocat genitale membrum eo, quod cauda omnium nervorum est et ab extremitatibus omnium nervorum compositum, quod vi delectationum strictum omnes stringit nervos, quorum
B 79b constrictione | per totum corpus per concavitatem nervorum et spongositatem car-
E 54c nis exprimitur | semen et deducitur ad locum generationis, ut dicit Avicenna[2],
F 58b sicut serum exprimitur a[a] | caseo. Comparat autem hoc constructioni *cedri*, quia cedrus forte lignum est et, cum premitur, succum emittit sanguineum. Unde ex fortitudine fortitudini comparatur libidinis, ex sanguineo succo comparatur semini generationis. Quia, sicut dicit Avicenna[3], semen superfluum est quartae digestionis, humor autem quartae digestionis ex sanguine exprimitur et colatur.

Quod qualiter ad locum generationis deducatur[b], adhuc subdit: **nervi testiculorum eius perplexi sunt.** *Testiculi*, ut dicit Aristoteles[4], semen attrahunt, ut ventosa, hoc est calore colerae[c], de qua facti sunt, sicut ventosa calore[c] ignis immissi. Suspensi sunt autem in caudis nervorum et nervi collimitati caudis suis per totum corpus complexi sunt reticulatim, ut undique semen trahant et exprimant. In tali
vi idolum | libidinis coluerunt, de quibus M 118d
dicitur in Ps (CV, 28): ,Initiati sunt Beelphegor.' Nm[d] XXV, (3): ,Initiatus est Israel Beelphegor[d]; et iratus est Dominus.' Beelphegor enim dicitur quasi bel phogor, hoc est deus tentiginis[5], qui figurabatur stricto et tenso, verebundo et pudibundo, cuius totum corpus reti involutum ad pudibundum trahebatur. Cuius vires adhuc ulterius exprimit subdens:
**Ossa eius**, per *ossa* metaphorice loquens 13
intelligit robur et fortitudinem animalis delectationis, unde addit: **velut fistulae**
**aeris.** *Aes* enim sonorum est | et fistula 71b
dulciter sibilat, et per *fistulam* intelligit deceptionem, quam inducit animalis delectatio, secundum quod etiam in poematibus[6] dicitur:

,Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.'

Et secundum quod dicitur in Ovidio[7], quod Argus, licet centum luminibus cinctum caput haberet, tamen sibilo fistularum clausi sunt et adulterium perpetratum est, et sic vires delectationis car-

[a] de *EFM.* [b] deveniat *FM.* [c] colerae . . . calore *om. E.* [d] Nm . . . Beelphegor *om. EFM.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 7, 6, 3 (II 82). Cf. col. 353/40.*
[2] *Cf. Avic., Canon. Fen. 3, 20, 1, 1 (Venet. 1564 I 886).* [3] *ib. 3, 20, 1, 3 (ib. I 888).*
[4] *Cf. Arist., De anim. gener. 1, 12 (III 326) et Alb., De animal. 1, 2, 24 (XI 115).*
[5] *Cf. Alb., In Ps. 105, 28 (XVII 96 et 97).* [6] *Cato, Dist. 1, 27 (Budap. 1895 p. 21).*
[7] *Ovid., Metam. 1, 688.*

nalis enervant vim mentis, et vincit delectatio.

**cartilago illius quasi laminae ferreae;** cartilago medium est inter duritiam ossis et mollitiem carnis et a natura interponitur in iuncturis laxis, ubi duo ossa conveniunt, ne durum tangens durum se invicem comminuant et frangant; et ita facit concupiscentia; omne, quod durum est, molli nititur excipere et nihil asperum sentire, quae mollities propter hoc, quod ubique per corpus dilatata est, lamina dicitur. Propter hoc, quod rationis severitatem domat et emollit, dicitur ferrea; ferrum enim domat cetera metalla, ut dicitur, Dn II, (40). Hoc sub alia metaphora dicitur, Ez XIII, (18): ,Vae, qui consumit pulvillos sub omni cubito manus.' Mt XI, (8): ,Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt,' hoc est
M 119a B 79c deliciosorum. | Reges | enim maxime concupiscentiis subiacent, sicut Sardanopolus [1].

Quantae [a] autem adhaerentiae sit ista mollities sensualitatis, ostendit subdens:
14 **Ipse est principium viarum Dei**, viae Dei dicuntur prima vestigia divinae virtutis in generatione hominis, in quibus primo apparet, quod animale est ante manifestationem rationis. I. ad Cor XV, (46): ,Non prius, quod spirituale est, sed quod animale; deinde, quod spirituale est.' Aristoteles [2] etiam dicit in XVI. Animalium, quod non est vivum et animal simul, neque homo et animal simul. Unde quia complantata naturae est haec delectatio, propter hoc magis stringit et magis tenet et invincibilior est, ut dicit Aristoteles [3] in secundo Ethicorum.

Ne tamen omnino sit desperatio, quin inredigibilis sit ad medium virtutis temperantiae, subdit: **qui fecit eum**, Vehemoth sc. virtute divina | supple, **applicabit gladium eius**, quo pugnat, sc. contra rationem, ne omnino sc. eam confodere possit. E 54d
Est enim oboedibile rationi, ut dicit Aristoteles [4], et tunc impletur illud Is | II, (4): ,Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces.' Tunc enim vomere disciplinae excolitur concupiscibilis, ut frugem ferat iustitiae et virtutis. F 58c

**Huic montes.** 15

Ostendit hic violentiam animalitatis ex multiplicitate delectabilis, et dicuntur hic tria, sc. delectabilis multiplicitas, delectationis locus, et delectationis adhaerentia. Et hoc est: **Huic**, sc. Vehemoth, **montes**, hoc est eminentiae delectabilium in concupiscentia carnis secundum tactum et secundum gustum, secundum quod est quidam tactus. In illis enim in summo est delectatio, ut probat Aristoteles [5] in secundo Ethicorum. **herbas ferunt**, hoc est virentem et amoenam pasturam. Dn IV, (12): ,In herbis, quae foris sunt, et rore caeli tingatur, et cum feris in herba terrae sit pars eius.' Hoc | dicitur de M 119b
eo, qui ab huma|no ad bovinam naturam T 71c
mutatus est. **omnes bestiae agri**, hoc est omnes bestiales motus agrestes, **ludunt ibi**, hoc est ad herbas illas. Ps (CV, 20): ,Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis foenum.' Et dicitur de illis, qui gloriam rationis in concupiscentiae subversionem transmutant.

Et subdit de loco summae delectationis,
ubi quiescunt: **Sub umbra dormit**, hoc 16
est, in loco umbroso infimo ventri subnexo [b] dormit, hoc est, quiescit. Unde Apuleius [6] in libro, qui de politica Platonis est, Platonem inducit dicentem, quod concupiscentiam in infimis quasi in inferno sepelivit, ubi umbra est ex caligatione rationis. Iob XXIV, (15): ,Oculus

[a] Quanta *TEFM.* [b] subnixo *E.*

[1] *Cf. Alb., Eth. 1, 5, 7 (VII 67). Cf. col. 420 annot. d.*
[2] *Arist., De animal. generat. 2, 3 (III 351); cf. Alb., De anim. 15, 1, 10 (XII 156).*
[3] *Cf. Arist., Eth. Nic. 3, 1, 24 (II 26); 3, 12, 7 (II 38).*
[4] *Arist., Eth. Nic. 1, 13, 17 (II 14).*
[5] *Cf. Arist., Eth. Nic. 3, 10, 11; cf. Alb., Eth. 3, 3, 4 (VII 258 sqq).*
[6] *Cf. Apul., De habitudine 1 (Bipont. 1788 II 169).*

adulteri observat caliginem, dicens: Non me videbit oculus.‘ **in secreto calami,** hoc est ad quem locum secretum, quia pudendum; calami, hoc est, concavitates nervorum venarum et spongiositatum corporis sicut calami quidam descendunt, **in locis humentibus,** humor enim per ca-
B 79d lamos de|scendentes ministratur[a] in fomentum libidinis, ibi enim incitatur calido et movetur, humido habet materiam; ventoso rigescunt[b] membra in turpem actum, unde ille locus proprius est Vehemoth. Isti sunt calami vento exagitati, in quibus non habitavit Iohannes. Mt XI, (7): ‚Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam,‘ quasi dicat: non.

**17** Et subdit de adhaerentia: **Protegunt umbrae umbram eius.** Umbras vocat species delectabilium, sicut forma in speculo umbra dicitur, quae species multiplicatae in sensibus protegunt umbram, hoc est speciem delectabilis in concupiscentia receptam, propter quod Aristoteles[1] dicit in secundo Ethicorum, quod in tali concupiscentia oportet in contrarium niti et fugere, et quod senes plebis patiebantur ad Helenam, hoc oportet nos pati ad delectationem. Senes enim plebis
M 119c videntes Helenam | dixerunt: Fugiamus, fugiamus! Quod in fabulis Ovidii[2] de Gorgone dicitur, quae aspecta immobiles et insensibiles fecit stare homines quasi ligatos, quam Perseus averso vultu protectus clypeo perspicuo, qui rationem significat, gladio severitatis capite amputato occidit. Iob XXXI, (1): ‚Pepigi foedus cum oculis meis, ut non cogitarem quidem de virgine.‘ Ps (CXVIII, 37): ‚Averte oculos meos, ne videant vanitatem.‘

Et de adhaerentia adhuc subdit: **circumdant eum salices torrentis.** Salix pro flore spumat viscosum humidum et spumosum, quod in lanuginem conversum vento depellitur. Est autem umbra eius frigida et iuxta tor|rentes elevatur et E 55a
dilatatur, per quod poetice dicere vult, quod iuxta torrentes ciborum et potuum convalescit Venus et spumare incipit in libidinem, propter quod in fabulis Ovidii[3] de spuma maris dicitur esse nata, et infrigidata extrinsecus, interius magis inarescit[c]. Gregorius[4]: Venter mero aestuans facile despumat in libi|dinem. T 71d
Hieronymus ad Marcellam[5]: Non Aetnei montes, non vulcanei ignes ita aestuant, sicut | iuveniles medullae vino et dapibus F 58d
inflammatae.

[d] **Absorbebit fluvium.** Hic tangit, quanta **18**
vi inclinat rationem, et fluvium vocat fluxiles[e] in concupiscentia, quos absorbet brutalitas, et hoc non est mirum[f]. | Gn B 80a
XLIX, (4) dicitur de libidinoso: ‚Effusus es sicut aqua; non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, et maculasti stratum eius.‘ II. Rg XIV, (14): ‚Omnes morimur, et quasi aquae dilabimur in terram.‘ **et habet fiduciam** ex violentia tentationis et adhaerentiae, **quod influat Iordanis,** | qui interpretatur descensus M 119d
iudicii, et significat iudicium rationis descendens in sensualitatem, **in os eius,** ut sc. ratio absorbeatur et homo totus concupiscentiae mancipetur, sicut influxit in os eius Ruben primogenitus Iacob, Gn XLIX, (4), sic Samson Idc XVI, (16), sic David II. Rg XI, sic Salomon III. Rg XI, (1). Eccli XLVII, (21 22): ‚Inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo: posuisti maculam in gloria tua, profanasti semen tuum.‘ Sic populus Israeliticus initiatus Beelphegor Nm XXV, (3). Sic dictum est III. Esr IV, (15), quod fortiores sunt mulieres.

[a] ministratum *BT correxi ex EFM.* [b] ungescunt *B correxi ex TEFM.*
[c] inarescit *B correxi ex TEFM.* [d] **Ecce** *add. FM. lacunam hic habet T.*
[e] fluxibiles *EFM.* [f] si absorbeat tales, qui quasi aquae sunt, unde *add. FM.*

[1] *Arist., Eth. Nic. 2, 9, 6 (II 23).* [2] *Ovid., Metam. 4, 778 (Bipont. 1807 II 118).*
[3] *ib. 4, 537.*
[4] *Cf. Greg., Mor. 31, 45, 89; Migne 76, 622. verbotenus apud Hier., Ep. 69 (al. 83) ad Oceanum 9; Migne 22, 663.* [5] *Hier., Epist. 54 (al. 10) ad Furiam 9; Migne 22, 554.*

Ne autem desperatio fit, subdit, qua-
19 liter vinci poterit, et hoc est: **In oculis eius**, oculi eius, quod irrationabile est per naturam oboedibile autem rationi per oboedientiam, sunt respectus concupiscibilis et irascibilis ad rationem, ut dicit Aristoteles[1] in fine primi Ethicorum, quod dupliciter est rationem habens, hoc quidem principaliter et in seipso habens rationem, hoc autem, quemadmodum a patre audibile. Audit enim rationem, sicut filius patrem, et in oculis illis, quibus respicit ad rationem, sicut ad patrem, ipsa ratio **quasi hamo capiet eum**, Vehemoth sc., et attrahit eum. Eccle IX, (12): ‚Sicut pisces capiuntur hamo et aves laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo.' In[a] hoc aperte dictum est Ct I, (3): ‚Trahe me post te.' Eccli XXVI, (13): ‚In filia non avertente se,' a delectabilibus supple, ‚firma custodiam: ne inventa occasione abutatur se.' **et in sudibus**, hoc est acutis praeceptis et assuetudine difficilium operum, **perforabit nares eius**, per quas sc. trahit odorem delectabilium; perforabit autem, ut trahere non possit. Et prosequitur metaphoram bovis, quia, cum lascivit, circulo naris retrahitur ad
M 120a iugum. Is XXXVII, (29): ‚Ponam | circulum in naribus tuis, et reducam te per viam, per quam venisti.' Eccli XXXIII, (27): ‚Iugum et lorum curvant collum durum, et servum inclinant operationes
B 80b assi|duae.'

Per omnia haec determinare intendit id, de quo maxima fuit pars disputationis, an sc. mundus possit esse natus ex muliere ita sc., quod nullo modo sit puniendus, nec aliquid inveniatur in ipso
T 72a corrigendum per verbera, | et hanc quaestionem determinat in partem negativam, sc. quod non propter nimiam vim et multiplicem sensualis delectationis, et hoc iam habitum est[2].

Et transit ad secundam rationem eiusdem, unde subdit:

20 **An extrahere poteris.**

Sicut per Vehemoth | sensualitas intel- E 55b
ligitur in homine, quae est animalis vita, hoc est, qui fertur in delectabilia quinque sensuum dissoluta lascivia, quam intra metas suas spiritus rector non continet, ita per Leviathan infectio primi serpentis intelligitur, quae sicut venenum infusa in Evam primam matrem in totum genus humanum sicut in mare quoddam redundavit, propter quod, ut dicitur Eph II, (3): ‚Omnes nascimur filii irae.' Et in Ps (L, 7): ‚In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.' Et illud Io IX, (34): ‚In peccatis natus es totus.' Propter quam infectio-
nem, quasi secundo | medio probatur, quod F 59a
natus de muliere perfecte mundus esse non potest, quin semper inveniatur in ipso, quod purgandum et puniendum sit. Et in hoc etiam ipse Iob consensit disputantibus contra se. Unde supra IX, (2) dixit: ‚Vere scio, quod ita sit, et quod non iustificetur homo comparatus Deo.' Haec enim, quae de Iob hic dicuntur, poetice et versifice descripta sunt, ut dicit Hieronymus[3] in proëmio Galeato. Quod prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur; nimis enim fabulosum est
et | Iudaicis mendaciis confictum, quod M 120b
Vehemoth bos sit, cuius corpus VII milliaria contineat, collum unum et caput unum, et sic IX in universo contineat, et cuius cauda sit sicut silva cedrina; Leviathan autem sit serpens vel piscis circulo corporis sui totum globum terrae cingens, qui radios solis et solem apprehendere nitatur et devorare, et sic solem semper in circulo suo exagitet fugientem, propter quod Leviathan intelligimus infectionem primi serpentis in naturam humanam infusam, quae hominem omnino mundum et purum esse non permittit, sicut dicitur Is LXIV, (5 6): ‚Tu iratus es, et peccavimus: et in ipsis fuimus semper. Facti sumus ut immundus omnes nos, quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae, et cecidimus quasi folium

[a] Et *E*.

[1] *Arist., Eth. Nic. 1, 13, 18 (II 14).* [2] *Cf. col. 472/15.* [3] *Cf. col. 9/46.*

B 80c universi, et iniquitates | nostrae quasi ventus abstulerunt nos.'

Et hoc ostendit nomen Leviathan; interpretatur[1] enim additamentum eorum, quia talis infectio addita supra naturam humanam causa totius perversitatis est. Quod iterum dicatur, quod Leviathan est malitia privationis infusa in totam materiam, sicut dixerunt philosophantes Iudaei[2], Moyses[2] Aegyptius sc., Abraham[3] Hispalensis et Isaac[2] et Iacob[2] Alkindi et quidam alii, nihil est ad propositum. Ex hoc enim sicut ex proprio principio non potest concludi, quod homo non potest esse mundus, quod pro certo hic Dominus ostendere intendit. Unde Leviathan hic intelligimus infectionem primi serpentis, et secundum hoc dividitur iste tractatus in duas partes.

In quarum prima ostendit hanc infectionem non esse perfecte a natura hu- T 72b mana ex|piabilem; in secunda ostendit eam esse in natura humana et radicatam et firmatam et a nullo puro homine auferibilem ibi XLI, (1): *Non quasi crudelis.*

M 120c Prima adhuc dividitur in duas: | Primo enim ostendit, quod dictum est, secundo corrigit errorem, qui circa hoc est ibi: (XL, 27): *Memento belli.*

In primo duo sunt: Primo enim universaliter dicit, quod a natura humana Leviathan expiari non potest, secundo hoc quasi inductive per modos particulares ostendit ibi (XL, 21): *Numquid pones circulum.*

Et hoc est: **An extrahere poteris Le-** E 55c **vi|athan hamo**, quasi dicat: non poteris, et per hamum intelligitur abstractio rationis ad rectum virtutis. Vitia enim concupiscentiae hamo rationis trahuntur. Infectio autem infusa in naturam extrahi non potest, quod significatur Mt XVII, (26), ubi dixit Dominus Petro, quod mitteret hamum in mare et piscem, qui ascenderet, tolleret. Significatur etiam Tob VI, (4), ubi piscem unum extraxit, universos autem trahere non potuit. Corruptio ergo totalis trahi non potest **et**, supple numquid, **fune**, hoc est ligamento gratiae vel virtutis. Eccle IV, (12): ‚Funiculus triplex difficile rumpitur,' qui sc. complexus est gratia praeveniente et subsequente et morali virtute, **ligabis linguam eius?** Lingua serpentis, ut dicit Aristoteles[4], bifurcata est et fissa, per quam venenum infundit, quae ligari non potest, quin semper per naturam serpat venenum infusum per linguam serpentis. Hoc est enim, de qua potissime intelligitur illud Iac III, (8): Lingua, ‚inquietum malum, plena veneno mortifero'.

Et ponit modos speciales, quibus extrahi non potest: **Numquid pones circulum** 21
**in naribus eius.** | Nares vocat, per quas B 80d spiritum mortiferum emittit. Iob XLI, (11): ‚De naribus eius procedit fumus, sicut ollae succensae atque ferventis.' Apc IX, (2): ‚Ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnae, et obscuratus est sol et aer de fumo putei.' Leviathan propter profundum ma|litiae puteo com- F 59b paratur.

**aut armilla perforabis maxillam eius?** quasi dicat: non facies: Usus ma|xillae M 120d est, ut dicit Galenus[5], ad continendum sub dentibus, quae masticantur, ne effluant. Et virtutem Leviathan significat qua naturam humanam sub dentibus continet. Armilla autem ornamentum est dexterae magna operantis in virtutibus heroicis. Et est sensus, quod nullo opere virtutis perforatur maxilla Leviathan, quin semper contineat humanam naturam ad masticandum. Et hoc est, in quo potissime intelligitur illud Prv XXX, (14): ‚Est generatio, quae pro dentibus habet gladios, et commandit[a] molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus.'

[a] inopes *add. EFM.*

[1] *Cf. Alb., In Io. 8, 44 (XXIV 361).* [2] *Non inveni.*
[3] *Abraham Ben David, Das Buch Emunah Ramah (Weil, Francof. 1852, p. 118).*
[4] *Arist., De part. animal. 2, 17 (III 250).* [5] *Non inveni.*

Et quia posset aliquis dicere, quod, si
non potest extrahi, tamen potest cogi et
subici, respondet ad hoc et dicit: quod
22 non. Et hoc est: **Numquid multiplicabit
ad te preces,** sicut supple conculcatus et
subiectus. Quasi dicat: non. Pertinax enim
est et protervus in malitia. Ps (LXXIII,
23): ,Superbia eorum, qui Te oderunt,
T 72c ascendit semper.‘ | Is XLVIII, (4): ,Durus
es tu, et nervus ferreus cervix tua, et
frons tua aerea.‘ **aut loquetur tibi mol-
lia?** parcendo sc. et supplicando; quasi
dicat: non faciet. Sap XII, (10): ,Natu-
ralis malitia eorum immutari non pot-
erat.‘ Iob XLI, (15): ,Cor eius indura-
bitur quasi lapis, et stringetur quasi
malleatoris incus.‘

Sed quia iterum aliquis posset dicere,
quod coactus inibit[a] pactum, ut ulterius
non laedat, respondet: quod non. Et hoc
23 est: **Numquid feriet tecum pactum,** quasi
dicat: non faciet, sed semper quaerit
occasionem laedendi. I. Petr V, (8):
,Adversarius vester diabolus tamquam leo
rugiens circuit, quaerens quem devoret.‘
et, numquid supple, **accipies eum servum
sempiternum?** ut sc. subiectus serviat,
et non ut praepotens quaerat dominari,
quasi dicat: non faciet. Ir III, (5): ,Ecce
locuta es, et fecisti mala et potuisti.‘ Et
pro verbis poenitentiae, verbis superbiae
blasphemasti, implesti malam cogitatio-
M 121a nem | tuam, et ostendisti contra virum
fortitudinem tuam, ut possis facere, quod
E 55d | sermone tractasti.

Et quia iterum aliquis diceret, quod,
si cogi non potest, decipi potest et ita
24 excludi, subdens removet hoc: **Numquid
illudes ei quasi avi,** ut decipias eum
supple, quasi dicat: non. Ir IV, (22):
B 81a ,Sapientes | sunt, ut faciant mala; bene
autem facere nescierunt.‘

Et quia iterum dici posset, quod multa
familia virtutum ligari posset, ut non
noceret vel saeviret, excludit hoc sub-
dens: **aut ligabis eum ancillis tuis?** hoc
est viribus et virtutibus ancillantibus tibi,
quasi dicat: non. De istis ancillis
dicitur Prv IX, (3): ,Sapientia misit an-
cillas suas, ut vocaret ad arcem et ad
moenia civitatis.‘

Et quia iterum diceret quis, quod multi-
tudine amicorum iuvantium concidi posset
et occidi, excludit hoc subdens et sup-
pletur Numquid **concident illum amici?** 25
quasi dicat: non, quin potius efferatus
totum concidit hominem. Iob XVI, (15):
,Concidit me vulnere super vulnus, irruit
in me quasi gigas.‘

Iterum autem dici posset, quod[b] multis
conductis debellari posset[b], et hoc excludit
subdens et suppletur Numquid **divident
illum negotiatores?** quasi dicat: non. Et
vocat negotiatores, qui propter pretium
negotiandum pugnarant contra Leviathan
per partes dividendo eum. Iob XV, (31):
,Non credat frustra errore deceptus, quod
aliquo pretio redimendus sit.‘

Et subiungit alium modum extrahendi:
**Numquid implebis sagenas pelle eius?** 26
Sagenas vocat multas artes et studia
ad extrahendum, sicut Stoici multa studia
fecerunt, ut vitiis dominarentur; pellem
vero vocat exteriorem superficiem Levia-
than, nec pellem unquam[c] abstrahere pot-
erant, quin in conversatione eorum ap-
pareret pellis Leviathan, ita quod vitiis
videbantur esse vestiti, quin potius econtra
Leviathan in sagena sua | traxit | eos. T 72d M 121b
Hab | I, (15): ,Totum in hamo suo sub- F 59c
levavit, traxit illud in sagena sua, et
congregavit in rete suo‘[d]. **et,** supple
numquid implebis **gurgustium piscium
capite illius?** quasi dicat: non facies.
Gurgustium instrumentum piscatorum
est plexum virgis in profundum immersum
et[e] est nomen fictitium[e f], quia aqua trans-
iens per intercarpedines gurgur sonat, et
inde instrumentum[g] dicitur, in quo pisces
magni capita imponunt, et postea cuspi-
dibus obviantibus[h] redire non possunt.
Significat autem profunda studia scientia-

[a] negabit *E,* non habuit *FM.* [b] quod . . . posset *om. EFM.* [c] iniquam *E.*
[d] suum *Vulgata.* [e] et . . . fictitium *om. FM.* [f] factitium *T.*
[g] gurgustium *add. TEFM.* [h] obstantibus *E.*

rum moralium; caput autem principium infectionis Leviathan significat, quod profundis studiis teneri non potest, quin semper inficiat. Hab I, (17): ‚Expandit sagenam suam, et semper interficere gentes non parcet.‘

Multis enumeratis modis, quibus extrahi posse videbatur Leviathan, univer-
27 saliter subdit: **Po|ne super eum manum**
B 81b **tuam,** supple, si poteris, ut sc. in potestate tua sit, quod fieri non potest in hac vita. Hab I, (10): ‚Ipse de regibus triumphabit, et tyranni ridiculi eius erunt, ipse super omnem munitionem ridebit.‘

**Memento belli.**

Hic removet errorem, qui ex dictis oriri posset. Posset enim aliquis credere, quod aliquo modo dicto Leviathan posset extrahi, et sic mundus homo esse a peccato.

Et hoc excludens dicit: **Memento belli,** hoc est disputationis inductae de Vehemoth et Leviathan, qua contra te bellans te convici[a], **nec ultra addas loqui,** dicendo sc. te in iudicio Meo esse mundum et sine culpa percussum. III. Rg VIII, (46): ‚Non est homo, qui non peccet.‘

Iterum posset credi, quod numquam evacuandus esset Leviathan ab humana
28 natura. Hoc excludit subdens: **Ecce, spes**
**eius frustrabitur eum,** qua sc. sperat hu-
E 56a manum genus se semper in po|testate
habiturum.

In fine enim per iudicium extremum amittet in sanctis, et hoc est, quod sequitur: **et,** id est quia, **videntibus cunctis praecipitabitur,** in iudicio extremo et potestas ei auferetur. I. ad Cor XV, (54 55): ‚Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus?‘ Is XXX (31 32): ‚A voce Domini pavebit Assur virga percussus. Et erit transitus virgae eius fundatus‘, hoc est finitus, ‚quam requiescere faciet Dominus
M 121c super ipsum.‘ Is | XXV, (8): ‚Praecipi-
tabit mortem in sempiternum, et auferet Dominus Deus omnem lacrimam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universa terra.‘

## CAPITULUM XLI.

**Non quasi crudelis.** 1

HIC ostendit infectionem serpentis in humana natura esse firmatam et radicatam, ita quod virtute hominis puri abstergi non potest, et habet partes duas: In quarum prima ostendit, quod dictum est; in secunda ostendit, qualiter in tremendo iudicio auferetur ibi (XLI, 16): *Cum sublatus fuerit.*

In prima parte duo sunt: | Primo enim T 73a
solvit quandam quaestionem, quae posset fieri, secundo terribilitatem serpentis ostendit ex radicatione et confirmatione malitiae ibi (XLI, 5): *Per gyrum dentium eius formido.*

In prima parte duo sunt, solutio sc. et ratio solutionis ibi (XLI, 4): *Quis revelavit faciem indumenti eius.* Quaestio autem, quae fieri potest, haec est: ex quo tam crudelis est et tanti nocumenti, quare permittit eum Deus suscitari in tentationem et vexationem sanctorum; per hoc enim videtur esse crudelis in sanctos. Et respondet Dominus, quod ut bonus et sapiens permittit hoc, licet ille ut crudelis non intendat nisi nocumentum et interfectionem eorum, quos tentat.

Et hoc est: **Non quasi crudelis suscitabo illum,** hoc est, suscitari permitto, et
est responsio ad id, quod supra | habitum B 81c
est XXX, (20 21): ‚Clamabo ad Te, et non exaudies me: sto, et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus Tuae adversaris mihi.‘ Et respondet Dominus, quod non ut crudelis, sed ut pius pater suscitat eum
permissa potestate, suscitat enim | eum ad F 59d
peccati purgationem et virtutis exercitium et humilitatis custodiam. Is X, (5 6): ‚Vae, Assur, virga furoris Mei et baculus ipse est, in manu illius indignatio Mea. Ad gentem fallacem mittam eum, et ad populum furoris Mei mandabo illi.‘ Et post pauca (Is X, 7): ‚Ipse autem non

[a] et hoc est, quod sequitur *add. TEFM.*

sic arbitrabitur, et cor eius non ita aestimabit, sed ad contendendum erit cor eius, et ad interniciem[a] gentium non paucarum.‘
M 121d | Prv XIII, (24) et Hebr XII, (7): ‚Quis filius, quem non corripit pater?‘ hoc est, corripi non permittit, quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri et non filii estis.

Et quasi aliquis quaereret, qua potentia hoc faceret, subdit: **Quis enim resistere potest vultui Meo?** hoc est vultuositati, quia in ira crescit vultus, et ideo supple, quos volo et quando volo, possum eripere. Iob IX, (13): ‚Deus, cuius irae resistere nemo potest.‘ Rom IX, (19): ‚Voluntati eius, quis resistit?‘

Et tamquam quis quaereret, unde hoc ex iustitia debeat permittere, cum simplices et boni, sicut fuit Iob, hoc non meruerint, subdens respondet ad hoc, quod nulli aliquid debet.

2 Et hoc est: **Et quis ante dedit Mihi, ut reddam ei?** Rom XI, (35): ‚Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei?‘ Et huius rationem subiungit: **Omnia, quae sub caelo sunt, Mea sunt.** Et ideo supple, nullus me praevenit in donis. Io XVII, (10): ‚Omnia Mea Tua sunt, et Tua Mea sunt, et clarificatus sum in illis.‘ Mt XXVIII, (18): ‚Data est Mihi omnis po-
E 56b testas in caelo, et in terra.‘ I. | Par XXIX, (14): ‚Tua sunt universa: et quae de manu Tua accepimus, obtulimus Tibi.‘

Qualiter autem ex tali potentia ipsum
3 reprimat et malitiam eius, subdit: **Non parcam ei, verbis potentibus**, hoc est propter verba, in quibus iactat potentiam sc., qualiter humanum genus subicere sibi possit, quae verba ponuntur Is X, (9): ‚Numquid non principes Mei simul et reges sunt?‘ Et post pauca (Is X, 13): ‚In fortitudine manus Meae Ego feci, et in sapientia Mea intellexi, et abstuli terminos populorum, et principes eorum depraedatus sum, et detraxi quasi potens in sublimi residentes.‘ Hanc enim poten-
T 73b tiam cito Deus evacuat. **et ad de|precandum compositis**; aliquando enim astute ad deprecationem convertit se, ne a nocendo arceatur. Lc VIII, (28) daemoniacus, in quo confirmatum erat daemonium, ‚ut vidit Iesum, procidens ante illum et exclamans voce magna dixit: Quid mihi et Tibi est, Iesu, Fili Altissimi? Obsecro Te, ne me torqueas.‘ Torqueri enim se dixit, si a nocumento cessaret. | Unde ibidem (Lc VIII, 29): ‚Prae- M 122a
cipiebat | enim spiritui immundo, ut ex- B 81d
iret ab homine,‘ propter talia ergo verba non dimittit, quin restringat vim eius. Gregorius[1]: ‚Facit vim in hoc, quod dicit ad deprecandum compositis, quia multi per composita verba credunt exaudiri, et hoc non est vere orare.‘ Unde Gregorius[2]: ‚Veraciter namque orare est, amaros in compunctione gemitus et non composita verba resonare.‘

Quod autem aliquis posset dicere, quod ita astutus est, quod viae eius comprehendi non possunt, subdit: **Quis revelabit,** 4
hoc est, revelare poterit, **faciem,** hoc est superficiem, qua se regit, **indumenti eius?** ut sub specie sc. boni decipiat. II. ad Cor XI, (14 15): ‚Ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo mirum, si ministri eius transfigurantur velut ministri iustitiae.‘ Hanc autem astutiam detegere non potest, nisi solus Deus, qui intentiones cordis considerat.

Et hoc exaggerans ulterius addit: **et in medium oris eius**, quo sc. decipiendo hominem alloquitur vel suadendo blandiens vel promittendo decipiens, **quis intrabit?** supple, nisi Ego. Intrat autem, quando intrinsecas malitias, quas persuadere intendit, aperit. Ps (LIV, 22): ‚Molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula.‘ Ir IX, (8): ‚Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est.‘ Quia autem | hoc blandiendo facit, F 60a
frequenter et per illecebras carnis sicut beatum Iob per linguam uxoris tentavit, ideo dicitur Prv VII, (4 5): ‚Dic sapientiae: Soror mea es, et prudentiam voca

[a] internicionem *T*, interemptionem *E*, nutritionem *FM*.

[1] *Cf. Greg., Mor. 33, 23, 43; Migne 76, 701.* [2] *ib.*

amicam tuam, ut custodiat te a muliere extranea et ab aliena, quae verba sua facit dulcia.‘

5 Et hoc adhuc exaggerans subdit: **Portas vultus eius**, hoc est aperturas, per quas intratur ad cognoscendum eum in vultu, sicuti est, **quis aperiet?** nisi supple Ego. Vultum enim saepe blandum exhibet et venenum infundit intrinsecus. Prv XXIII, (31 32): ‚Ingreditur blande, et in novissimo mordebit, ut coluber.‘ Sic vultu blando venit in Ismahel filio Nathaniae ad Godoliam filium Ahicam et
M 122b interfecit eum, Ir XLI, (2); sic | II. Rg III, (27) venit Ioab ad Abner et abducto eo pacifice de via interfecit eum. Et est sensus: In omnibus his, quod Deus non ut crudelis, sed ut pius et prudens suscitat eum et ut potens valet restringere, quando vult, et ut sapiens scit astutiis eius obviare.

**Per gyrum.**

E 56c Hic ostendit terribilem | serpentis ex radicatione et confirmatione malitiam et describit eam in quinque, sc. corporis compositione, aspectus terribilitate ibi (XLI, 9): *Sternutatio eius,* effectus nocivitate
T 73c ibi (XLI, 13): *In collo eius,* | membrorum compaginatione ibi (XLI, 14): *Membra carnium,* cordis induratione ibi (XLI, 15): *Cor eius.*

Et hoc est: **Per gyrum dentium eius,**
B 82a | superiorum sc. et inferiorum **formido**, hoc est, tam magni, tam solidi, tam acuti sunt dentes eius, quod spectantibus formidinem praestant. Dentes autem dicuntur modi nocendi, quibus masticat homines, quos beatus Gregorius[1] determinans dicit: Omne quod opprimendo rapit, omne quod insidiando circumvolat[a], omne quod minando terret, omne quod suadendo blanditur, omne quod desperando frangit, omne quod promittendo decipit, et dum unumquodque istorum facit aperte et occulte et simulate et vere, multi sunt[b] dentes, et, si multiplicatur per modos, tunc innumerabiles fiunt dentes. Dn VII, (7): ‚Bestia terribilis atque mirabilis et fortis nimis dentes ferreos habebat magnos, comedens[c] atque comminuens[c], et reliqua pedibus suis conculcans.‘

Et de compositione exteriori addit ulterius: **corpus eius**, hoc est tota congeries 6
malitiae in exterioribus, **quasi scuta fusilia**, hoc est scuta aerea sive de aere fusa; haec scuta significant defensionem, qua se defendit in malitia; his enim defensionibus utitur Leviathan, prout in hominibus diffusus est, magno sono insultationis bonorum et defensionis malitiae suae. Unde sub alia metaphora dicitur de eo I. Rg XVII, (6): ‚Clypeus aereus tegebat humeros eius.‘ Quod est[d] hic[d] sub figura Leviathan, ibi[e] sub figura
gigantis describitur. Et quia serpens | M 122c
squamosus est, hoc, quod dixit, exponit: **et id est compactum** in extrinseco **squamis**, quibus pro scutis utitur, **sese prementibus**, ut sc. extremitas unius veniat super extremitatem alterius, et istae significant defensionem eius rationibus undique compactam, ut sc. undique invulnerabilis[f] sit rationibus impugnantium et reprehendentium eum.

Idem significatur sub alia metaphora I. Rg XVII, (5), ubi dicitur, quod Goliath ‚lorica hamata induebatur‘, ut sc. undique invulnerabilis esset a David.

Et hoc exaggerans subdit: **Una uni coniungitur**, per consonantiam sc., **et ne spiraculum quidem**, hoc est saltem, **incedit per eas**, quo sc. separentur. Ps (II, 2): ‚Convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum eius.‘

Et hoc ulterius exaggerat: **Una**, | hoc 8
est unius vitii defensio, **alteri adhaerebit**, hoc est alterius vitii defensioni, **et** F 60b
**id est tenentes**, sc. sicut ansis[g] sibi invicem insertae et glutino compactae, **nequaquam separabuntur**, hoc est, separari

[a] circumvolando insidiatur *EFM.* [b] fiunt *ETFM.*
[c] comedentes atque comminuentes *FM.* [d] enim *E.* [e] id est *E.*
[f] invulnerabilibus *EFM.* [g] ansae *E.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 33, 27, 48; Migne 76, 703.*

possunt, ut sc. undique protectus num-
quam tangi possit spiculis veritatis; sic
enim armatur impietas contra veritatem.
Os XIII, (12): ‚Colligata est iniquitas
Ephraim, absconditum peccatum eius.‘
9 [a] **Sternutatio eius.**
B 82b Hic describit aspectus terribilitatem | in
quinque, sc. in eo, quod procedit ab in-
timis, in oculis, in fumo oris, in spiritu
narium et in halitu sive anhelitu.
Et hoc est: **Sternutatio eius.** Sternu-
T 73a tatio purgamen|tum cerebri est, quando
fumus vel ventositas ab infimis ad cere-
brum elevatus paniculis cerebri in se
collectis et restrictis et subito dilatatis
excutitur per nares. Et significat in-
E 56d dignationem, quam subito Levia|than con-
tra humanum genus excutit et exsufflat,
unde dicit: **splendor ignis,** in bonos enim
spirat ignem et exsufflat. II. Mach IX,
(7): ‚Super hoc autem superbia repletus,
ignem spirans animo in Iudaeos.‘
Et subdit descriptionem in oculis: **oculi**
M 122d **eius,** | scintillantes sc. in ira, **ut palpebrae**
**diluculi.** In diluculo enim immixtum
tenebris micat lumen, sic in iracundo sub
tenebris obscuritatis vultus micat furor.
Est XV, (10): ‚Cum elevasset faciem et
ardentibus oculis furorem pectoris in-
dicasset, regina corruit et in pallorem
colore mutato lapsum super ancillam re-
clinavit caput.‘
10 Et subdit de ore: **De ore eius lam-**
**pades procedunt.** Lampas in Graeco
idem est, quod flamma in Latino, et in-
telliguntur per hoc verba ira succensa
et alios in ira concremantia, ut sc. de
ipso possit dici: ‚Ardens furor eius et
gravis ad portandum,‘ Is XXX, (27) et
illud Ct VIII, (6): ‚Lampades eius, lam-
pades ignis atque flammarum.‘ Et hoc
est, quod sequitur: **sicut taedae ignis**
**accensae.** Taedae titiones sunt, quia
igne, quem concepit in corde, per verba
aliis immittit, ut simili igne succensi inno-
centes accendant et comburant. Os VII,
(4): ‚Omnes adulterantes, quasi clibanus
succensus a coquente.‘ Et paulo post
(Os VII, 6 7): ‚Tota nocte dormivit et
coquens eos, mane ipse succensus quasi
ignis flammae. Omnes calefacti sunt,
quasi clibanus.‘
Et subdit de[b] naribus, et hoc est[b]:
**De naribus eius procedit fumus,** et ex- 11
planat modum: **sicut ollae succensae atque**
**ferventis.** Olla succensa et fervens
in intimis calorem concipit et illum per
fumum et ampullas superius ebullientes
ostendit, ita iratus Leviathan, dum iram
intra se contra bonos concipit, hunc per
fumum malae machinationis et ampullas
atrocium verborum exterius ostendit. Quod
Ir I, (13), ubi ira regis Babylonis ad-
versus Dei populum describitur, optime
significat dicens: ‚Ollam succensam ego
video, et facies eius a facie aquilonis.‘
Et subdit de anhelitu: **Halitus eius,** | 12
sufflans supple, **prunas ardere facit.** Ha- M 123a
litus dicitur hic emissio malorum con-
siliorum, prunae autem mali consiliarii,
quos ardere facit et succendit Levi-
athan. Halitus dum igne cordis sui malos
consiliarios | accendit[c] ad invenienda con- B 82c
silia pessima, quibus iustis nocere possit.
Is LIV, (16): ‚Ecce, Ego creavi fabrum
sufflantem in igne prunas.‘ Et hoc ex-
aggerans subdit: **flamma de ore eius**
**egreditur,** hoc est ira flammae similis.
Is XXX, (30): ‚Terrorem brachii sui
os|tendet, in comminatione furoris et F 60c
flamma ignis devorantis.‘
Et subdit de collo et effectus nocivi-
tate, et hoc est: **In collo eius,** | erecto sc. 13
et superbo et cervicoso, **morabitur,** ex T 74a
habitu sc., non ex levi tactu tentationis,
**fortitudo,** hoc est inflexibilitas ad humilia-
tionem. Iob XV, (26): ‚Cucurrit contra
Deum erecto collo, et pingui cervice ar-
matus est.‘ **et faciem eius praecedit**
**egestas.** Praesentia enim eius deducit
ad egestatem. Ioel II, (3): ‚Ante faciem
eius ignis vorans, et post eum exurens
flamma; quasi hortus voluptatis terra
coram eo, et post eum solitudo deserti.‘
Et subdit de membrorum compagina-
tione, quae omnia movet et inspirat ad

[a] Et ponit secundum *add. FM.* [b] de . . . est *om. E.* [c] succendit *TEFM.*

nocendum, quae sunt vel particulares nequitiae, vel iniqui sibi consentientes.
14 Et hoc est: **Membra carnium eius.** Caro, ut dicunt physici, medium est in tactu, et significat eos, qui levi inspiratione et animatione Leviathan sensum eius recipiunt, et molles sunt ad omnem eius impressionem. De quibus dicitur Io VI, (64): ‚Caro non prodest quidquam.'
E 57a Hi dicuntur | animales, quia ut bruta animalia non sentiunt ea, nisi quae carnis sunt. I. ad Cor II, (14): ‚Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei.' Et hoc est, quod subdit: **cohaerentia sibi,** hoc est consentientia, sicut gula ebrietati et gula et ebrietas fornicationi. Ex XXXII,
M 123b (6): ‚Sedit | populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere,' hoc est fornicari, sicut ibidem dicit Glossa [1]. Dn XIII, (20): ‚In concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, et commiscere nobiscum.' Et subdit:

**Contra eum.**

Et hoc dicit de cordis induratione, et dicit duo sc. contra quod induratur, et cordis indurationem, et hoc est: **mittet contra eum,** Deus sc., **fulmina,** terrorum sc. in comminationibus, **et ad locum alium,** nisi supple super ipsum, **non ferentur,** bonis enim non comminatur Deus, sed malis. Sap V, (22): ‚Ibunt directe emissiones fulgurum, et tamquam a bene', hoc est fortiter, ‚curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad certum locum insilient,' ut sc. certe tangant signum sagittantis. Ex his autem nec compungitur nec mollitur.
15 Et hoc est, quod sequitur: **Cor eius indurabitur.** Ex VII, (13): ‚Induratum est cor Pharaonis,' ut comminationes non curet. **quasi lapis,** qui molliri non potest. Ex X, (1): ‚Ego induravi cor eius, et
B 82d servorum eius, | ut faciam signa Mea haec in eo.' **et stringetur quasi malleatoris incus,** qui, quanto plus malleatur, tanto plus induratur et malleum se percutientem retundit, et significat corda dura a Leviathan possessa, quae, quanto plus verberantur, tanto plus indurantur in odium percutientis. Ir VII, (26): ‚Induraverunt cervicem suam; et peius operati sunt quam patres eorum,' verba enim Domini maxime comminatoria sunt, quasi malleus. Ir XXIII, (29): ‚Numquid non verba Mea, dicit Dominus, quasi ignis ardens et sicut malleus conterens petram?' Incus autem cor durum est, supra quod fabricat malleus verbi Dei, quod in duro homine, quanto plus fabricatur, tanto magis stringitur, ut nullam formam verbi Dei recipiat. Eccli XXXVIII, (29): | ‚Faber fer- T 74b
rarius, sedens iuxta incudem, et considerans opus ferri,' opus autem illud non recipit incus.

**Cum sublatus fuerit.** 16

Hic ostendit, qualiter | in tremendo iu- M 123c
dicio auferetur, et dicuntur duo, sc. iudicium et fortitudo eius, contra quem profertur iudicium ibi (XLI, 17): *Cum apprehenderit eum gladius.*

Et hoc est: **Cum sublatus fuerit,** in tremendo sc. iudicio, ubi amittet potestatem, **timebunt angeli,** hoc est sancti videntes sc. condemnationem eius, **et territi,** visa sc. condemnatione eius, **purgabuntur,** si quid enim purgabile est in ipsis, hoc timore purgabitur. Is XXXIII,
(7): ‚Ecce | videntes clamabunt, angeli F 60d
pacis amare flebunt.' Eccli I, (27): ‚Timor Domini expellit peccatum.'

Et subdit de descriptione potentiae et fortitudinis eius, quibus se opponit contra omne bonum. Et haec pars dividitur in duas:

Primo proponit particulariter, secundo universaliter ibi (XLI, 24): *Non est super terram potestas.*

In prima adhuc duo sunt. Primo enim ostendit, qualiter oppugnat contra arma sanctorum, secundo qualiter contra sanctos ibi (XLI, 19): *Non fugabit eum vir sagittarius.* Et hoc est:

**Cum apprehenderit.** 17

Et est continuatio ad praecedens, ac si dicat: terribili quidem iudicio auferetur, et illi reservabitur, quia iudicio sanctorum nec terreri nec corrigi voluit.

[1] *Non inveni in Glossa ordinaria; Migne 113, 287.*

Et hoc est: **Cum,** sc. ante iudicium, **apprehenderit eum gladius**, impugnationis sc. sanctorum, **subsistere non poterit,** gladius sc., repellit enim omnes ictus talis gladii. Ps (XLIV, 4): ‚Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.‘ Ct III, (7 8): ‚En, lectulum Salomonis LX fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, et ad bella doc-
E 57b tissimi.‘ LX fortes sunt, | qui omnia, quae in mundo in sex diebus facta sunt, ad decalogum referunt, et in hoc confortati gladio verbi Dei Leviathan impugnant. Eph VI, (17): ‚Et gladium spiritus, quod
B 83a est verbum Dei.‘ **neque hasta**, | supple poterit subsistere, hastam enim avertit nec curat. Hasta autem est eminus feriens auctoritas, et dicitur eminus ferire, quia de aeterna veritate ferit. Iob XXXIX, (23 24): ‚Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus fervens.‘ II. Rg
M 123d I, (22): Hasta | eius non est aversa. **neque thorax**, supple subsistere poterit. Thorax autem significat iustitiam sanctorum. Sap V, (19): ‚Induet pro thorace iustitiam.‘ Et est sensus, quod nec gladio verbi Dei vulneratur, nec hasta compungitur, nec thorace convertitur ad poenitentiam, unde iudicio extremo reservandus est. Iob XXI, (30): ‚In diem perditionis servatur malus, et ad diem furoris ducetur‘, et Iob XVIII, (20): ‚In diebus eius stupebunt novissimi, et primos invadet horror.‘

**18** Et huius subiungit rationem: **reputabit enim quasi paleas ferrum,** hoc est, omnia domantes rationes et auctoritates reputat, ut paleas debiles et facile cremabiles et consumptibiles, et ideo non curat. **et quasi**
T 74c **lignum putridum aes**, supple re|putabit, hoc est resonantiam in eloquentia sanctorum, cum tamen scriptum sit de sanctis Dt XXXIII, (24 25): ‚Tingat in oleo pedem suum. Ferrum et aes calceamentum eius.‘ Sancti enim viri pedem rectitudinis, super quem stant, oleo molliunt[a], ut superflue gravis non sit, et ferrum et aes calceamentum habent in districtione iudicii et veritatis, quia iudicium fundant in veritate auctoritatis, quae domat, et in resonantia praedicationis, exhortationis et disputationis; haec autem Leviathan ut paleas et ut lignum putridum aestimat et ut nihil valentia contra eum.

Et subdit, qualiter resistit sanctis: **Non** **19**
**fugabit eum vir sagittarius.** Vir sagittarius est virilis et virens de occultis scripturae sensibus acuta spicula proferens et corda peccatorum compungens, qui sagittarii dati sunt ecclesiae contra dolosam linguam Leviathan. Unde in Ps (CXIX, 3 4) dicitur: ‚Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittae potentis acutae.‘ II. Rg I, (22): ‚Sagitta Ionathae numquam abiit retrorsum.‘ Isti sagittarii non fugant Leviathan, quin semper saeviat et oppugnet.

**in stipulam versi sunt ei lapides fundae,** ita quod non curat ictus eorum; funda duabus chordis circumducitur, et una dimissa et reliqua retenta lapidem excutit
et | ferit, et significat scientiam ratione M 124a
confortatam[b] et inquisitione circumductam, quae duabus chordis fit, habitu sc. scripturae et inquisitionis ratione, quae lapidem limpidae veritatis et discussae emissa scriptura excutit et ad certum ferit. Idc XX, (16): ‚Sic fundis lapides ad certum
iacientes, ut | capillum quoque possent B 83b
percutere, et nequaquam | in alteram par- F 61a
tem ictus deferretur lapidis.‘ Tali funda et talibus prostravit David philistaeum, I. Rg XVII, (49), sed talem fundam et ictus eius Leviathan non reputat, nisi sicut stipulam facile exsufflabilem: **Quasi** **20**
**stipulam aestimabit malleum.** Malleus potens verbum est comminationis dominicae. Ir XXIII, (29): ‚Nonne verba mea ignis sunt et quasi malleus conterens petras?‘ Sed haec, ut stipulam abicit Leviathan, quia ictus eius minime sentit; obduratus enim est contra omnem veritatem, quia, sicut dicitur Is XXVIII, (15): ‚Posuit mendacium spem suam et men-

[a] molliti sunt *FM*. [b] confirmatam *E*.

dacio protectus est‘, et Io VIII, (44):
E 57c ,Mendax | est et pater eius.‘
**et deridebit vibrantem hastam**, iram
sc. divinam sibi comminatam. Sap V,
(21): ,Acuet diram[a] iram in lanceam.‘
II. Rg XXIII, (6 7): ,Praevaricatores
quasi spinae evellentur universi, quae
non tolluntur manibus. Et si quis tangere eas voluerit, armabitur ferro et ligno
lanceato, igneque succensae comburentur
usque ad nihilum.‘

Et qualiter se habet ad exempla sanc-
21 torum, subdit: **Sub ipso erunt radii solis**,
**oppressi** supple, hoc est exempla sanctorum. Mt V, (16): ,Sic luceat lux vestra
coram hominibus, ut videant opera vestra
bona, et glorificent patrem vestrum, qui
T 74d in caelis est.‘ Quos radios | Leviathan
opprimit, ut libera luce fulgere non possint. Is XIII, (10): ,Stellae caeli, et splendor earum non expandent lumen suum;
obtenebratus est sol in ortu suo, et luna
non splendebit in lumine suo.‘

Et quia aliquis dicere posset, quod ad
minus pretio redimetur vexatio, excludit
hoc subdens: **et sternet sibi aurum quasi**[b]
**lutum**, hoc est, in comparatione voluntatis
M 124b suae consequendae aurum lutum[b] | reputat. Sap VII, (8): ,Divitias nihil esse
dixi in comparatione illius.‘ Et[c] post
pauca (Sap VII, 9): ,Omne aurum in comparatione illius[c] arena est exigua, et
tamquam lutum aestimabitur argentum in
conspectu illius.‘

Quam fortis autem sit saeviendo, sub-
22 dit: **Fervescere faciet**[d] **quasi ollam**, quae
in profundo sui calorem concipit, **profundum mare**, hoc est profundum amari
cordis. Is LVII, (20): ,Cor impii quasi
mare fervens, quod quiescere non potest.‘
Iob XXX, (27): ,Interiora mea efferbuerunt
absque ulla requie.‘ Satan enim ignito
spiritu suo ita incendit fomitem, quod
totum cor interius incalescit in malum.

Et hoc exaggerans subdit: **et ponet**
profundum maris sive cordis, **quasi cum
unguenta bulliunt**, quae, cum bulliunt,
late spirant. Et intendit dicere, quod,
sicut unguenta remolliunt et ferventia
spiritu suo occupant corpus, et ad se
convertunt | membra corporis, sic profun- B 83c
data malitia in fomite omnes vires hominis
remollit et tenet et ad se convertit. Ista
sunt unguenta meretricia, in quibus mortuus est Asa, II. Par XVI, (12—14).
Asa enim interpretatur facturam sustollens, quia concupiscentiam, in qua factus
est, ad vires ampliores sustulit et elevavit.

De viribus autem Leviathan adhuc sub-
dit: **Post eum lucebit semita**, hoc est, 23
apparebit; per quaecumque enim serpit,
veneni sui post se lucentes semitas relinquit. Ioel II, (7): ,In viis suis gradientur, et non declinabunt a semitis suis.‘

Et loquitur de instrumentis Leviathan:
**aestimabit abyssum**, hoc est profundum
humani cordis, **quasi senescentem**, hoc
est deficientem et delirantem. Profundos
enim corde et astutos penetrat et decipit.
Dn XIII, (5): ,Egressa est iniquitas a
senioribus, qui videbantur regere populum.‘

Et quid per singula post tot particu-
laria universaliter subdit: **Non est potestas** 24
**super terram**, hoc est terrena, **quae comparetur ei**, hoc est, quae possit ei comparari; omnibus enim terrenis fortior est.
**qui**, hoc est, quia ille **factus est, ut nullum timeret**. Hab I, (7): ,Horribilis et
| terribilis est, ex semetipso‘, hoc est ex M 124c
libero arbitrio | suo, ,iudicium et onus F 61b
egredietur.‘ **Omne sublime videt**; ad sub- 25
limia enim et alta erigit vultus, qui
superbus est. Is II, (11): ,Oculi sublimes
hominis deprimentur.‘ Is X, (12): ,Visitabo super fructum magnifici cordis regis
Assur, et super gloriam altitudinis oculorum eius.‘

**ipse est rex**, quasi Dominus et regens
et excellens, **super universos filios superbiae**. Filii | superbiae dicuntur, in T 75a
quibus nihil natum est nisi superbia, et
qui ad formam superbiae in totum formati sunt, de quibus in Ps (LXXIII, 23)
dicitur: ,Superbia eorum, qui Te oderunt,

[a] duram *E*. [b] **quasi** . . . lutum *F in margine, om. M*.
[c] Et . . . illius *om. EFM*. [d] **faciens** *FM*.

ascendit semper.‘ Horum rex est Leviathan, unde dicit Is XIV, (13 14): ‚In caelum conscendam, super astra caeli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis similis
E 57d ero | Altissimo.‘

Ex omnibus autem his non intendit aliud probare, nisi quod tanta est infectio primi serpentis, quod homo purus mundus esse non poterit, et sic determinata est magna pars disputationis. Eliphaz enim et Baldach et Sophar et Eliu haec dixerunt et ideo beatum Iob tamquam immundum pro peccato percussum; Iob autem supra IX, (2) dixit: ‚Vere scio, quod ita sit, et quod non iustificetur homo comparatus Deo,‘ sed addidit non esse tantum peccatum suum, quod secundum ordinem iustitiae humanae tanta calamitate puniendum foret, et ideo non esse regimen humanae vitae secundum ordinem iustitiae humanae. Determinato ergo
B 83d per verba Domini, quod nemo | a sorde mundus sit, quod quasi pro medio et argumento inductum est, quod regimen providentiae divinae simili sit regimini providentiae humanae (nihil[a] restat determinandum, nisi utrum regimen providentiae divinae simile sit regimini providentiae humanae[a]), quod Iob negavit et quatuor amici asseruerunt, tunc enim responsum est et praemissis, quas induxerunt amici quatuor, et conclusioni, quam probare intenderunt. Et in hoc
M 124d tota erit determinata dispu|tatio. Ad hoc ergo sequens inducitur capitulum.

## CAPITULUM XLII.

1 **Respondens autem Iob Domino dixit.**

HIC determinatur principalis quaestio et adiuncta quaestioni, et ideo dividitur in tres partes:

In quarum prima determinatur, quod principaliter quaerebatur, sed quia vera solutio est, ut dicit Aristoteles[1], manifestatio falsi, secundum quod accidit falsum, ideo in secunda parte manifestat falsum, quod est circa quaestionem ibi (XLII, 7): *Postquam autem locutus est.* Quia vero Baldach dixerat, et Sophar in hoc consenserat, et etiam Eliphaz et Eliu, quod, si aliquando permittitur iustus puniri, hoc recompensatur ei in praemio, hoc ostenditur esse verum in tertia parte ibi (XLII, 10): *Et addidit quoque Dominus.* In prima parte tria sunt: Primo enim ostenditur eminens Dei sapientia, secundo de verbo imperfecto poenitentia, tertio quaestionis determinatio vera.

Et hoc est: **Respondens autem Iob**, nominativi casus, **Domino dixit.** Iam enim a Domino instructus de viis providentiae suae, respondere poterat, quod, antequam instrueretur, non potuit. Simile Dn X, (19), ubi Daniel dixit ad angelum: ‚Loquere, Domine mi, quoniam confortasti me,‘ ac si diceret: nisi confortasses, sermones Tuos audire non possem, neque respondere.

Et confitetur omnipotentiam et sapientiam subdens: **Scio, quia omnia potes**, et 2
ideo etiam in humanis potes, quod vis. Est XIII, (9): ‚Domine, rex omnipotens, in ditione Tua cuncta sunt posita, et non est, qui possit resistere Tuae voluntati, si decreveris salvare Israel.‘ Propter quod ad voluntatem | Tuam dirigitur regimen T 75b
Tuum. Rom IX, (19 18): ‚Quid amplius quaeritur? Cuius vult, miseretur, et quem vult, indurat?‘

Et subdit de sapientia: **et**, supple scio, quod sc. **nulla Te latet cogitatio.** Unde Glossa[2] Rom (I, 28) super illud: ‚Tradidit illos Deus | in reprobum sensum.‘ F 61c
Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas voluntates eorum in quodcumque voluerit. Hebr IV, (13): ‚Omnia nuda et aperta sunt oculis eius, ad quem nobis

[a] (nihil . . . humanae) *om. BE addidi ex TFM.*

[1] *Arist., De sophisticis elenchis 18 (I 296).*

[2] *In Glossa ord. (Migne 114, 474) non inveni, attamen apud Lyranum (Venet. 1588 VI 83), sed super illud ad Rom 1, 24: ‚Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.‘*

sermo.‘ Eccli XXIII, (29): ‚Domino
Deo, antequam crearentur, omnia sunt
agnita; sic et post perfectum respicit
omnia.‘ Ps (XXXII, 15): ‚Qui finxit sin-
gillatim corda eorum, qui intelligit omnia
M 125a | opera eorum.‘

Confessa veritate ponit indignationem
ad negantem, cum despectu enim legen-
3 dum est, quod sequitur: **Quis est iste.**
Ir XLIX, (19): ‚Quis est pastor et rusti-
cus?‘ **qui celat**, hoc est, celare putat a
B 84a Me, **consilium**, | hoc est secretam cordis
sui diffinitionem, **absque scientia?** Mea sc.,
hoc est: ac si Ego nesciam consilium
cordis eius. Eccli XXIII, (28): ‚Oculi
Domini lucidiores sunt multo plus super
solem, circumspicientes omnes vias homi-
num.‘ Despiciendus ergo est, qui dicit
Dominum ignorare facta humana.

Et subdit de poenitentia: **Ideo insipien-
ter locutus sum**, in hoc sc., quod non
aequo iudicio dixi me afflictum, quia,
quidquid Tu, Domine, facis, qui omnia
potes et omnia scis, aequo iudicio facis.
Is XXXII, (6): ‚Stultus fatua loquitur.‘
Ps (CXVIII, 137): ‚Iustus es, Domine,
E 58a et | recta iudicia Tua‘[a]. **et quae ultra
modum excederent scientiam meam**, di-
vina enim ultra modum excedunt scien-
tiam nostram. Rom XI, (33): ‚O altitudo
divitiarum sapientiae et scientiae Dei:
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius,
et investigabiles viae eius.‘

Et subdit de determinatione quaestionis:
4 **Audi**, hoc est, secundum veritatem Tuam
iudica, quam docuisti me, **et ego loquar**,
quia aliter loqui non possum. Gn XVIII,
(27): ‚Loquar ad Dominum, cum sim
pulvis et cinis.‘

Qualiter autem loqui possit, subdit:
**interrogabo Te**, a Te ipso sc. inquirendo
veritatem, ut illumines me. Nm XXII,
(38): ‚Numquid aliud loqui potero, nisi
quod Deus posuerit in ore meo.‘ Et
hoc est, quod sequitur: **et Tu responde
mihi**, per illuminationem sc. I. Rg III,
(9 10): ‚Loquere, Domine, quia audit
servus Tuus.‘

Et secundum quod audivit a Domino,
determinat quaestionem. Is L, (4): ‚Erigit
mane, mane erigit mihi aurem, ut au-
diam eum quasi magistrum.‘ **Auditu auris**, 5
hoc est auditu relationis communis per
famam, **audivi Te**, primo[b] de flagellis
putans, Te humana regere secundum or-
dinem humanae iustitiae, et ideo me in-
iuste esse percussum. Iob XXXVI, (24):
‚Memento, quod ignores opus eius, de
quo cecinerunt viri.‘ Iob XXVIII, (22):
‚Audivimus famam eius.‘ **nunc autem**,
sc. post instructionem Tuam, | **oculus** M 125b
**meus**, intellectualis sc. **videt Te**, in lim-
pida sc. veritate, et ideo supple modo
cognosco, quod regimen Tuum dissimile
est omni regimini humano, ut regendo
non respicis nisi ordinem sapientiae et
consilii. Unde etiam Dionysius[1] in epi-
stola ad Apollophanem[c] dicit: Dedisti[d]
veritati manus et falsitatis tenebris[e] es[f]
absolutus.

Et quod imperfecte dixerat, revo|cat, et T 75c
hoc est: **Idcirco ipse me reprehendo**, re- 6
vocando sc. insipienter dictum, **et ago
poenitentiam** per satisfactionem et com-
punctionem puniens in me ipso, quod
deliqui. Unde supra dixit XXXIX, (34):
‚Qui leviter locutus sum, respondere quid
possum?‘ **in favilla et cinere**; cinis
enim et cilicium sunt arma poenitentium.
Ion III, (6): ‚Rex Ninive poenitens in-
dutus est sacco et sedit in cinere.‘

**Postquam autem.** 7

Hic incipit manifestare falsum, quod
in obiectis amicorum continebatur. Sed
quia | [g]moribus falsum peccatum est, ideo B 84b
tria dicuntur hic: Condemnatio sc. falsi,
iniunctio poenitentiae peccati ibi (XLII, 8):
*Sumite igitur*, et satisfactio delicti per
expletionem poenitentiae iniunctae ibi
(XLII, 9): *Abierunt ergo.*

[a] rectum iudicium Tuum *FM.* [b] sc. quando murmuravi sc. *add. TEFM.*
[c] Palliphanium *F,* ap. narium *M,* Apolliphanium *BT,* appoliphamium *E.* [d] Dedi *F.*
[e] nexibus *FM.* [f] sum *FM.* [g] in tribus *add. E.*

[1] *Dion., Ad Apollophanem 2; vide Alb. opp. XIV 1022 sec. interpretationem B. Corderii.*

Et hoc est: **Postquam autem locutus est Dominus**, per inspirationem sc. Os II, (14): ‚Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor eius.‘ **verba haec ad Iob**, de instructione sc. sui regiminis et pro-
F 61d videntiae. Nm XII, (8): | ‚Ore ad os loquor ei.‘ **dixit ad Eliphaz Themanitem**, ad illum loquitur, quia praecipuus erat, ut per illum verba ad alios transeant. Mc XIII, (37): ‚Quod uni dico, omnibus dico.‘ **Iratus est furor Meus in te**, veritas enim irascitur falsitati et condemnat eam. Prv VIII, (13): ‚Arrogantiam et superbiam, et viam pravam et os bilingue detestor.‘ Ps (V, 7): ‚Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.‘ **et in duos amicos tuos**, qui sc. consenserunt tibi.

Et subdit causam: **quoniam non locuti estis coram Me rectum**, hoc est verum de providentia Mea, **sicut servus meus Iob**,
M 125c qui solus testis est veritatis. Sap | I, (8): ‚Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec praeteriet eum corripiens iudicium.‘ Apc III, (14): ‚Haec dicit: Amen, testis fidelis et verax.‘ Sed quia nullum perire vult, sed per[a] poenitentiam redire ad vitam, ideo talibus iniungit poenitentiam
**8** subdens: **Sumite igitur vobis**[a], hoc[b] est ad remissionem peccati vestri, **septem tauros**, quibus significatur mactatio cervicosae superbiae in septem vitiis, **et septem arietes**, arietes, qui cornibus impingunt[c], significant protervam et obstinatam defensionem falsitatis contra veritatem, quae etiam mactanda est, et dicuntur septem, quia quatuor erant impugnantes, et tribus
E 58b modis impugnabant sc. | assertione, ratione et obiurgatione. Dn III, (39 40): ‚In anima contrita et spiritu humilitatis suscipiamur a Te, sicut in holocausto arietum et taurorum.‘ **et ite ad servum Meum Iob**, quia vos indigni estis ad offerendum. Eccli XXXIV, (23): ‚Dona iniquorum non probat Altissimus.‘ **et offerte pro vobis**, ipsi Iob sc., **holocaustum**, hoc est in materiam holocausti, quia[d] vos indigni estis ad offerendum[d]. Eccli XXXIV, (23): ‚Non respiciet Deus in oblationibus iniquorum; nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.‘ **Iob autem servus Meus orabit pro vobis.** Iac V, (16): ‚Multum valet deprecatio iusti assidua.‘ Io IX, (31): ‚Scimus, quia peccatores Deus non audit, sed, si quis Dei cultor est et voluntatem eius facit, hunc exaudit.‘ Et hoc est: | **Faciem eius**, ad me sc. in oratione T 75d
porrectam, **suscipiam.** Gn IV, (4): ‚Respexit Dominus ad Abel et ad munera eius.‘ Io XI, (42): ‚Ego sciebam, quia semper Me audis.‘ **ut non vobis imputetur stultitia**, in[e] poenam | sc. et condemnatio- B 84c
nem. Ex XXXII, (14): ‚Placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.‘ Et dicit stultitia[e] innuens[f], quod ex ignorantia peccaverunt, et ideo facilius recipiuntur ad poenitentiam. Gn XX, (4): ‚Num gentem iustam et ignorantem interficies?‘

Et repetit[g] causam, ut iustior videatur poenitentia iniuncta: **neque enim locuti estis coram Me rectum**, licet[h] coram hominibus rectum videretur[h]. Iac III, (2): ‚Si quis in verbo non offenderit, hic perfectus est vir.‘ **sicut servus Meus Iob**, supple rectum locutus est. Iob I, (22) et II, (10): ‚In omnibus his non peccavit Iob labiis suis nec stultum quid contra Deum locutus est.‘

Et subdit de oboedientia amicorum et satisfactione operis et poenitentiae susceptione. Et hoc est: **Abierunt ergo Eliphaz** **9**
**Themanites** contemptu Domini deposito, quod interpretatur nomen eius, **et Baldach Suhites** vetustate prisci erroris abiecta **et Sophar Naamathites** speculam veritatis amplius non dissipans[i]. De Eliu nihil dicit, quia nihil novi attulit, sed aliorum positiones determinavit, **et fecerunt, sicut locutus fuerat Dominus ad eos.** Ex XXIV, (7): ‚Omnia, quae locutus est Dominus, faciemus et erimus oboedientes.‘ **et suscepit Dominus faciem Iob**, per ex-

[a] per . . . vobis *F in margine f. 61d om. M.*
[b] hoc . . . placationem *(col. 509/7) F addidit f. 62b, quae omnia om. M.*
[c] et *add. F.* [d] quia . . . offerendum *om. F.* [e] in . . . stultitia *om. F.*
[f] innuit *F.* [g] ponit *F.* [h] licet . . . videretur *om. F.* [i] disputans *F.*

auditionem sc., quod autem dicit suscepit, hoc est, oblationes factas pro eis suscepit. Is LVI, (7): ‚Holocausta eorum et victimae eorum placebunt Mihi super altare Meum.'

10 **Dominus quoque**, intercessione sc. Iob, **conversus est**, ab ira sc. ad placationem[a]. Ps (LXXXIX, 13): ‚Convertere, Domine, aliquantulum, et deprecare super servos Tuos.' **ad poenitentiam Iob**, susceptam sc. pro amicis suis, et hoc est: **cum oraret ille pro amicis suis.** Sap XVIII, (21): ‚Properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens servitutis suae scutum orationem, et per incensum deprecationem allegans, resistit irae et finem imposuit necessitati.' Os ultimo (XIV, 5): ‚Diligam eos spontanee, quia aversus est furor meus ab eis.'

**Et addidit Dominus.**

Hic ponitur recompensatio per duplum praemii, et dicuntur hic quatuor, sc. qualiter duplicia restituit, qualiter contradictores ad[b] amicitiam convertit, qualiter possessio in duplum crevit et filios restituit, qualiter in gaudio vitam finivit, et haec patent in littera.

Et hoc est: **Et addidit Dominus** super prima sc., quae amiserat, **omnia**, **quaecumque fuerant Iob**, supple perdita, **duplicia.** Ps (XCIII, 19): ‚Secundum multitudinem dolorum[b] meorum in corde meo: consolationes Tuae laetificaverunt animam meam.' Iac I, (5): ‚Dat omnibus affluenter, et non improperat.' Eccli XLII, (25): ‚In terra sua duplicia possidebit.' Duplicia autem sunt, quae in corpore et anima percipient, intus in gaudio cordis et extra in fructu muneris.

Et subdit de conversione amicorum:
11 Ve|**nerunt autem ad eum** ut amici, qui
T 76a B 84d prius contradictores erant. Prv | XVI, (7): ‚Cum placuerint Deo viae hominis, inimicos quoque eius convertet ad pacem.'
E 58c **omnes fratres** | **sui**, hoc est consanguinei, **et universae sorores suae**, hoc est consanguineae, **et cuncti**, supple amici, **qui**, sc. notitia amicitiae, **noverant eum prius.** Eccli XXV, (1 2): ‚In tribus placitum est spiritui meo, quae sunt probata coram Deo et hominibus: Concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier sibi consentientes.' **et comederunt cum eo panem**[c], per quem omnis refectio delicata intelligitur. **in**[d] **domo eius**, ut abundantia domus significetur[d]. Lc XV, (32): ‚Epulare et gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est.' Ps (XLI, 5): ‚In voce exultationis, et confessionis, sonus epulantis.' **et moverunt super eum caput**, quod admirationis signum est in con-
solatione | bonorum, unde supra dixit M 125d
XVI, (5): ‚Consolarer et ego vos sermonibus et moverem caput meum super vos.' **et consolati sunt eum**, amici sc., **super omni malo, quod**, sc. in praeterito **intulerat Dominus super eum**, ut sc. multitudo praesentium bonorum oblivionem faceret praeteritorum malorum. Is LIV, (8): ‚In momento indignationis abscondi faciem Meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui.'

Et ne desint iocalia, subdit: **et dederunt ei unusquisque ovem unam**, quae potius fuit signum innocentiae et simplicitatis, quam munus. Io X, (27): ‚Oves meae vocem Meam audiunt, et Ego Dominus agnosco eas.' **et inaurem auream unam**, quae sapienti data magis significat oboedientiam Dei, quam munus sit. Gn XXIV, (47): ‚Suspendi inaures ad ornandam faciem eius, et armillas posui in manibus eius.'

Et subdit de duplicitate[e] possessionum:
**Dominus autem benedixit novissimis**, sc. 12
temporibus, **Iob magis quam principio eius**, in duplum sc., quemadmodum[f] dixit Sophar supra (XI, 17): ‚Cum te con-
sumptum putaveris, orieris ut | Lucifer.' F 62a
In fine enim Dominus remunerat. Is LVIII, (11): ‚Eris quasi hortus irriguus et sicut fons aquarum, cuius non deficiunt aquae.'

[a] *Cf. col. 507 annot. b.* [b] ad . . . dolorum *om. M, F in margine f. 61*[d]. [c] panes *T.*
[d] in . . . significetur *om. E.* [e] duplicatione *TEFM.* [f] sicut *FM.*

Et enumerat: **Et facta sunt ei quatuor-
decim millia ovium,** cum a principio non
haberet nisi septem millia, quae perfectio-
nem quatuor virtutum cardinalium et
doctrinae quatuor evangeliorum et deca-
logi in unum ducta figurant, ut dicit
Gregorius[a] [1]. Hoc est in longum per-
severantiae et latum caritatis et pro-
fundum sapientiae. Millenarius enim cubicus
est numerus a decem surgens, tamquam
a radice. **et sex millia camelorum,** quae
significant cubicam perfectionem operum,
quae in sex diebus perfecta sunt, Gn I.
**et mille iuga boum,** quae perfectionem
laboris significant et oboedientiae, **et mille
asinae,** quae significant simplicitatis per-
fectionem et portandi onera proximorum.
M 126a | Gal VI, (2): ‚Alter alterius onera por-
tate.‘

Et subdit de restitutione liberorum: **Et**
13 **fuerunt ei septem filii,** sicut primo sc.,
T 76b | qui, sicut dicit Gregorius[2], significant
septem dona spiritus sancti, **et tres filiae,**
quae, sicut dicit Gregorius[3], tres virtutes
theologicas, fidem, spem et caritatem
significant.

Et subiungit de nominibus filiarum
B 85a propter excellentem | honorem earum et
14 pulchritudinem: **Et vocavit nomen unius
Diem,** propter splendorem caritatis[b] eius
in honore. Idt XV, (10): ‚Tu gloria
Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honori-
ficentia populi nostri.‘ **et nomen secundae
Cassiam** propter redolentiam famae. Ps
(XLIV, 9): ‚Mirrha, et gutta, et casia a
vestimentis tuis,‘ supple spirant, ut dicit
Glossa[4]. **et nomen tertiae Cornustibii.**
In Hebraeo nomen, pro quo translatum
est cornu, aequivocum est ad splendorem
et cornu. Unde Ex XXXIV, (30), ubi
unus interpres transtulit: ‚Splendida facta
est facies Moysi,‘ alius dixit ‚cornuta‘.
E 58d S t i b i u m autem herba est, qua muli|eres
ad venustatem componunt facies et de-
pingunt. Unde Ez XXIII, (40): ‚Circum-
linisti stibio oculos tuos, et ornata es
mundo muliebri.‘ Et IV. Rg IX, (30):
‚Porro Iezabel, introitu Iehu audito, de-
pinxit oculos suos stibio, et ornavit caput
suum, et respexit per fenestram.‘ Et est
sensus, quod adeo fuit decora, quod ad
compositionem sui stibio non indiguit.
Ps (XLIV, 5): ‚Specie tua et pulchri-
tudine tua intende, prospere procede, et
regna.‘

Et in communi subdit: **Non sunt autem** 15
**inventae mulieres speciosae** honore, gratia
et pulchritudine **sicut filiae Iob.** Prv ult.
(XXXI, 29): ‚Multae filiae congregaverunt
divitias: tu supergressa es universas.‘
Idt X, (4): ‚Cui etiam Dominus contulit
splendorem, quia omnis ista compositio
non ex libidine, sed ex virtute pendebat;
et ideo Dominus hanc in illam pulchri-
tudinem ampliavit, ut incomparabili decore
omnium oculis appareret.‘ Et hoc est,
quod sequitur: **in universa terra,** omnes
enim decorem earum admirabantur. Ct
IV, (1): ‚Quam pulchra | es, amica mea, M 126b
quam pulchra es.‘ **deditque eis pater
suus,** Iob sc. iam maritatis, **hereditatem
inter fratres earum,** ne sc. de exilio
tristarentur. Nm XXVII, (6): ‚Da eis
possessiones inter cognatos patris sui, et
ei in hereditate succedant.‘ Hoc dictum
de filiabus sat est.

Et subdit, qualiter terminata est vita
eius in gaudio: **Vixit autem Iob post fla-** 16
**gella haec,** Domino sibi prolongante vitam,
sicut fecit Ezechiae, Is XXXVIII, (5),
**centum quadraginta annis,** ut sc. etiam,
quod in poenis vixit, restitueretur. Vita
enim hominis est centum viginti anni, ut
dicit Philosophus[5] et Gn VI, (3), unde si
ab ineunte aetate computat[c], viginti anni
additi sunt super numerum vitae hominis,
**et vidit filios,** supple suos sc. septem et
tres filias, **et filios filiorum suorum,** sc.
nepotes, **usque ad quartam generationem,**
hoc est usque | ad abnepotes. Et hoc idem F 62b

[a] Glossa *FM.* [b] claritatis *TFM.* [c] computatur *E.*

[1] *Cf. Greg., Mor. 35, 16, 42; Migne 76, 773.* [2] *ib.; ib. 76, 774.* [3] *ib.*
[4] *In Glossa ord. (Migne 113, 910) non inveni.*
[5] *Cf. Arist., De generatione et corruptione 2, 10, 5 (II 465).*

dicitur de Tobia (Tob XIV, 1): ‚Quod vidit filios nepotum suorum, et quod reliquum tempus vitae suae in gaudio fuit, et cum bono profectu timoris Dei per- T 76c rexit in pace.‘ **et** | **mortuus est**, mundo sc. non Deo, sc. in Domino. Gn XLIX, (32): ‚Finitis mandatis, quibus instruebat, B 85b collegit pedes super | lectulum et obiit.‘ **senex** canitie mentis potius quam aetatis **et plenus dierum**, nulla nocte tenebrarum interposita. I. ad Thess V, (5): ‚Omnes vos filii lucis[a] et filii diei: non sumus filii noctis neque tenebrarum.‘ Is ult. (LXV, 20): ‚Non erit in te infans, qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur.‘ Ps (XCI, 15): ‚Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi.‘ Amen[b].

[a] estis *add. TFM.*

[b] Explicit *add. T.* Explicit. Explicit expositio domini Alberti litteralis in Iob *E.* Explicit scriptum super Iob fratris Alberti Theutonici de ordine fratrum praedicatorum *F.* Explicit scriptum super Iob fratris Alberti Theotonici quondam episcopi ratisponensis de ordine praedicatorum, compilatum, lectum et scriptum anno millesimo CCLXXIV in Colonia civitate Germaniae *M.*

# INDEX LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE.

Numeris per singulas lineas hic adhibitis indicantur: prioribus Romanis et Arabicis (in primis lineis) capita et versus Sacrae Scripturae; posterioribus Arabicis et qui lineis transversis inter se seiunguntur (in extremis lineis) paginae sectae et lineae operis minoribus numeris vel litteris superiori maiorum parti adiectis significantur adnotationes.


**Liber Genesis.**

I . . . . . . . . 511/13
1 2 . . . . . . . 295/18
3 . . . . . . . 448/40
4 5 . . . . . . . 448/45
9 . . 296/29 445/38 456/8
10 . . . . . . . 297/10
16 . . . . . . . 291/18
25 . . . . . . . 459/3
26 . . . 411/44 455/7
28 . . . . . . . 459/6
II, 7 . 148/3 149/5 294/9 300/14
7 18 . . . . . . 455/7
11 12 . . . 312/27 438/19
21 . . . . . . . 77/30
III, 1 . . . . . . . 472/26
6 . . . . . . . 45/35
8 . . . . . 46/10 65/37
9 . . . . . . . 28/7
10 . 58/6 176/38 332/4 365/40
15 . . . . . . . 60/41
17 . . . . . 55/10 284/21
18 . . . . . . . 368/33
19 . . 13/29 86/19 111/18
148/6 180/34
20 . . . . . . . 38/20
23 . . . . . . . 237/45
IV, 4 . . . . . . . 508/11
7 . . . . . . . 471/34
8 . . . . . . . 73/6
10 . . . . . 35/2 402/41
11 . . . . . . . 284/23
12 . . . 310/27 368/31
14 . . 44/43 195/17 197/39
VI, 3 . . . . 287/25 512/39
4 . . . . 209/21 294/16 18
VII . . . . . 295/34 447/6
11 12 . . . 167/34 426/29
21 . . . . . . . 403/45
VIII, 7 . . . . . . 457/20
22 . . . . . . . 296/40
XI, 7 . . . . . . . 96/41
XII, 3 . . . . . . 55/12
XIV, 14 . . . . . . 106/35
XV, 5 . . . . . . . 409/33
12 . . . . . . . 437/20
17 . . . . . . . 59/29
XVIII . . . . . . . 365/29
1 . . . . . . . 366/34
23 . . . . . . . 144/38
25 . . . 52/3 72/40 397/15
27 135/29 249/7 474/15 505/38
XIX . . . . . . . 365/30
11 . . . . . . . 89/22
17 . . . . . . . 29/40
24 . . . . . . . 311/35
25 . . . . . . . 403/44
XX, 4 . . . . . 72/43 508/21
XXI, 1 . . . . . . 94/18
XXII, 1 . . . . . . 186/29
17 . . . . . . . 30/28
XXIV, 47 . . . . . 510/35
XXV, 27 . . . . . . 42/5
XXVII, 36 . . . . . 344/44
37 . . . . . . . 331/20
39 40 . . . . . . 337/19
40 . . . . . 65/20 111/28
46 . . . . . . . 137/32
XXVIII, 12 . . . 78/45 384/31
XXIX, 15 . . . . . 30/11
18 19 . . . . . . 93/40
XXXI, 40 . . . . . 280/10
41 . . . . . . . 357/38
XXXII, 28 . . . . . 286/37
29 . . . . . . . 436/24
XXXVI, 33 . . 18[3] 19[1] 96/22
34 . . . . . . . 19[2]
43 . . . . . . . 18/25
XXXVII, 28 . . . . 88/38
34 . . . . . . . 37/43
35 . . . . . . . 217/7
XL, 13 . . . . . . 170/10
15 . . . . . . . 76/7
XLI . . . . . . . 384/32
57 . . . . . . . 93/3
XLIII, 16 . . . . . 23/7
25 26 . . . . . . 281/5
XLIII, 32—34 . . . . . 36/39
XLV . . . . . 68/6 161/22
XLVII, 9 . 113/21 152/41 181/35
XLVIII, 22 . . . . . 337/37
XLIX, 4 . . . 284/1 482/21 34
6 . . . . 222/20 252/41
20 . . . . . 93/8 421/17
27 . . . . . . . 282/30
28 . . . . . . . 95/8
32 . . . . . . . 513/7

**Liber Exodi.**

I, 7 . . . . . 94/45 250/45
13 . . . . . . . 56/13
21 . . . . 122/39 268/19
III, 14 . . . . . . 275/14
IV, 10 . . . 135/31 381/7
31 . . . . . . . 38/11
V, 2 . . . . . . . 252/12
3 . . . . . . . 111[1]
VII, 13 . . . . . . 497/38
IX, 23 . . . . . . 450/28
X, 1 . . . . . . . 497/41
21 . . . . . . . 58/46
XIV . . . . . . . 447/7
15—17 . . . . . 110[3]
22 . . . . . . . 452/37
25 . . . . . . . 160/3
XV, 1—19 . . . . . 10/42
3 . . 91/44 171/34 417/13
11 . . 136/45 168/2 289/24
15 . . . . . . . 198/37
19 . . . . . . . 402/1
20 . . . . . . . 251/11
XIX, 16 . . . . . 430/41 43
18 . . . . . . . 430/45
XX, 5 . . . . . . . 254/1
18 . . . . . . . 289/28
19 . . . . . . . 156/9
21 . . . . . 59/6 436/34
XXII, 18 . . . 85/14 341/18
XXIV, 7 . . . . . . 508/44
XXXII, 6 . . . . . 497/17
14 . . . . . . . 508/16

XXXII, 17 . . . 467/33
31 . . . 388/39
XXXIII . . . 451[f]
5 . . . 422/12
12 . . . 325/31
14 . . . 390/2
20 . . . 324/25 437/35
XXXIV . . . 343/20
7 . . . 138/41
30 . . . 380/44 511/40
33 . . . 436/34
35 . . . 290/29

### Liber Leviticus.

XIX, 2 . . . 23/30
13 . . . 145/25
32 . . . 332/12
XXIV, 14 . . . 406/36

### Liber Numerorum.

XI, 10 11 . . . 101/20
15 . . . 117/10
29 . . . 392/23
XII, 6 . . . 79/36
8 . . . 507/6
XVI, 7 . . . 228/7
XX, 11 . . . 314/33
17 . . . 274/42
XXII, 38 . . . 505/43
XXIII, 9 . . . 469/21
22 . . . 131/22 423/38
24 . . . 74/9
XXIV, 3 . . . 384[e]
3 4 . . . 77/37 383/39
8 . . . 131/22 166/34
17 . . . 469/33
XXV, 3 . . . 478/22 482/41
3 4 . . . 353/12
4 . . . 400/4
XXVII, 6 . . . 512/28

### Liber Deuteronomii.

VIII, 8 9 . . . 307/26
9 . . . 308/27
XIII, 14 15 . . . 335/1
XVI, 18 . . . 85/6
19 . . . 422/5
20 . . . 334/44
XVIII, 19 . . . 282/3
XXI, 18—21 . . . 85/8
XXIV, 10—12 . . . 278/29
14 15 . . . 357/39 358/4
15 . . . 368/17
XXV, 2 . . . 98/18 150/42
4 . . . 368/45
XXVII, 26 . . . 60/21
XXVIII, 16 sqq . . . 176/28
38 . . . 355/40
40 . . . 202/2
65 66 . . . 198/16
XXXI, 28 . . . 246/22
XXXII . . . 413/18
1—43 . . . 10/42
2 . . . 338/31
3 4 . . . 87/25
6 . . . 463/37
7 . . . 123/26
10 . . . 451/31
12 . . . 133/7
15 . . . 318/37
21 . . . 407/4
22 . . . 244/26 357/6
25 . . . 197/22
33 . . . 241/12
35 36 . . . 303/28
39 . . . 91/14 146/43 275/12 306/29 348/43
41 . . . 258/5 282/2 304/3
XXXIII, 24 25 . . . 499/43
25 . . . 308/42
28 . . . 337/24
29 . . . 29/25 92/1

### Liber Iosue.

I, 6 . . . 71/5
6 5 . . . 330/40
X, 12 . . . 132/34
XVII, 4 . . . 212/28

### Liber Iudicum.

IV, 2 . . . 132[4]
23 . . . 132[4]
V, 2—31 . . . 10/45
20 . . . 454/2 5
21 . . . 259/9 20
23 . . . 55/22
VI, 13 . . . 48/21
IX, 13 . . . 284/39
XVI, 16 . . . 482/34
21 . . . 41/25
29 30 . . . 132/27
XVIII, 10 . . . 250/22
XX, 16 . . . 500/32

### Liber Ruth.

I, 20 . . . 66/1 300/3
II, 2 . . . 280/37
7 . . . 274/34
III, 7 . . . 76/9

### Liber Regum I.

I, 18 . . . 18/7
II, 1—10 . . . 10/43
6 . . . 387/22 388/46
8 . . . 169/33 389/1
9 . . . 90[g]
30 . . . 343[1]
III, 3 . . . 253/13
4 sqq . . . 77/2
9 . . . 171/8
III, 9 10 . . . 506/2
18 . . . 275/35
IX, 21 . . . 135/24
XV, 32 . . . 199/5
XVI, 7 . . . 75/13 145/45
XVII, 5 . . . 494/31
6 . . . 494/17
28 . . . 417/41
35 . . . 335/7 15
36 . . . 93/16
49 . . . 500/37
XVIII, 4 . . . 168/31
6 7 . . . 251/14
XXIII, 1 . . . 279/37
XXIV, 15 . . . 340/42
XXV, 17 . . . 83/32
37 . . . 128/14
XXX, 18 19 . . . 106/38

### Liber Regum II.

I, 11 12 . . . 364/30
22 . . . 499/22 500/18
XI . . . 482/35
XII, 7 . . . 418/36
11 . . . 356/40
13 . . . 118/42
XIV, 7 . . . 253/3
14 . . . 114/21 188/2 482/24
XV, 31 . . . 232/2
34 . . . 89/14
XVII, 1 . . . 105/23
23 . . . 66/13 89/7 197/43
XVIII, 20 . . . 33/40
XIX, 26 . . . 231/17
XXIII, 2 . . . 75/31 371/5
5 . . . 30/32 95/2 269/23
6 7 . . . 501/6
8 . . . 276/14
XXIV, 14 . . . 205/16 243/48
16 . . . 182/10
17 . . . 390/34

### Liber Regum III.

III, 9 . . . 162/46
27 . . . 493/15
VIII, 27 . . . 157/13
46 . . . 150/32 489/25
X, 7 . . . 325/20
27 . . . 304/26
28 . . . 466/3
XI, 1 . . . 482/36
XII, 8 . . . 193/3
XIII, 4 . . . 361/17
11—18 . . . 169/7
XVII, 1 . . . 167/26 299/34
XVIII, 21 . . . 71/3
45 . . . 454/12
XIX, 4 . . . 66/41 101/4
10 . . . 108/14
11 12 . . . 80/2

XXI, 13 . . . 279/43
25 . . . 395/29
29 . . . 389/17
XXII, 6—35 . . . 170/24
27 . . . 115/41


**Liber Regum IV.**


I, 8 . . . 473/12
10 . . . 55/16
II, 23 . . . 340/28
IV, 7 . . . 333/39
40 . . . 100/9
VI, 18 . . . 89/25
IX, 8 . . . 226/10
24 . . . 245/22
30 . . . 512/2
X, 11 . . . 226/10
XVIII, 18 . . . 168[1]
XIX, 35 . . . 400/14
XXI, 9 . . . 418/42


**Liber Paralipomenon I.**


XXI, 8 et 17 . . . 390[3]
XXII, 14 . . . 280/41
XXIX, 11 14 . . . 261/27
14 . . . 38/33 491/31
17 . . . 42/3


**Liber Paralipomenon II.**


IX, 6 . . . 333/17
22 . . . 22/29
XVI, 12 13 . . . 419/28
12—14 . . . 502/8
14 . . . 419/33
XX, 12 . . . 269/8
17 . . . 160/5
XXXIII, 11 . . . 418/19
12 13 . . . 418/43
XXXVI, 14 . . . 262[2]
ult. . . 262/16 390/35 420/37


**Liber Esdrae I.**


IX, 6 . . . 262[2]


**Liber Esdrae II. s. Nehemiae.**


VIII, 8 . . . 379[1]
IX . . . 379/3


**Liber Tobiae.**


I, 17 . . . 366/24
23 . . . 388/29
II, 21 . . . 159/30
22 . . . 46/7
22 23 . . . 231/24
III, 1 . . . 101/9
2 . . . 396/45
6 . . 66/37 101/11 117/35
17 . . . 354/27
20 . . . 211/37
21 22 . . . 1/15
III, 22 . . . 88/22
IV, 7 . . . 103/40 358/48
9 . . . 359/15
14 . . . 385/20 474/32
20 . . . 24/31
VI, 4 . . . 486/2
5 . . . 241/27
VIII, 11 . . . 455/28
X, 7 . . . 49/32
XII, 13 . . . 471/20
15 . . . 40/29
20 . . . 25/46
XIV, 1 . . . 513/1
10 11 . . . 334/45


**Liber Iudith.**


I, 4 . . . 263/33
7 . . . 263/22
III, 4—6 . . . 263/25
VIII, 27 . . . 87/5
X, 4 . . . 320/25 512/16
XIII, 28 . . . 132[3]
XV, 10 . . . 511/31


**Liber Esther.**


V, 10 11 . . . 83/45
13 . . . 84/4
VII, 6 . . . 301/30
9 10 . . . 399/44
10 . . 66/15 89/10 197/43
X, 6 . . . 123/7
XIII, 9 . 171/35 261/39 275/23 504/30
XV, 10 . . . 206/33 495/28


**Liber Iob.**


I, 1 . . . 137/23
2 . . . 17/23
3 . . . 17/27
5 . . . 17/18 22/15 16
6 . . . 17/15
8 . . . 171/27
9 . . . 25/9
11 . . . 25/11
12 . . . 25/12
18 . . . 230/15
19 . . . 432/32
20 . . . 24/37
21 . . . 184/15 359/31
22 . . . 406/3 508/29
II, 1 . . . 24/29
3 . . . 136/25 228/22
4 . . . 302/12
5 . . . 233/13
7 . . . 228/28
7 8 . . . 387/7
8 . . . 229/23
9 . . . 39/43
10 . . . 508/30
11 . . . 39/44
III, 1 . . . 17/7
3 . 9/40 98/26 101/3 112/5 140/44 152/20 405/33
4 . . . 54/33
5 . . . 57/5
6 . . . 57/2
11 . . . 54/27 152/26
16 . . . 62/40
17 . . . 62/7
20 . . . 62/10
21 22 . . . 101/32 139/1
22 . . . 182/20
23 . . . 229/17
24 . . . 62/2 189/33
24 25 . . . 19/8
25 . . . 177/3
IV, 1 . . . 54/17
3 . . . 69/15
5 . . 70/22 125/44 233/11
7 . . . 70/18 189[1] 382/17
7 8 9 . . . 257/14
8 . . . 72/17
10 . . . 72/13 456/41
12 . . . 72/9 322/40
13 . . . 385/39
14 . . . 75/7
16 . . . 75/8 322/36
17 . . . 75/1 260/35 407/17 408/21
18 . . . 75/4
18 20 . . . 52/15
19 . . . 113/31 398/15
20 . . . 187/41
V, 1 . . . 72/7 387/25
3 . . . 82/46 83/2
6 . . . 52/13 82/42
7 . . . 2/21 313/11
10 . . . 87/21
12 . . . 88/1
13 . . . 168/17 419/22
15 . . . 88/2
17 . . . 87/22
17 18 . . . 386/18
18 . . . 348/41
19 . . . 90/37
24 . . . 91/21 390/27
27 . . . 69/11
VI, 2 . . . 51/13 121/13 156/2 191/1 211/33 355/5 387/17 471/24
3 . . . 97/37 121/19
4 . 152/14 208/33 344/16
5 . . . 97/33
6 . . 99/13 118/35 386/38
7 . . . 343/6 386/33
8 . . . 99/8
9 10 . . . 275/41
10 . . . 107/10 370/31
11 . . . 100/41 217/36
13 . . . 97/22

VI, 15 . . . 102/41
21 . . . 102/43
24 . . . 97/25
25 . . 190/39 220/27 375/17
26 . . . 191/8 204/6
27 . . . 220/30
29 . . . 97/29
29 30 . 172/42 375/9 394/24
30 . . . 155/41
VII, 1 . . . 97/12 186/11
4 . . . 110/20 216/33
5 . . 206/11 232/33 350/32
7 . . 140/23 188[e] 348/14
11 . . . 110/12
12 . . . 115/13
13 14 . . . 384/17
14 . . . 385/12
15 . . . 115/9 174/43
15 16 . . . 387/15
16 . . 110/15 345/40 348/25
20 . . 117/27 131/38 177/43
VIII, 2 . . . 220/2
3 . . 120/22 221/17 392/47
407/22
8 . . . 121/24
9 . . . 140/21
11 . . . 123/19
12 . . . 201/41
13 . . . 124/26 28 202/13
13 14 . . . 175/30
15 . . . 224/9
20 . . 123/15 375/30 417/15
20 21 . . . 52/32
20 22 . . . 52/34
IX, 2 . . . 484/21 503/15
3 . . 248/38 272/23 375/19
470/47
4 . . . 129/44 168/5
8 . . . 131/13
9 . . . 432/38 453/17
9 10 . . . 103/4
10 . . . 131/9
11 . . . 157/10
12 . . . 258/20 424/29
13 . . . 131/6 491/14
14 . . . 131/3 249/10
15 . . . 404/36
17 . . . 473/2
18 . . . 349/35
19 . . . 423/37
20 . . . 262/3
22 . . . 51/46 129/40
24 . . 31/20 110/36 207/22
25 . . . 138/7
27 . . . 140/6
30 . . . 140/8
30 31 . . . 474/8
32 . . . 138/2 248/40
X, 1 . . 129/33 137/31 240/35
2 . 143/44 177/34 271/41 367/29
X, 3 . . . 144/31
8 . . . 143/40
9 . . . 347/14
10 . . . 147/10
13 . . . 143/33
14 . . . 150/8
15 . . . 233/29
18 . . . 150/1
XI . . . 414/10 416/25
2 . . . 211/17 380/13
4 . . . 154/34
6 . . . 471/31
7 . . . 52/41 424/23
8 . . 52/42 265/1 409/41
10 . . . 52/45 433/39
12 . . 154/29 279/15 354/33
14 . . . 158/30
15 . . . 159/19
17 . . . 510/42
XII, 1 . . . 54/7
2 . . . 190/22
4 . . . 162/13 340/22
6 . . . 266/38 407/3
7 . . . 162/16 220/22
11 . . 164/9 220/15 394/18
12 . . 120/35 193/1 373/33
16 . . . 166/22
23 . . . 167/41
XIII, 1 . 162/9 326/34 381/13
2 . . . 192/36
3 . . . 248/33 470/22
4 . . . 409/22
6 . . . 162/4
14 . . . 172/27
15 . . . 276/26
17 . . . 161/45
18 . . 51/12 272/45 394/40
22 . . 392/20 443/30 470/35
22 23 . . . 382/43
23 24 . . . 381/39
24 . . . 403/34
25 . . . 175/39
27 . . 381/44 382/1 401/5
28 . . . 81/36
XIV, 1 . . . 152/43 178/18
2 . . . 81/7
4 . . . 80/25 291/12
5 . . . 178/19 213/6
6 . . . 66/29
7 . . . 178/13
11 . . . 182/37
12 . . . 455/43
13 . . . 178/8 218/28
14 . . . 102/31 185/18
15 . . . 270/41
16 . . 50/47 186/2 354/10
18 . . . 185/19
XV, 4 . . . 71/25 410/39
5 . . 121/10 190/12 406/41
6 . . . 408/5
XV, 8 . . . 227/42
9 . . . 162/41
11 . . . 190/9
14 . . . 180/2
17 . . . 190/5
20 . . . 195/26
20 21 . . . 151/34
21 . . . 287/2
25 . . . 190/1 195/24
26 . . . 496/39
27 . . . 223/31 255/44
28 . . . 198/25
31 . . . 199/33 488/20
32 . . . 199/31
33 . . . 199/29
34 . . 198/26 246/16 257/23
XVI, 2 . . . 259/32 271/7
3 . . . 227/36
5 . . . 510/17
7 . . . 53[4] 203/16
9 . . 143/16 214/20 257/7
299/44
11 . . . 228/11
12 . . . 31/22 44/26
13 . . . 37/11 203/10
15 . . 36/28 136/22 345/34
488/11
17 . . . 214/47
18 . . 207/37 381/33 395/21
407/25
19 . . . 207/39
20 . . . 271/34
21 . . . 213/32
22 . . . 272/40
23 . . . 153/10 188/20
XVII, 1 . 136/34 207/32 347/5
2 . . . 395/18
3 . . . 212/39
7 . . . 212/30
8 . . . 212/32
10 . . . 53[5] 212/35
11 . . . 212/23
11 12 . . . 112/27
13 . . . 216/11
14 . . . 45/27
15 . . . 216/14
16 . . . 153/17
XVIII, 3 . . . 53[6] 375/37
5 . . . 219/12
20 . . . 499/32
21 . . . 221/23
XIX, 4 . . . 227/3
6 . . 191/4 227/5 371/47
394/44 470/43 471/14
7 . . . 226/43 395/15
10 . . . 128/23
12 . . . 228/33
14 . . . 103/13
17 . . . 46/16
18 19 . . . 343/43

XIX, 20 . . . 228/36
23 . . . 232/24 367/12
28 . . . 232/21
29 . . . 197/37 304/1 385/32 419/4
XX . . . 414/11
4 . . . 236/19
11 . . . 237/37
12 13 . . . 365/42
18 . . . 240/1
19 . . . 239/44
23 . . . 239/40 306/19
25 . . . 35/46 36/9
26 . . . 267/19
26 27 . . . 35/25
27 . . . 237/32
28 . . . 127/22
XXI, 1 . . . 54/3 10
5 . . . 332[1]
6 . . . 429/1
7 . . . 248/1 396/11
13 . . . 105/1 238/20
14 . . . 249/25 266/25 313/20 363/30 402/35
15 . . . 266/30 287/32
16 . . . 251/38
17 . . . 251/35
22 . . . 249/19
27 . . . 255/1
30 . . . 499/30
32 . . . 242/34
33 . . . 343/1
34 . . . 255/2
XXII, 6 . . . 260/12
10 . . . 262/28
12 . . . 262/25
15 . . . 409/7
17 . . . 409/10
21 . . . 260/8
23 . . . 267/24
26 27 . . . 262/37
29 . . . 267/26
XXIII, 3 . . . 296/14
6 . . . 270/32 361/34
6 7 . . . 177/5 408/11
10 . . . 150/22
11 . . . 270/26 355/20
17 . . . 25/27
XXIV, 1 . . . 270/22
2 . . . 276/46
5 . . . 277/35
7 . . . 263/2 360/31
13 . . . 277/31
15 . . . 480/42
18 . . . 276/43
23 . . . 413/28
25 . . . 284/14
XXV, 3 . . . 40/25 289/6
4 . . . 289/10
5 . . . 292/39
XXV, 6 . . . 112/45 217/19
XXVI, 7 . . . 292/33
14 . . . 292/35 377/18
XXVII, 1 . . . 53/42 292/18 24
6 . . . 215/32
7 . . . 299/16
8 . . . 299/13
11 . . . 302/3
14 . . . 301/45
XXVIII, 1 . . . 292/28
7 . . . 307/15
9 . . . 132/15
12 . . . 307/7
15 . . . 315/18
18 . . . 307/9
20 . . . 322/3
22 . . . 506/14
23 . . . 321/45
28 . . . 20/25
XXIX, 2 . . . 389/30
3 . . . 253/7
4 . . . 389/33
7 . . . 328/33
11 . . . 328/36
13 . . . 360/22
14 . . . 328/39
17 . . . 74/19
18 . . . 328/29
19 . . . 183/25
20 . . . 245/16
21 . . . 335/25 372/20
25 . . . 208/5
XXX . . . 328/18
1 . . . 208/5 231/39 328/20
3 . . . 239/23
3 4 . . . 100/27
14 . . . 230/20
16 . . . 340/10
17 . . . 45/26 111/44 189/11 216/41
20 . . . 340/12
20 21 . . . 83/12 228/40 410/42 490/35
25 . . . 29/17 347/21
26 . . . 67/40 208/15
27 . . . 44/11 501/41
28 . . . 347/23
30 . . . 44/13
30 31 . . . 347/25
XXXI . . . 328/21
1 . . . 328/23 481/37
5 . . . 351/45
5 6 . . . 98/8
9 . . . 351/42
12 . . . 35/18
13 . . . 351/33
16 . . . 357/25
23 . . . 19/12 67/43
24 . . . 319/34 357/21
26 . . . 361/42
XXXI, 26 27 . . . 64/17
29 . . . 351/35
30 . . . 240/39
33 . . . 240/42 364/12
34 . . . 364/14
35 . . . 351/27
35 36 . . . 51/16
XXXII, 1 . . . 53/33 409/27
2 . . . 369/23
4 . . . 369/25
6 . . . 369/15
8 . . . 237/21
11 . . . 340/16
15 . . . 369/18
20 . . . 414/39
21 . . . 382/35
XXXIII, 1 . . . 369/9
5 . . . 378/36
6 . . . 378/39
8 . . . 378/31
12 . . . 378/32
15 16 . . . 78/2
16 . . . 53[1]
22 . . . 215/8
23 . . . 53/9
25 . . . 387/41
26 . . . 387/44
27 . . . 156/34
29 . . . 387/37
31 . . . 387/39
XXXIV, 1 . . . 378/20
3 . . . 109/3 378/46
5 . . . 393/17
7 . . . 195/4
9 . . . 408/29
10 . . . 393/18 424/34 439[2]
17 . . . 393/13
18 . . . 398/29 404/6
21 . . . 399/23
22 . . . 169/43 294/34
24 . . . 53/3 167/9 170/12
26 . . . 399/20 421/27
29 . . . 399/16
31 . . . 393/8
34 . . . 404/24
36 . . . 404/27
36 37 . . . 156/31
XXXV, 1 . . . 378/23
2 . . . 407/18
3 . . . 407/36
4 . . . 407/38
9 . . . 407/29
10 . . . 411/4
12 . . . 411/6
XXXVI, 1 . . . 378/25
5 . . . 414/22
7 . . . 416/42
10 . . . 416/44
13 . . . 416/38
16 . . . 416/33

XXXVI, 17 . . . 416/23 423/10
22 . . . . . . . . 416/10
24 . . 277/25 423/18 506/12
25 . . 273/36 439/39 469/37
26 . . . . . . . . 423/15
28 . . . . . . . . 53²
30 . . . . . . . . 53³
XXXVII, 1 . . . . . 426/11
4 . . . . . . . . 298/39
5 . . . . . . . . 298/42
6 . . . . . . . . 429/29
7 . . . . . . . . 429/23
14 . . . . 414/26 429/24
15 . . . . . . . . 434/18
16 . . . . . . . . 295/28
17 . . . . . . . . 133/43
19 . . . . . . . . 434/21
XXXVIII, 1 . . . . 53/32
4 . . . . . . . 441/6
8 . . 133/15 296/31 441/45
10 . . . . . . . . 296/34
12 . . . . . . . . 442/2
18 19 . . . . 76/38 310/5
22 23 . . . 104/31 244/34
25 . . . . 326/22 429/44
28 . . . . . . . . 449/44
31 . . . . . . . . 450/2
33 . . . . . . . . 435/14
34 . . . . . . . . 426/34
36 . . . . . . . . 441/39
37 . . . . . . . . 454/43
39 . . . . . . . . 454/38
XXXIX, 1 . . . . . 454/33
5 . . . . . . . . 458/4
9 . . . . . . . . 459/39
13 . . . . . . . . 458/1
19 . . . . . . . . 457/36
23 24 . . . . . . 499/20
26 . . . . . . . . 457/31
28 29 . . . . . . 313/6
29 30 . . . . . . 140/39
30 . . . . . . . . 313/26
31 . . . . . . . . 441/33
33 . . . . . . . . 470/13
34 . . . . . . . . 506/31
XL, 1 . . . . . . . 441/28
3 . . 142/23 194/5 258/14
399/10 472/39
4 . . . . . . . . 472/41
6 7 . . . . . . . 422/23
7 . . . . . . . . 267/14
10 . . . . 342/10 472/33
15 . . . . . . . . 476/33
18 . . . . . . . . 476/35
19 . . . . . . . . 476/28
20 . . . . . . . . 472/27
21 . . . . . . . . 485/35
27 . . 376/7 405/14 485/30
XLI, 1 . . . . . . 485/25
4 . . . . . . . . 490/20
XLI, 5 . . . . . . . 490/17
9 . . . . . . . . 493/27
11 . . . . . . . . 486/22
13 . . . . . . . . 493/28
14 . . . . . . . . 493/29
15 . . 128/9 487/15 493/30
16 . . . . . . . . 490/11
17 . . . . . . . . 498/20
19 . . . . 466/28 498/42
24 . . . . 249/44 498/37
XLII, 1 . . 10/23 17/9 441/20
2 . . . . 150/20 277/4
5 . . . . . . . 51/37 39
6 . . . 9/45 51/43 248/17
7 . . . . . . . . 504/6
8 . . . . . . . . 506/42
9 . . . . . . . . 506/45
10 . . . . . 16/5 504/12


**Liber Psalmorum.**


I, 1 . . . . . . . . 19/18
II, 1 . . . . . . . . 466/44
2 . . . . . . . . 494/37
9 . . . . . . . . 149/34
III, 8 . . . . . . . . 74/33
IV, 2 . . . . . . . . 163/15
3 . . . . . . . . 158/39
9 . . . . . 112/15 161/8
V, 7 . . 201/30 300/32 410/26
507/15
VI, 7 . . . . . . . . 116/32
VII, 12 . . . . . . . 121/36
15 . . . . . . . . 202/28
VIII, 6 . . . 334/22 367/25
8 9 . . . . . . . 412/6
9 . . . . . . . . 164/24
IX, 7 . . . . . . . . 174/12
16 . . . . . . . . 264/7
17 . . . . . . . . 401/30
18 . . . . . . . . 126/15
X (sec. Hebr.), 5 . 20/17 126/19
199/13
7 . . . . . . . . 450/34
9 . . . . 345/12 456/45
13 . . . . . 150/15 413/8
14 . . . . . 90/14 333/30
15 . . . . . 180³ 361/16
X, 5 . . . . . . . . 327/41
7 . . . . 104/28 244/36
8 . . . . . . . . 415/26
XI, 4 . . . . . . . . 407/45
6 . . . . . . . . 403/1
9 . . . . . . . . 28/19
XII, 2 . . . . . . . 118/24
4 5 . . . . . . . 57/37
XIII, 1 . 194/43 251/46 385/28
3 . . 20/16 130/23 191/13
XIV, 4 . . . . . . . 128/43
XV, 2 . . . . . . . 261/21
10 11 . . . . . . 389/12
XV, 11 . . . . . . . 95/25
XVI, 3 . . . . . . . 176/5
XVII, 12 . 265/19 437/6 446/3
13 . . . . 114/14 427/24
14 . . . . . . . . 429/47
15 . . . . . . . . 245/29
20 . . . . . . . . 421/3
43 . . . . 174/20 225/26
XVIII, 2 . . . . . . . 436/15
5 . . . . 164/33 430/19
8 . . . . . . . . 424/15
9 . . . . . . . . 29/34
XIX, 8 . . . . . . . 466/7
XXI, 5 6 . . . . . . 90/19
7 . . . . . . . . 291/41
8 . . . . 214/35 340/23
14 . . . . . . . . 206/41
16 . . . . . . . . 45/18
XXII, 4 . . . . 91/16 267/47
5 . . . . . . . . 421/18
XXIII, 1 . . . . . . 446/45
4 . . . . . . . 355/22 35
XXIV, 7 . . . . 123/42 179/6
16 . . . . . . . . 103/41
19 . . . . . . . . 301/36
21 . . . . . . . . 72/38
XXV, 2 . . . . 274/6 406/20
4 . . . . . . . . 266/43
6 . . . . . . . . 141/46
XXVI, 6 . . . . . . . 23/24
14 . . . . . . . 2/9 413/19
XXVIII, 7 . . . . . . 153/43
XXIX, 6 . . . . . . . 370/43
XXX, 11 . . . . . . . 71/14
21 . . . . 185/30 330/36
XXXI, 5 . . . 118/44 366/12
8 . . 82/2 398/35 417/29
XXXII, 9 . . . . . . 435/8
15 . 147/35 273/46 277/6 505/4
17 . . . . . . . . 464/37
XXXIII, 6 . . . . . . 290/19
9 . . . . . . . . 76/32
XXXIV, 5 . . . . . . 174/13
6 . . . . . . . . 282/40
XXXV, 2 . . . . . . 254/41
4 . . . . . . . . 402/37
4 5 . . . . . . . . 82/5
7 . . . . . . . . 361/37
9 . . . . . . . . 242/17
10 . . . . . . . . 290/13
12 13 . . . . . . 474/40
XXXVI, 4 . . . . . . 269/24
24 . . . . . . . . 349/3
25 . . . . . . . . 91/34
28 . . . . . . . . 226/1
30 . . . . 379/28 405/45
36 . . . 105/4 238/44 239/7
XXXVII, 5 . . . . . . 262/18
11 . . . . . . . . 216/24
12 . . 103/10 230/37 344/3

XXXVII, 15 . . 332/31 344/27 375/2
XXXVIII, 2 . . . . 344/29
2 3 . . . . . . . 144/13
3 . . . . . 50/32 68/15
5 . . . . . 272/8 449/35
5 6 . . . . . . . 57/29
7 . . . . . . . . 239/12
9 . . . . 163/12 227/27
10 11 . . . . . . 176/44
12 . . 71/12 127/6 188/14
XXXIX, 4 . . . . . 411/35
9 . . . . . . . . 275/6
XLI, 5 . . . . . . 510/12
8 . . . . . . . . 345/3
XLII, 1 . . . . . . 271/39
XLIII, 3 . . . . . . 170/6
8 . . . . . . . . 420/36
14 . . . . . . . . 119/12
15 . . . . . . . . 343/36
XLIV, 2 . . . . . . 335/29
3 . . . 205/8 321[a] 321/17
4 . . . . . . . . 499/5
5 . . . . . . . . 512/8
7 . . . . . . . . 255/30
9 . . . . . . . . 511/35
10 . . . . . . . . 334/15
11 . . . . . . . . 434/24
13 . . . . . . . . 161/19
XLV, 3 . . . . . . 132/8
10 . . . . . . . . 466/34
XLVIII, 12 . . 258/28 348/31
19 . . . . . 31/4 44/17
XLIX, 3 . . . . . . 419/41
11 . . . . . . . . 320/43
18 . . . . . . . . 395/43
19 . . . . . 172/6 194/2
21 . 27/5 173/38 408/7 418/7
L, 5 . . . . . . . 177/26
6 . 122/1 262/2 408/39 473/29
7 . . 80/27 194/25 484/12
8 . . . . . . . . 156/17
9 . . . . . . . . 141/40
14 . . . . . . . . 329/22
16 . . . . . . . . 213/34
17 . . . . . . . . 377/24
LI, 7 . . . . 224/46 229/43
8 9 . . . . . . . 362/18
LIV, 6 . . 78/25 99/2 143/1
7 . . . . . . . . 111/25
10 . . . . . . . . 199/41
14 15 . . . . . . 232/12
22 . . . . . . . . 492/39
23 . . . . . . . . 122/41
24 . . 95/34 254/37 266/11
LV, 2 . . . . . . . 28/25
3 . . . . . 28/30 345/29
5 . . . . . . . . 403/27
13 . . . . . . . . 391/44
LVII, 5 . . . . . . 206/21
LVII, 5 6 . . . . . 241/42
7 . . . . . . . . 335/11
9 . . . . . . . . 220/39
11 . . . . . . . . 267/6
LVIII, 7 . . . 223/23 340/45
LIX, 4 . . . . . . 132[d]
11 . . . . . . . . 67/33
LXI, 11 . . . . . . 362/40
LXII, 3 . . . . . . 311/26
12 . . . . 406/44 413/39
LXIII, 7 8 . . 214/14 429/14
LXIV, 10 . . . . . 427/18
11 . . . . . . . . 427/20
LXV, 12 . . . . . . 160/23
13 14 . . . . . . 269/17
LXVII, 10 . . . 338/39 434/9
31 . . . . . . . . 104/40
35 . . . . . . . . 437/44
LXVIII, 3 . . . . . 421/9
4 . . . . . . . . 350/9
10 . . . . . . . . 349/41
27 . . 204/1 209/18 271/9
LXXI, 4 . . . 333/26 420/19
LXXII, 2 3 . . . . . 215/10
3 . . . . . . . . 250/23
5 . . . . 250/29 461/19
5 6 . . . . . . . 244/47
7 . 164/1 199/3 240/21 363/24
16 17 . . . . . . 228/2
18 . . . . . . . . 267/16
22 . . 117/39 132/11 205/47 345/38
LXXIII, 16 . . . . . 397/31
23 . . 196/40 487/8 502/46
LXXIV, 3 . . . 258/4 413[2]
6 . . . . . 193/27 471/5
9 . . . . . . . . 254/20
LXXV, 3 . . . . . 94/12
5 . . . . . . . . 427/11
6 . . . . 243/42 305/27
7 . . . . . . . . 184/33
9 . . . . . . . . 211/5
LXXVI, 5 . . . 204/20 276/2
6 . . . . . . . . 123/31
12 . . . . . . . . 123/35
19 . . . . . . . . 429/41
20 . . 134/33 157/3 424/22
LXXVII, 2 . . . . . 299/28
3 4 . . . . . . . 415/19
13 . . . . . . . . 445/40
30 31 . . . . . . 34/28
39 . . . . . . . . 153/9
49 . . . . . . . . 68[b]
LXXIX, 4 8 20 . . . 390/3
12 . . . . . . . . 183/7
LXXX, 11 . 55/5 339/1 379/16
LXXXI, 5 . . . 67/15 245/46 282/31 330/15
6 . . . . . . . . 40/21
LXXXII, 14 . 41/28 178/38 253/32
LXXXIII, 3 . . . . . 398/8
4 . . . . . . . . 335/40
6 7 . . . . . . . 429/11
8 . . . . . 22/38 122[b]
13 . . . . . 72/45 301/21
LXXXIV, 6 . . . . . 185/34
9 . . 75/27 327/3 388/37
LXXXV, 2 . . . . . 144/36
13 . . . . . . . . 185[a]
LXXXVI, 3 . . . . . 281/31
LXXXVII, 11 . . . . 184/36
16 . . 2/20 112/34 256/20
LXXXVIII, 13 . . . . 133/18
16 . . . . . 129/7 428/20
16 17 . . . . . . 290/24
33 34 . . . . . . 150/44
LXXXIX, 13 . . . . 509/8
XC, 15 . . . . . . 91/24
XCI, 13 . . . . . . 336/34
15 . . . . . . . . 514/7
XCII, 1 . . . . . . 474/5
4 . . . . . . . . 134/22
4 5 . . . . . . . 434/39
XCIII, 1 . . . . . . 282/4
5 6 . . . . . . . 279/5
6 . . . . . . . . 263/45
7 . . . . . . . . 150/13
11 . . . . . 158/15 257/3
19 . . . . 160/14 509/31
XCVII, 1 . . . . . 270/9
XCIX, 3 . . . . . . 164/42
C, 2 3 . . . . . . 300/45
7 . . . . . 268/27 331/1
8 . . . . . 270/1 422/33
CI, 2 . . . . . . . 367/8
4 . . . . . . . . 346/30
12 . . . . . . . . 124/6
27 . . . . . 81/9 188/25
28 . . 146/19 273/25 426/4
CII, 3 . . . . . . . 92/35
10 . . . . . . . . 156/37
16 . . . . . . . . 105/5
CIII, 2 . 133/10 295/6 436/8
5 . . . . . . . . 444/40
9 . 57/26 297/12 326/19 446/21
13 . . . . . . . . 88/12
15 . . . . . . . . 36/33
17 . . . . . . . . 458/33
20 . . . . . . . . 449/7
21 . . . . . . . . 74/16
22 . . . . . . . . 432/20
24 . . . . 131/19 164/29
26 . . . . . . . . 297/38
27 . . . . . . . . 457/8
29 . 165/2 212/47 288/9 378/6
30 . . . . . . . . 164/47
35 . . . . . . . . 226/25
CIV, 4 . . . . . . 326/44
CV, 4 5 . . . . . . 149/18
20 . . . . . . . . 480/29

CV, 28 478/21 478[5]
41 42/27
CVI, 32 331/36
40 170/38 442/21
42 90[g]
CVIII, 4 231/43 301/28
10 239/25
11 200/32
13 201/6
15 16 225/12
17 227/12 233/21
18 195/8 395/38
23 123/44 180/25
29 105/43 129/14
CIX, 3 323/6
CX, 1 388/22
9 23/28
10 327/11 398/32
CXI, 2 20/10
7 197/15
10 29/9 206/24 252/43
CXII, 2 38/43
5 423/24
CXIII, 5 184/29
16 265/36
CXIV, 3 198/9
CXV, 11 473/48
15 336/14
16 459/45
CXVII, 6 160/7
15 330/34
16 186/36 475/37
18 119/26
24 329/33
CXVIII, 1 261/30
11 268/11
13 393/27
32 274/47
37 269/41 352/23 481/39
73 147/14
83 104/24
89 436/11
109 174/41
127 323/14
137 397/19 505/26
141 371/26
164 23/40
CXIX, 3 4 500/15
4 98/35 245/21
5 64/42
7 365/14
CXX, 4 119/4
CXXVI, 1 30/21
2 119/2
4 337/40
CXXVIII, 6 126/7
CXXXIV, 6 275/25
7 326/14 438/3
CXXXV, 6 444/2
CXXXVI, 7 34/14
CXXXVI, 9 62/20
CXXXVIII, 6 277/19 425/39
7 114/8
11 57/20
12 382/31
15 382/32
16 382/34 435/23
18 262[2]
24 274[1]
CXXXIX, 4 227/16
6 345/8
11 288/2
CXL, 4 137/11 240/25 423/1
6 175/14 194/34
CXLI, 8 115/44
CXLII, 2 120/45 130/33 180/46 272/25 361/26
3 188/29 264/22 448/20
3 4 153/19
5 72/24
CXLIII, 3 118/1 180/42
4 118/7
6 427/22
CXLIV, 2 24/22
16 47/1
CXLV, 4 82/28 105/27 201/14 212/45 447/14
8 38/10 348/47
CXLVI, 4 453/45
5 134/25
9 457/15
CXLVII, 16 431/8
17 432/45
18 433/6
CXLVIII, 3 445/16
4 455/35
5 6 433/44
8 104/29 246/44 303/25 450/33


**Liber Proverbiorum.**


I, 4 330/24
5 248/15 379/7
6 96/8 175/47 329/10
10 395/46
11 279/30
13 279/32
15 396/2
16 198/41
17 222/27 464/12
23 172/36
26 139/7 267/8 302/32 347/47
28 302/23 347/30
28 29 412/18
31 222/18 397/8
32 363/22
II, 14 128/29
III 390/43
9 358/46
III, 10 93/4
11 386/15
11 12 91/3
12 42/30
16 186/38 273/27
28 359/7
34 155/29
IV, 17 240/47
18 160/41 282/16 290/22 329/34
19 221[b]
22 126/38
V, 18 76/42
20 356/14
22 168/38 418/3
23 109/38
VI, 16 169/17
23 274/39
27 29 357/10
34 35 141/23 306/14
35 201/26
VII, 4 5 492/46
9 10 282/44
VIII 306/48
8 211/10 379/39 405/12
12 18/28 166/42 318/6
13 173/33 300/38 372/11 507/13
14 166/45
14 15 338/13
25 192/13
27 444/31
29 444/9
IX, 3 488/3
7 163/21
X, 7 225/15
11 76/43
13 372/14
19 413/45
28 302/7 349/24
29 128/41
XI, 1 98/6 355/8
3 19/33 355/12
5 29/32
8 420/18
9 302/8
12 396/30
28 362/15
XII, 8 43/15 126/37 303/19
20 93/6
21 160/26
XIII, 8 43/39 201/22
9 221/29
24 441/4
25 243/21 421/8
XIV, 4 21/28
6 163/23
10 88/20 349/46
12 67/13
13 34/31

XIV, 23 . . 155/9 203/35 414/2
XV, 2 . . . . . . 124e 406/7
7 . . . . . . . . 237/9
15 . . . . . . . . 197/28
XVI, 2 . . . . 98/1 165/5
2 3 . . . . . . . . 397/50
7 . . . . 403/29 509/43
11 . . . . . . . . 97/46
XVII, 11 . . . . . . 348/3
14 . . . . . . . . 107/44
16 . . . . . . . . 318/22
XVIII, 2 . . . . . . . 405/23
13 . . 109/23 220/10 392/11
17 . . 271/44 366/13 359/45
XX, 8 . . . . . 296/4 339/39
17 . . . . . . . . 241/6
28 . . . . . . . . 339/44
29 . . . . . 166/4 373/38
XXII, 6 . . . . . . 240/14
20 21 . . . . . . . 391/32
XXIII, 31 32 . . . . 493/10
XXIV, 11 . . 106/41 333/39
16 . . . . . . . . 349/1
28 . . . . . . . . 363/16
XXV, 5 . . . . . . 417/33
27 . . . . . . . . 293/47
28 . . . . . 108/5 219d
XXVI, 5 . . 5/29 97/41 227/8
XXVII, 2 . . . . . 363/18
3 . . . . . . . . 98/15
6 . . . . . . . . 105/37
7 . . . . . 100/19 343/8
8 . . . . . . . . 336/6
XXVIII, 1 . . . . . 160/28
13 . . . . . . . . 366/3
14 . . . . . . . . 457/2
15 . . . . . . . . 74/5
XXIX, 14 . . . . . . 417/35
23 . . . . . . . . 269/34
XXX, 14 . . 90/8 335/12 486/41
15 . . . . . . . . 125/3
16 . . . . . . . . 125/22
17 . . . . 231/32 469/27
21 22 . . . . . . . 231/5
23 . . . . . . . . 231/8
26 . . . . . . . . 221/14
XXXI, 13 . . . . . 270/11
21 . . . . . . . . 285/9
17 . . . . . . . . 443/25
18 . . . . . 222/6 330/4
23 . . . . . . . . 331/41
25 . . . . . . . . 129/1
26 . . . . . . 55/2 379/23
27 . . . . . . . . 330/45
28 . . . . . . . . 21/5
29 . . . . . . . . 512/14


**Liber Ecclesiastae.**


I, 5 . . . . . . . . 273/14
5 6 . . . . . . . . 446/38
I, 6 . . . . . . . . 148/31
8 . . . . 87/33 134/19
13 . . . . . . . . 196/33
15 . . . . . 55/30 401/39
16 . . . . . . . . 163/4
17 . . . . . . . . 326/45
II, 1 . . . . . . . . 269/3
2 . . . . . . . . 339/13
9 . . . . . . . . 162/30
12 . . . . . . . . 141/9
13 14 . . . . . . . 196/29
15 . . . . . . . . 256/38
18 . . . . . . . . 141/29
III, 1 . . . . . . . . 464/7
7 . . . . . . . . 50/25
16 . . . . . . . . 249/39
IV, 12 . . . . . . 486/6
V, 1 . . 39/5 204/14 398/38
5 . . . . 256/26 398/48
7 . . . . . . . . 256/28
9 . . . . . 243/22 125/1
12 . . . . . . . . 303/1
12 13 . 85/27 243/28 362/31
13 . . . . . . . . 341/26
15 . . . . . . . . 359/33
VII, 3 . . . . . . . 48/28
19 . . . . . . . . 20/14
29 . . . . . . . . 18/4
IX, 1 . . . . . . . . 137/26
1 2 . . . . . . . . 67/1
8 . . . . . . . . 334/11
10 . . . . . . . . 201/34
12 . . . 67/8 223/3 377/45 483/15
X, 4 . . . . . . . . 336/9
6 . . . . . . . . 249/41
16 . . . . . . . . 67/26
XI, 8 . . . . . . . . 58/35
XII, 5 . . . . . . . . 348/29
7 . . . . . 212/42 378/4
11 . . . . . . . . 196/6
13 . . . . . . . . 42/9
14 . . 179/28 187/10 235/34 242/30


**Canticum canticorum.**


I, 3 . . . . . . 20/7 483/18
6 . . . . . . . . 281/8
10 . . . . . . . . 379/8
15 . . . . . . . . 321/1
II, 11 . . . . . . . . 431/25
14 . . . . . . . . 380/21
III, 1 . . . . . . . . 384/13
4 . . . . . . . . 271/23
7 8 . . . . . . . . 499/7
9 . . . . . . . . 327/41
IV, 1 . . . . . . . . 512/24
7 . . . . . . . . 159/42
11 . . . . . . . . 205/7
16 . . . . . 433/7 435/39
V, 1 . . . . . . 23/18 36/36
2 . . . . . . 77/35 383/29
7 . . . . . . . . 280/4
10 . . . . . . . . 320/38
VI, 9 . . . . . . . . 321/17
11 . . . . . . . . 132/13
VII, 2 . . . . . . . . 95/23
6 . . . . . . . . 321/19
8 . . . . . . . . 336/35
VIII, 6 . . . 163/29 495/40
7 . . . . . . . . 320/3
13 . . . . . . . . 434/26


**Liber Sapientiae.**


I, 4 . . . . . . . . 317/35
8 . . . 41/15 401/22 507/21
8 9 . . . . . . . . 40/44
9 . . . . . . . . 41/10
11 . . . . 137/18 173/27
13 . . . . . . 86/24 191/31
15 16 . . . . . . . 223/42
II, 1 . . . . . . 113/45 141/5
2 . . . . 238/45 300/15
3 . . . . . . . . 114/25
6 . . . . . . . . 363/9
6 7 . . . . . . . . 251/21
22 . . . . . . . . 252/20
24 25 . . . . . . . 84/8
III, 1 . . . 44/36 71/22 91/28
13 . . . . . . 20/36 56/21
16 . . . . . . 250/8 356/5
17—19 . . . . . 56/23
IV, 3 . . 200/43 250/15 356/2 401/37
3 4 . . . . . . . . 84/36
4 . . . . . . . . 36/43
5 . . . . . . . . 158/12
6 . . 84/47 128/34 250/6 303/43 343/25
8 . . . . . . 166/2 260/22
8 9 . . . . . . 332/7 373/40
9 . . . . 120/33 192/42
V, 2 . . . . . . . . 174/4
3 . . . . . . . . 254/13
6 . . . . . . 252/5 254/15
9 . . 61/19 124/4 216/17 239/13
9 10 . . . . . . . 140/28
11 . . . . . . . . 140/36
13 . . . . . . 61/22 152/33
15 . . 126/29 161/33 264/21
18 . . . . . . . . 244/44
19 . . . . . . . . 499/25
21 . . 37/17 208/40 246/26 450/31 501/5
22 . . . . . . 245/5 497/31
23 . . . . . . 305/36 450/26
24 . . . . . . . . 305/46
VI, 4 5 . . . . . . . 418/12
7 . 135/12 285/37 303/33 400/20

VI, 8 . . 65/11 358/26 400/22
23 . . . . . . . 318/10
24 . . . . . . . 303/6
VII . . . . . . . 327/21
1 2 . . . . . . . 148/37
2 . . . . . . . 217/22
3 . . . . . 62/24 189/15
4 . . . . . . . 149/16
8 . . . . . . . 501/29
9 . . . . 319/36 501/31
10 11 . . . . . . 321/35
12 . . . . . . . 21/7
13 . . . . . . . 374/33
17 . . . . . . . 171/21
21 . . . . . . . 236/30
22 . . . . . . . 379/45
24 25 . . . . . . 80/38
26 . . . . . . . 323/27
27 . . . . 324/18 327[3]
28 . . . . . . . 325/32
29 . . 277/22 291/24 320/21
VIII, 1 . 166/31 297/23 325/39
325/44
2 . . . . . . . 11/38
8 . . . . . . . 309/21
11 . . . . . . . 338/7
11 12 . . . . . . 236/32
12 . . . . 248/23 370/19
18 . . . . . . . 95/44
IX, 5 . . . . . . . 29/14
14 . . . . 157/26 290/40
15 . . . . 157/17 380/36
16 17 . . . 192/26 290/43
17 . . . . . 316/35 435/2
X, 6 7 . . . . . . 311/36
12 . . . . . 30/25 329/38
21 . . . . 120/39 376/40
XI, 21 . . 40/9 325/13 438/40
444/21
24 . . . . 150/35 413/29
XII, 1 . . . . . . 80/16
2 . . . . 406/26 418/28
10 . . . . . . . 487/13
11 . . . . . . . 284/28
12 . . . . . 158/3 258/21
15 . . . . . . . 210/16
15 16 . . . . . . 158/20
XIII, 1 . 158/37 303/17 315/43
2 . . . . . . . 255/24
5 . . . . . . . 425/21
13 . . . . . . . 341/10
XIV, 11 . . . . . . 223/8
28 . . . . . . . 339/21
XV, 3 . . . . . . 82/30
XVI, 13 . . . . . . 178/33
XVII, 1 . . . . . . 437/14
4 . . . . 112/20 153/35
10 . . 189/40 153[a] 1 197/12
197/17 29 286/47
13 14 . . . . . . 385/6
XVII, 19 20 . . . . 89/34
XVIII, 1 . . . . 33/21 428/18
21 . . . . . 389/4 509/12
24 . . . . 339/37 389/10

### Liber Ecclesiasticus s. Sirach.

I, 1 . . . . . . . 166/28
2 . . 157/21 319/9 448/34
3 . . . . . . . 192/24
27 . . 20/22 71/28 498/30
40 . . . . . . . 405/20
II, 4 . . . . . . . 50/21
5 . . . . . . . 274/4
11 12 . . . . . . 90/21
14 . . . . . . . 19/26
19 . . . . . . . 42/12
III, 20 . . . . . . 15/19
22 . . . . . . . 192/9
IV, 1 . . . . . . . 358/43
3 . . . . . . . 359/5
5 . . . . 334/35 360/24
8 . . 104/11 359/42 375/43
10 . . . . . . . 334/36
12 . . . . . 196/16 380/4
24 . . . . . . . 373/4
27 28 . . . . . . 69/30
28 . . . . . . . 376/21
30 . . . . . . . 109/6
33 . . 108/12 143/12 176/19
373/6
35 . . . . . 83/40 339/8
V, 4 . . . . . . . 413/33
8 . . . . . 23/35 122/14
14 . . 248/11 270/42 293/3
372/38 405/42
VI, 2 . . . . . . . 252/33
6 . . . . . . . 232/10
9 . . . . . 105/15 233/4
10 . . . . . . . 105/20
14 . . . . . . 106/8 233/5
16 . . . . . 103/20 233/6
17 . . . . . . . 103/24
35 . . . . . 333/3 372/25
VII, 1 . . . . . . . 471/36
3 . . . . . . . 246/34
5 . . . . . . . 372/4
15 . . . . . . . 376/12
38 . . . . . . . 349/10
38 39 . . . . . . 48/31
40 . . 58/32 209/31 475/20
IX, 5 . . . . . . . 352/27
X, 8 . . . . . . . 132/4
9 . . . . . . . 475/23
11 . . . . . . . 287/44
13 . . 217/27 247/3 285/44
15 . . . . . . . 385/23
17 . . 132/20 266/20 399/42
18 . . . . . . . 401/41
19 . . . . . . . 132/22
22 . . . . . . . 46/37
XI, 5 . . . . . . . . 411/18
23 . . . . . . . . 371/23
27 . . . . . 47/10 329/17
XIII, 1 . . . . . . . 199/23
14 . . . . . . . . 155/13
XV . . . . . . . . 219/42
XVII, 1 . . . . . . . 380/28
1 2 . . . . . 147/27 148/7
5 . . . . 162/24 394/30
5 6 . . . . . . . . 455/3
6 . . . . . 130/9 294/11
14 . . . . . . . . 255/25
XIX, 2 . . . . . . . 353/31
2 3 . . . . . . . . 477/21
10 . . . . . . . . 69/40
12 . . . . . . . . 69/44
XX . . . . . . . . 221/42
1 . . . . . . . . 108/23
2 . . . . . . . . 352/21
5 . . . . . . . . 322/25
6 7 . . . . . . . . 332/27
XXI, 7 . . . . . . . 126/3
17 . . . . . . . . 393/39
18 . . . . . . . . 393/45
23 . . . . . . . . 339/31
25 . . . . . . . . 356/21
26 . . . . . . . . 356/23
27 . . . . . . . . 356/25
28 . . . . 124/19 379/41
29 . . . . . . . . 124/20
30 . . . . . . . . 364/44
XXIII, 19 . . . . . . 60/11
24 . . . . . . . . 200/38
25 26 . . . . 265/11 283/6
28 . . 26/18 145/37 179/13
261/9 273/44 294/28 314/43
354/6 401/2 505/15
29 . . . . . . . . 505/1
30 . . . . . . . . 465/16
32 . . . . 200/40 286/23
XXIV . . . . . . . . 307/1
2 . . . . . . . . 379/25
3 4 . . . . . . . . 388/7
6 . . . . . . . . 453/39
8 . . . . . 430/7 448/9
11 . . . . . . . . 135/14
16 . . . . . . . . 337/4
27 . . . . . . . . 80/18
31 . . . . . . . . 393/34
40 41 . . . . . . . 315/8
43 . . . . . . . . 115/19
44 46 . . . . . . . 326/37
45 . . . . . . . . 448/24
XXV, 1 2 . . . . . . 510/2
3 4 . . . . . . . . 373/42
7 8 . . . . . . . . 166/9
XXVI, 12 . . . . . . 269/40
13 . . . . . . . . 483/20
XXVII, 12 . . . . . . 237/1
XXIX, 20 . . . . . . 230/43

XXIX, 22 . . . . . 164/5
XXX, 21 . . . . . . 352/18
XXXI, 8 9 . . . . . 362/8
10 . . . . . 42/20 204/25
15 . . . . . . . . 41/38
18 . . . . . . . . 94/31
29 . . . . . . . . 241/9
XXXII, 4 5 . . . . . 373/15
5 . . . . . . . . 219/20
6 . . . . . . . . 374/45
9 . . 332/39 374/39 392/8
10 11 . . . . . . 373/17
12 13 . . . . . . 332/41
13 . . . . . . . . 373/23
XXXIII, 6 . . . . . 465/7
13 14 . . . . . . 147/38
27 . . . . . . . . 483/32
XXXIV, 4 . . . . . 181/12
23 . . . . . 507/43 508/1
25 . . . . 278/42 358/13
26 27 . . . . . . 368/22
28 29 . . . . . . 412/28
XXXV, 18 19 . . . . 403/4
21 . . . . . . . . 211/24
XXXVI, 12 . . . . . 361/10
XXXVIII, 25 . . . . 319/19
29 . . . . . . . . 498/12
XXXIX, 6 . 23/36 122/22 397/42
27 28 . . . . . . 371/12
XL, 1 2 . . . . . . 38/22
XLI, 3 4 . . . 66/33 117/18
XLII, 25 . . . . . . 509/36
XLIII, 3 4 . . . . . 451/1
5 . . . . . . . . 87/29
7 . . . . . . . . 291/20
7 8 . . . . . 59/45 329/28
10 . . . . . . . . 297/28
14 . . . . . . . . 431/7
15 16 . . . . . . 450/15
18 . . . . . . . . 429/42
19 20 . . . . . . 450/19
21 . . . . 432/44 452/26
22 . . . . 432/36 452/33
24 . . . . 296/26 433/28
26 27 . . . . . . 87/38
26—28 . . . . . 447/42
29 . . . . 414/45 439/12
32 . . . . . . . . 415/8
XLIV, 3 . . . . . . 95/10
6 . . . . . . . . 95/12
11 12 . . . . . . 95/13
14 . . . . . . . . 95/15
17 . . . . . . . . 94/2
20 . . . . . 29/23 171/28
XLV, 2 . . . . . . 94/1
6 . . . . . 268/3 424/11
14 . . . . 334/24 367/23
17 . . . . . . . . 39/45
XLVII, 3 . . . . . 93/18
9 . . . . . . . . 371/41
XLVII, 21 22 . . . . 482/36
XLVIII, 27 . . . . . 171/6
30 . . . . . . . . 48/30
L, 10 . . . . . . . . 321/29
LI, 3 . . . . . . . . 92/8
10 . . . . . . 90/2 345/19
15 . . . . . . . . 420[4]
28 . . . . . . . . 71/39
31 . . . . . . . . 392/38

**Prophetia Isaiae.**

I, 3 . . . . . . 99/27 460/24
5 . . . . . . . . 151/14
6 . . 45/10 112/38 209/16
8 . . . . . . . . 305/17
15 . . 159/11 191/18 302/38 347/36
16 17 . . . . . . 159/34
18 . . . . 141/42 470/26
19 . . . . . . . . 418/37
20 . . . . . . . . 419/7
23 . . 73/21 168/25 202/19 263/37
31 . . 178/40 202[1] 253/36
II, 4 . . . . . . . . 480/6
10 . . . . . . . . 342/38
11 . . . . . . . . 502/36
12 13 . . . . . . 187/31
17 . . . . . . . . 187/34
22 . 73/46 121/3 371/39 465/25
III . . . . . . . . . 82[b]
4 . . . . . . . . 420/6
10 . . . . . . . . 270/6
11 . . . . . 151/9 239/31
14 15 . . . . . . 243/4
IV, 1 . . . . . . . . 33/27
V, 4 . . . . 349/20 391/23
6 . . . . 167/24 433/37
8 . . . . 115/21 277/43
23 . . . . . . . . 422/7
VI, 1 . . . . . . . . 438/28
1 2 . . . . . . . . 439/34
2 . . . . . . . . 325/3
3 . . . . . . . . 430/26
5 . . . . . . . . 194/17
11 . . . . . . . . 200/6
VII, 21 22 . . . . . 331/12
VIII, 1 . . . . . . . 234/12
10 . . . . . . . . 89/15
16 . . . . . 268/5 424/13
IX, 2 . . . . . . . . 310/46
6 . . . . 131/24 166/38
12 . . . . . . . . 101/23
12 13 . . . . . . 267/34
X, 1 2 . . . . . . . 424/3
2 . . . . . . . . 280/26
5 . . . . . . . . 33/4
5 6 . . . . . . . . 490/43
7 . . . . . . . . 490/48
9 . . . . . . . . 491/39
X, 12 . . . . 193/25 502/37
13 . . . . . . . . 491/41
14 . . 362/36 376/16 463/26
16 . . . . . . . . 199/16
XI, 2 3 . . . . . . . 21/1
3 . . . . . . . . 29/36
4 . . . . . . . . 417/21
13 . . . . . . . . 268/43
XII, 1—6 . . . . . . 10/43
XIII, 8 . . . . 113/1 153/24
10 . . . . . 427/4 501/20
10 11 . . . . . . 132/40
21 . . . . . . . . 463/7
XIV, 5 6 . . . . . . 447/31
8 . . . . . . . . 65/4
9 . . . . . . . . 209/23
11 . . 81/38 179/38 238/39 256/42 305/9 346/44 475/27
12 . . . . . 81/13 306/37
13 . . . . . 68/38 238/26
13 14 . . . . . . 503/2
15 . . . . . . . . 475/29
15 19 . . . . . . 225/39
20 . . . . . . . . 226/2
20 21 . . . . . . 304/8
21 20 21 . . . . . 254/30
22 . . 201/8 226/7 304/15
23 . . . . . . . . 151/45
XV, 6 7 . . . . . . 127/44
XVI, 2 . . . 306/23 335/44
5 . . . . 271/30 339/46
6 . . . . . 220/5 287/31
9 . . . . . . . . 281/17
9 10 . . . . . . 85/24
10 . . . . . . . . 284/41
XVII, 11 . . . 355/43 368/11
XVIII, 5 . . . . . . 126/9
XIX, 4 . . . . . . . 245/40
11 . . . . . . . . 232/3
21 . . . . . . . . 269/16
22 . . . . . . . . 389/41
XXI, 1 . . . . . . . 432/30
XXI, 1 2 . . . . . . 77/15
2 . . . . . . . . 36/15
3 4 . . 78/35 154/5 226/19 276/7
4 . . . . . . . . 198/12
11 . . . . . . . . 112/24
12 . . . . . . . . 215/44
14 . . . . . . 263/8 12
15 . . . . . . . . 235/23
XXII, 3 . . . . . . . 223/17
17 . . . . . . . . 168/42
22 . . . . . . . . 167/17
XXIV, 8 9 . . . . . . 351/10
16 . . . . . . . . 430/15
17 . . . . . . . . 223/13
18 . . . . . . . . 222/36
19 . . . . . . . . 216/28
19 20 . . . . . . 447/1

XXIV, 20 . 119/43 129/18 224/13
30 . . . 374/27
XXV, 2 . . . 199/43
4 . . . 136/19
5 . . . 64/28 34
8 . . . 489/44
XXVI, 1 . . . 30/18
3 . . . 94/13
7 . . . 42/6 355/23
8 . . . 274/31
10 . . . 41/4
16 . . . 204/32
19 . . . 337/22 452/10
20 . . . 58/25
XXVII, 1 . . . 28/32 115/32
6 . . . 22/40
7 . . . 142/45
8 . . . 98/22 186/44
9 . . . 119/30 187/13
XXVIII, 2 . . . 306/10
7 . . . 170/36
8 . . . 241/24
15 . . . 46/23 500/47
19 . . . 391/15 420/28
20 . . . 20/39
XXIX, 8 . . . 116/18
14 . . . 442/17
XXX, 6 . . . 36/19
11 . . . 251/44
13 14 . . . 264/15
23 . . . 93/6
24 . . . 34/6 368/40
27 . . 174/7 230/3 273/38 495/39
30 . . 293/23 306/8 496/31
31 32 . . . 489/40
33 . . 73/37 246/8 284/45
XXXII, 1 . . . 63/11 367/40
5 . . 63/15 332/16 367/42
6 . 46/39 109/35 443/6 505/25
8 . . . 367/38
XXXIII, 1 . 155/33 35 214/23 278/22
7 . . . 498/29
14 . . . 475/15
XXXIV, 9 10 . . . 224/38
13 . . . 462/44
13 14 . . . 224/30
XXXV, 1 . . . 451/38
5 . . . 420/26
10 . . . 390/8
XXXVI, 1 . . . 447/9
6 . . . 127/12
12 . . . 343/15
XXXVII, 3 . . . 346/23
25 . . . 41/20
29 . . . 344/25 483/29
XXXVIII . . . 188/18
1 . . . 117/17 229/35
5 . . . 512/35
XXXVIII, 9—20 . . . 10/45
11 . . 114/1 188/39 212/5 239/20
12 . . 81/44 113/19 181/36 213/4 266/12
13 . . . 205/40 208/29
13 14 . . . 113/29
14 . . 144/45 161/25 162/19 215/2 228/38 442/25
15 . . 57/44 114/46 144/20
17 . . . 391/40
XL, 1 . . . 49/21 204/36
2 . . . 119/33 389/24
4 . . . 187/25 314/27
7 6 . . . 180/16
7 . . . 73/34 113/39 348/9
8 . . . 180/21
11 . . . 293/22
12 . . . 157/35 39 164/43 391/28 445/6
13 . . . 192/19 293/28
13 14 . . . 255/13
14 . . . 294/6
15 . . . 157/32 298/30
18 . . . 317/38 377/38
25 . . . 377/40
29 . . . 188/11
30 . . . 102/3
31 . . 71/31 215/36 286/39 468/14
XLI, 14 . . . 291/42
25 . . . 147/17
XLII, 5 . . . 295/11
14 . . . 366/29
26 . . . 366/11
XLIV, 8 . . . 452/7
24 . . . 295/15
XLV, 3 . . . 310/20
6 7 . . . 139/42
8 . . . 433/32
15 . . . 322/32 438/34
XLVI, 8 . . . 164/37
10 . . . 275/18
XLVII, 1 . . . 50/18 119/40
XLVIII, 4 . . . 174/17 487/9
17 . . . 70/27 405/5
XLIX, 4 . . . 43/18 141/34
L, 4 . . . 195/34 506/5
5 . . . 195/32
8 . . . 176/10
8 9 . . . 213/44
11 . . . 239/29
LI, 1 . . . 237/16
2 . . . 170/3
9 . . . 297/21
23 . . . 28/20 345/27
LII, 4 . . . 145/14
11 . . . 42/14 189/9
14 . . . 169/30
LIII, 1 . . . 205/22
LIII, 2 3 . . . 49/39
3 . . . 79/30 322/33
4 . . . 136/16 205/24
8 . . . 299/43 438/44
9 . . 109/28 156/3 300/26
12 . . . 210/6 213/13
LIV, 8 . . . 177/38 510/24
14 . . . 29/42
16 . . . 496/27
LV, 2 . . 165/23 242/23 248/14 331/22 374/29
10 . . 88/6 114/19 295/35 427/35 431/13 451/25
LVI, 7 . . . 509/3
11 . . . 340/43 342/31
LVII, 1 . . . 349/25
11 . . . 126/20
15 . . . 423/27
20 . . 115/17 319/17 501/39
21 . . . 131/40
LVIII, 1 . . . 143/11
7 . . 360/10 365/25 366/23
8 . . . 269/28
9 . . . 159/46 269/11
10 . . . 160/43 428/12
11 . . 160/36 161/13 510/45
LIX, 2 . . . 177/22
5 . . . 127/1 241/40
6 . . 127/2 248/27 279/21
8 . . . 266/7
10 . . . 89/39 170/31
13 . . . 202/31 252/4
13 14 . . . 395/8
15 . . . 68/22
LX, 6 . . . 268/40
19 . . . 364/3
20 . . . 363/4
LXI, 7 . . . 4/21
10 . . . 334/6
LXII, 1 . . . 329/46
LXIII, 3 . . . 90/3
5 . . . 345/21
7 . . . 47/12 390/17
16 . . . 83/25
LXIV, 5 6 . . 130/19 484/43
6 . . 80/42 130/41 142/5 175/13 178/28 194/20 272/33 306/1 361/28
8 . 81/22 118/9 411/31 415/23
LXV, 13 . . . 223/24
14 . . . 302/18 411/11
17 . . . 286/4
20 . . 95/31 240/16 374/16 514/5
LXVI, 1 . . . 296/19
9 . . . 439/6
12 . . . 242/20
13 . . . 193/12
14 . . . 94/47
24 . . . 35/4 285/42

### Prophetia Ieremiae.


I, 13 . . . . . . . . 496/15
II, 2 . . . . . . . . 330/22
5 . . . . . . . . 402/28
5 6 . . . . . . . 265/45
9 . . . . . . . . 130/36
12 . . . . 215/15 248/45
19 . . . . . 28/8 262/12
20 . . . . . . . . 461/13
21 . . . . . . . . 271/2
23 . . . . . . . . 140/18
24 . . 159/1 279/18 460/9
29 . . . . . . . . 142/17
32 . . . . . . . . 126/23
III, 2 3 . . . . . . . 193/17
3 . . 204/11 227/34 426/24
5 . . . . . . . . 487/29
IV, 1 . . . . . . . . 268/21
10 . . . . . . . . 34/43
20 . . . . . . . . 224/11
22 . . 287/36 419/20 487/40
V, 3 . . . . . . . . 253/26
8 . . . . . . . . 465/5
VI, 16 . . . 123/33 434/30
23 . . . . . 245[b] 347[b]
26 . . . . . 33/36 153/2
VII, 18 . . . . . . . 363/41
19 . . . . . . . . 410/2
26 . . . . . 159/6 498/1
VIII, 7 . . . . . . . 432/14
12 . . . . . . . . 249/1
16 . . . . . . . . 467/6
IX, 1 . . . . . 49/46 209/37
4 . . . . 230/30 365/12
4 5 . . . . . . . 230/34
5 . . . . . . . . 172/4
6 . 172/14 173/8 202/33 355/1
8 . . . . 227/17 492/41
21 . . . . . . . . 352/34
X, 6 . . . . . . . . 134/16
7 . . . . . . . . 293/34
8 . . . . . . . . 172/20
15 . . . . . . . . 141/17
20 . . . . . . . . 412/39
XII, 1 . . 144/24 163/41 171/40
248/34 470/30
1 2 . . . . . . . 396/20
2 . . . . . . . . 84/21
8 . . . . . . . . 206/42
14 . . . . . . . . 128/24
16 . . . . . . . . 386/11
XIII, 16 . . . 153/30 283/20
23 . . . . . . . . 214/8
XIV, 1 . . . . . . . 426/25
3 4 . . . . . . . 167/21
6 . . . . . . . . 99/20
8 . . . . . . . . 231/11
21 . . . . . . . . 271/28
XV, 1 . . . . . . . 33/6
XV, 1 2 . . . . . . . 122/8
9 . . . 61/11 62/28 89/43
10 . . . . . 56/39 56/42
15 . . . . . . . . 227/28
16 . . . . . . . . 165/26
19 . . . . . . . . 159/26
XVII, 1 . . . . . . . 234/14
5 . . . . . . . . 363/32
7 8 . . 18/8 439/22 443/14
8 . . . . 183/4 22 336/42
9 . . . . . . . . 319/4
11 . . . . . . . . 463/16
18 . . . . . . . . 105/47
XVIII, 6 . . . . 81/24 118/10
275/36 380/32
18 . . . . . . . . 235/11
XX, 7 . . . . . . . . 168/11
8 9 . . . . . . . 205/30
9 . . . . . . . . 176/22
10 . . . . . . . . 235/13
14 . . . . . . . . 56/16
15 . . . . . . . . 56/19
15—18 . . . . . 61/38
17 . . . . . . . . 152/30
18 . . . . . . . . 152/36
XXIII, 6 . . . . . . 415/28
19 . . . . . . . . 136/18
29 . . . . . 498/5 500/42
33 . . . . . . . . 203/45
XXV, 27 . . . . . . 254/18
XXIX, 11 . . . . . . 185/37
XXX, 12 . . . . . . 213/9
12 13 . . . . . . 45/5
XXXI, 3 . . . . . . 350/18
4 . . . . . . . . 251/4
16 . . . . . . . . 182/21
18 . . . . . . . . 119/24
19 . . 119/22 272/2 475/10
22 . . . . . . . . 354/30
27 . . . . . . . . 94/38
28 . . . . . . . . 122/33
34 . . . . 257/36 303/12
XXXII . . . . . . . 280[c]
19 . . . . . . . . 134/32
XXXIII, 16 . . . . . 137/3
XLI, 2 . . . . . . . 493/14
5 . . . . . . . . 50/12
XLVIII . . . . . . . 284[d]
9 . . . . . . . . 125/33
11 . . . . . . 256/3 343/14
33 . . . . . . 85/27 85[b]
XLIX, 19 . 135/6 442/28 505/10
LI, 18 . . . . . . . 248[2]
34 . . 115/30 241/19 346/36
420/42
LXII, 1 . . . . . . . 163/36


### Lamentationes Ieremiae.


I, 2 . . . . . . . . 189/17
4 . . . . . 281/33 341/41
I, 6 . . . . . . . . 36/6
9 . . . . . . 228/8 344/40
10 . . . . . . 44/22 345/44
11 . . . . . . . . 343/38
12 . . . . . . 49/18 98/30
13 . . . . . 350/35 386/27
20 . . . . . 136/37 213/18
21 . . . . . . . . 271/10
22 . . . . . . 67/29 350/1
II, 4 . . . 98/41 208/35 230/6
4 5 . . . . . . . 68/19
5 . . . . . 177/45 152/11
8 . . . . . . . . 345/25
11 . . . . 209/14 44 215/3
12 . . . . . . . . 341/45
15 . . . . . 204/43 306/34
16 . . . . . . . . 214/39
19 . . . . . . . . 122/17
III, 1 . . . . . . . . 142/43
2 . . . . 61/5 188/28 201/1
217/13 447/27
3 . . . . . 151/43 208/44
5 . . . . . . . . 230/25
6 . . . . . . . . 229/19
8 . . . . . 302/21 347/29
9 . . . 179/20 207/17 229/11
12 13 . . . . . . 209/2
13 . . . . . . . . 344/18
14 . . . . . . . . 343/31
15 . . . . . . 59/15 256/16
17 18 . . . . . . 229/37
22 . . . . . . 149/9 388/32
28 . . . . . . . . 376/10
30 . . . 151/17 207/13 228/12
52 . . . . . 345/11 468/20
54 . . 253/20 264/29 294/20
61 . . . . . . . . 163/9
62 . . . . . . . . 191/42
63 . . . . . . . . 214/42
IV, 3 . . . 62/31 341/31 462/36
5 . . . . . . . . 342/16
7 . . . . . . 148/24 321/6
8 . . . 113/6 153/25 232/37
V, 3 . . . . . . . . 264/2
5 . . . . . . . . 208/26
9 . . . . . . . . 198/5
10 . . . 223/35 232/40 350/30
16 15 . . . . . . 229/27
16 . . . . . . . . 351/1


### Prophetia Ezechielis.


I, 4 . . . . . . . . 37/1
7 . . . . . . . . 309/26
10 . . . . . . . . 468/36
14 . . . . . . . . 454/24
24 . . . . . . . . 289/35
25 . . . . . . . . 471/7
III, 26 . . . . . . . 375/4
V, 1 . . . . . . . . 37/47
VIII, 12 . . . . . . . 264/44

XIII, 18 . . . . . . 479/17
XVI, 4 . . . . . . 477/30
49 . . . . . . . 243/33
XVII, 3 . . . . . . 469/7
9 . . . . . . . 84/33
XVIII, 20 . 86/8 121/43 122/12
21 22 . . . . . . 421/34
25 . . 121/42 396/42 473/34
26 . . . . . . . 122/6
29 . . . . . . . 189/31
XIX, 2 . . . . . . 74/35
XXI, 25 . . . . . . 413/22
26 . . . . . . . 229/30
XXIII, 40 . . . . . 511/45
XXIV, 16 . . . . . 345/45
XXVII, 22 . . . . . 268/35
XXVIII, 12 13 . . . 25/34
13 . . . . . . . 268/34
17 . . . . . . . 402/13
19 . . . . 117/38 402/17
XXXII, 23 . . . . . 258/36
27 . . . . . . . 240/10
XXXIV, 3 . . . . . 278/7
5 . . . . . . . 278/4
14 . . . . . . . 460/31
XXXVI, 26 . . . . . 311/7
XXXVII, 8 . . . . . 234/28

**Prophetia Danielis.**

II, 1 . . . . . . . 384/33
19 . . . . . . . 384/34
21 . . . . . . . 374/2
28 . . . . . . . 169/39
40 . . . . 244/42 479/16
III, 39 40 . . . . . 507/38
49 . . . . . . . 25/41
60 . . . . . . . 451/16
64 65 . . . . . . 451/18
69 70 . . . . . . 452/17
92 . . . . . . . 25³
IV, 10 11 . . . . . 84/28
11 . . . . . . . 101/26
12 . . . . . . . 480/23
13 . . . . . . . 477/1
22 . . . . 169/28 342/11
28 29 . . . . . . 132²
29 . . . . . . . 476/46
V, 5 . . . . . . . 399/31
21 . . . . . . . 417/5
23 . . . . . . . 165/7
25—28 . . . . . 399/31
VI, 22 . . . . . . 93/46
VII, 7 . . . . 383/37 494/2
10 . . 146/35 259/2 311/10
367/19
20 . . . . . . . 290/6
IX, 15 16 . . . . . 120/47
18 . . . . . . . 135/45
19 . . . . . . . 389/43
24 . . . . . . . 181/21

X, 1 . . . . . . . . 171/11
8 . . . . . . . . 79/5
16 . . . . . 78/32 437/36
17 . . . . . . . . 79/14
19 . . . . . . . . 504/22
XII, 1 . . . . . . . 234/34
2 . . . . . . . . 185/7
XIII, 5 . 168/22 374/21 502/23
12 14 . . . . . . 283/18
20 . . . . . . . . 497/20
22 . . . . 205/17 243/50
42 43 . . . . . . 367/1
44 . . . . . . . . 367/6
45 . . . . . . . . 373/1
48 . . . . . . . . 139/29
50 . . . . . . . . 331/38
53 . . . . . . 73/1 270/3
56 . . . . . . . . 353/44
60 . . . . . . . . 175/23
XIV, 30 . . . . . . 93/47
37 . . . . . . . . 185/42

**Prophetia Osee.**

II, 6 . . . . . 222/13 229/8
8 . . . . . . . . 268/48
14 . . . . . . . . 507/3
IV, 14 . . . . 82/3 356/31
V, 5 . . . . . . . . 248/9
7 . . . . 111/39 181ᵇ
10 . . . . . . . . 277/40
11 . . . . . . . . 145/13
VI, 3 . . 118/15 339/2 433/17
4 . . . . . 118/20 346/3
9 . . . . . . . . 177/30
VII, 4 . . . . . 357/4 495/47
5 . . . . . . . . 198/32
6 7 . . . . . . . 496/1
9 . . . . . 85/40 355/39
11 . . . . . . . . 396/28
VIII, 12 . . . . . . 156/22
IX, 6 . . . . . . . 345/47
11 . . . . . . . . 250/40
13 . . . . . . . . 304/11
XII, 1 . . . . 107/41 190/30
10 . . . . . . . . 79/40
XIII, 9 . . . . . . 475/42
11 . . . . . . . . 404/14
12 . . . . . . . . 495/4
14 . . . . 185/27 242/27
XIV, 3 . . . . . . . 159/25
5 . . . . . . . . 509/18
6 7 . . . . . . . 183/30

**Prophetia Ioel.**

I, 7 . . . . . . . . 201/47
11 . . . . . . . . 368/8
18 . . . . . . . . 99/29
II, 3 . . . . . . . . 496/43
7 . . . . . . . . 502/16
13 . . . . . . . . 136/8

II, 17 . . . . . . . . 187/3
23 . . . . . . . . 107/7
24 25 . . . . . . 123/3
III, 4 . . . . 142/30 422/31

**Prophetia Amos.**

II, 8 . . . . . . . . 262/42
9 . . . . . . . . 225/9
III, 6 . . . . . . . . 139/40
12 . . . . . . . . 335/17
12 13 . . . . . . 116/23
IV, 7 . . . . 427/28 434/12
V . . . . . . . . . 181/40
VI, 1 . . . . . . . . 168/47
6 . . . . . . . . 35/39
7 . . . . . . . . 169/1
8 . . . . . . . . 475/6
14 . . . . . . . . 263/31

**Prophetia Abdiae.**

4 . . . . . 238/36 468/40
8 . . . . . . . . . 216/1

**Prophetia Ionae.**

II, 4 . . . . . 264/31 345/4
III, 6 . . . 50/4 50/11 209/28
506/35
IV, 10 . . . . . . . 119/46

**Prophetia Michaeae.**

II, 8 . . . . . . . . 280/6
III, 2 . . . . . . . . 278/11
3 . . . . . . . . 174/36
IV, 9 . . . . . . . . 232/5
V, 1 . . . . . . . . 207/9
2 . . . . . . . . 146/21
VI, 1 . . . . . . . . 130/38
3 . . . . 391/22 470/28
6 . . . . . . . . 118/48
8 . . . . . . . . 415/2
VII, 8 . . 25/20 57/18 216/43
276/29 364/24
9 . . . . 276/31 428/14
9 10 . . . . . . 25/24
10 . . . . . . . . 129/12
18 . . . . . . . . 187/15

**Prophetia Nahum.**

I, 3 . . . . . 305ᵃ 419/39
II, 12 . . . . . . . 74/37
13 . . . . . . . . 74/40
III, 2 3 . . . . . . . 466/40

**Prophetia Habacuc.**

I . . . . . . . . . 347/45
2 . . . . 228/46 347/38
3 . . . . . . . . 345/14
4 . . 139/15 206/16 345/16
7 . . . . 245/36 502/31
10 . . . . 400/10 489/12

I, 13 80/40 142/36 300/40 396/37 408/33 473/41
15 222/24 488/34
17 209/10 489/4
II, 1 272/14
2 233/40 367/35
3 2/8
6 243/10 304/31
8 243/40
9 243/17
III, 1—19 10/44
2 249/12
3 435/38
11 132/45 449/25
12 467/4
13 402/8

### Prophetia Sophoniae.

I 305/41
III, 11 471/10
8 244/27

### Prophetia Baruch.

III 307/2
14 308/12
15 312/34
18 63/38 268/46 310/35
19 63/41
20 76/40
22 68/44 190/22
23 69/2 96/37 260/23 312/37 314/2
26 27 428/3
27 28 419/10
29 31 324/6
32 325/26 459/26
33 296/45
33 35 134/7
34 35 26/4 445/25
IV, 26 278[1]
36 434/35

### Prophetia Aggaei.

II, 9 307/34

### Prophetia Zachariae.

III, 1 26/31 40/40
3 142/10 474/24
9 93/31
IV, 7 132/6
V, 3 367/32
VI, 12 22/34

### Prophetia Malachiae.

II, 6 109/30 173/10 300/22
10 358/20
14 286/31
III, 2 135/7 181/2
14 46/25 252/16 396/7
16 178/46 367/15

### Liber Machabaeorum I.

II, 62 238/41
62 63 45/29 201/15
63 184/19 221/28 238/6 287/42 447/17
VI, 11 208/1 346/15

### Liber Machabaeorum II.

III, 25 465/37
33 388/11
IV, 25 197/5 411/20
VI, 13 90/43
14 257/45
14 15 16 391/2
15 236/9
23 301/7
26 114/6 146/47 161/29 306/27
28 117/3
30 102/25
VII, 22 23 148/44
IX, 7 348/19 495/21
8 238/30
12 254/7
XI, 8 9 467/15
10 11 12 467/36
XV, 11 70/40 205/1
14 388/13

### Evangelium S. Matthaei.

II, 13 384/38
IV, 1 111/10
10 32/42
17 287/26
23 70/24
V, 2 55/1 377/22
5 153/3
13 100/2
16 501/15
25 289/17
28 352/24
44 364/17
VI, 7 203/30
9 406/14
12 360/45
22 19/22 329/45 379/34
23 291/34
VII, 1 2 24[3]
3 142[2]
5 288/26
13 265/40
15 74/27 126/28 215/22 422/41
23 73/12 226/31 313/15
27 37/4 127/19 266/17
VIII, 12 246[1] 285/26
20 360/4 463/44
26 446/23
27 297/3 430/23
IX, 2 92/33
IX, 17 377/10
X, 16 29/29
26 315/12
28 466/22
XI, 5 334/29
7 481/15
8 420/7 479/19
29 422/15
XII 250/25
29 85/33
34 191/22
35 191/24
36 179/26
37 191[d] 191/36
XIII, 9 175/44
25 26/42 40/38 73/18 355/31
34 299/30
42 400/45
46 320/2
52 329/14
XV, 10 96/7 109/5 165/18 378/45
XVI, 18 221/9
23 32/42
XVII, 26 485/43
XVIII, 32 33 361/1
33 232/45
XX, 8 186/30
15 41/37
16 88/17
XXII, 12 134/42
XXIII 434[c]
XXIV 191/41 359[a] 434/34
2 246/2
12 285/6
13 24/19
28 140/34 470/6
35 185/1
50 51 400/41
XXV, 7 330/7
8 222/3
14 200/24
26 191[d]
30 141/21 225/34 285/25
36 48/26
41 226/32 245/20 284/27
42 263/6 11
XXVI, 24 62/14
34 455/31
67 344/8
XXVII, 5 66/14 197/42
XXVIII, 18 491/30
19 70/29

### Evangelium S. Marci.

III, 21 193/36
IX, 18 64/44
XII, 43 359/18
XIII, 37 472/45 507/10
XIV, 33 144/7

**Evangelium Lucae.**

I, 6 . . . . . . . . . 72/30
37 . . . . . . . . . 266/33
48 . . . . . . . . 333/12
52 . . . . . 88/16 417/43
78 . . . . . . 49/16 94/20
II, 14 . . . . . . . . 423/26
19 . . . . . . . . 268/9
52 . . . . . . . . 373/31
III, 7 . . . . . . . . 242/5
9 . . . . . 101/25 286/9
17 . . . . . . . . 288/12
VI, 21 . . . . . . . 129/2
30 . . . . . . . . 366/19
37 . . . . . . . . 24/1
40 . . . . . . . . 261[a]
41 . . . . . . . . 142[2]
VIII, 28 . . . . . . 492/3
29 . . . . . . . . 492/10
X, 30 . . . . . . . . 280/2
35 . . . . . . . . 414/36
41 . . . . . . . . 216/21
XI, 21 . . . . 85/34 250[e]
XII, 19 20 . . . . . 362/26
20 . . . 85/39 243/26 252/31
304/34
35 . . . . . . . . . 443/28
54 55 56 . . . . . 431/36
XIII, 7 . . . . . . 286/13
7 8 . . . . . . . . 184/3
XIV, 11 . . . . . . 269/33
XV, 13 . . . . . . . 200/30
16 . . . . 100/30 341/36
30 . . . . . . . . 241/15
32 . . . . . . . . 510/9
XVI, 2 . . . . . . . 38/39
8 . . . . . . . . . 319/2
19 . . . . . . . . 256/11
20 21 . . . . . . 256[1]
21 . . . . . . . . 243/15
22 . . . . . . . . 258/27
24 . . . . . 24/12 153/29
25 . . . 251/30 256[2] 302/29
XVIII, 7 8 . . . . . 412/43
XIX, 13 . . . . . . . 200[d]
22 . . . . . . . . 191[d]
XXI, 15 . . . . . . . 376/38
19 . . . . . . . . 71/37
28 . . . . . . . . 434[1]
XXIII, 29 . . . . . 61/32
30 . . . . . . . . 403/39
31 . . . . . . . . 210/36
XXIV, 29 . . . . . . 365/31

**Evangelium Ioannis.**

I, 5 . . . 26/26 40/15 330/12
11 . . . . . . . . 231/20
13 . . . . . . . . 179/46
33 . . . . . . . . 79/29
II, 17 . . . . . . . . 370/41
III, 8 . . . . . 134/37 430/36
11 . . . . . . . . 195/43
19 . . 65/39 163/32 282/11
20 . . . 40/14 58/4 283/29
31 . . . . . . . . 81/30
VI . . . . . . . . . 13/42
27 . . . . . . . . 14/14
54 . . . . . . . . 469/46
64 . . . . . 300/13 497/9
VIII, 7 . . . . . . 288/33
12 . . . . . 33/22 330/10
24 . . . . . . . . 285/30
44 . 107/23 173/3 485[1] 501/1
46 . . 107/28 176/14 288/29
IX, 3 . . . . . . . . 471/18
21 . . . . 219/28 373/35
31 . . 83/16 191/17 210/10
508/7
34 . . . . . . . . 484/14
X, 10 . . . . . . . . 282/35
27 . . . . . . . . 510/30
28 . . . . . 44/35 146/45
30 . . . . . . . . 146/46
XI, 12 . . . . 116/9 161/9
41 42 . . . . . . . 388/42
42 . . . . . . . . 508/13
47 48 . . . . . . . 88/43
XII, 36 . . . . . . . 282/20
XIII, 26 . . . . . . 365/17
XIV, 17 . . . . . . . 75/43
26 . . 130/7 237/24 374/10
27 . . . . . . . . 403/20
XV, 20 . . . . . . . 261[a]
XVI, 13 . . . . . . . 371/10
XVII, 9 . . . . . . . 388/40
10 . . . . . . . . 491/28

**Actus Apostolorum.**

I, 7 . . . . . . . . 181/44
II, 13 . . . . . . . . 377/7
III, 4 5 . . . . . . . 103/43
IV, 20 . . . . . . . 376/25
VII, 51 . . . . . . . 163/45
54 . . . . . . . . 206/26
60 . . . . . . . . 161/7
VIII, 20 . . . . 55/14 318/25
IX, 39 . . . . . . . 388/30
X, 34 . . . . . 173/46 400/2
XII, 23 . . . . . . . 400/17
XIII, 10 . . . . . . 301/37
46 et 51 . . . . . 313/32
XVII, 16 . . . . . . . 376/46
22 23 . . . . . . . 322/26
25 . . . . . . . . 410/11
26 . . . . . . 170/3 182/2
XX, 20 . . . . . . . 303/3
26 27 . . . . . . . 302/47
XXVI, 1 . . . . . . . 392/17
XXVIII, 3 . . . . . . 242/7
4 . . . . . . 85/5 152/5

**Epistola S. Pauli ad Romanos.**

I, 14 . . . . . 70/32 108/44
14 15 . . . . . . . 293/1
20 . . . . 309/30 425/24
21 22 . . . . . . . 314/14
22 21 . . . . . . . 170/17
24 . . . . . . . . 504[2]
28 . . . . 411/27 504/40
29 . . . . . . . . 109[1]
29 30 . . . . . . . 6/3
32 . . . . . . . . 249/35
II, 4 . . . . . . . . 136/10
6 . . . . . . . . 397/4
21 . . . . . . . . 169/22
III, 4 . . . . . 173/5 473/46
7 . . . . . . . . 408/45
12 . . . . . . . . 130/23
V, 5 . . . . . 90/25 175/1
VI, 13 . . . . . . . 199/1
21 . . . . . . . . 105/24
VIII, 17 . . . . . . . 3/14
18 . . . . . . . . 4/19
31 . . . . 213/43 403/26
33 34 . . . . . . . 403/24
IX, 11—13 . . . . . 440/43
16 . . . . . . . . 441/3
19 . . 261/41 275/24 491/15
19 18 . . . . . . . 504/35
20 . . 134/41 134/44 158/6
471/2
20 21 . . . . . . . 424/30
21 . . . . 101/40 275/33
X, 8 . . . . . . . . 75/18
10 . . . . . . . . 376/30
XI, 17 . . . . . . . 183[1]
20 . . . . . 23/43 193/42
24 . . . . . . . . 183/1
33 . . 87/32 293/33 505/30
34 . . . . . . . . 192/20
35 . . . . 410/14 491/23
XII, 3 . . . . . . . 293/41
9 . . . . . . . . 350/24
14 . . . . . . . . 364/46
15 16 . . . . . . . 349/8
20 . . . . . . . . 364/30
21 . . . . . . . . 68/3
XIII, 1 . . . . . . . 417/3
4 . . . . . . . . 235/29
XIV, 1 . . . . . . . 23/14
XV, 1 . . . . . . . . 293/14
4 . . . . . . . . 1/24
XVI, 17 . . . . . . . 68/10
19 . . . . . . . . 19[5]

**Epistola S. Pauli ad Corinthios I.**

I, 19 . . . . . 162/35 216/4
II, 4 . . . . . . . . 49/8
8 . . . . 196/21 314/17
9 . . . . . . . . 326/40
11 12 . . . . . . . 323/42

II, 12 . . . . . . 318/1 374/4
13 . . . . . . . . 309/14
14 . . . . . . 476/9 497/12
IV, 5 . . . . . . . . 146/13
7 . . . . . . . . 185/23
11 . . . . . 91/37 280/12
12 . . . . . . . . 204/21
17 . . . . . . . . 102/14
V . . . . . . . . . 354/16
VI, 13 . . . . . . . 13/34
15 . . . . . . . . 353/36
VII, 31 . . . . . . . 288/4
X, 13 . . . . . . . . 31/29
XI, 9 . . . . . . . . 106/27
32 . . . . . . . . 90/41
XIII, 9 . . . 260/42 298/21
XIV . . . . . . . . 19/40
15 . . . . . . . . 174/32
25 . . . . . . . . 38/5
29—31 . . . . . . 404/41
30 31 . . . . . . 155/23
38 . . . . . . . . 226/29
XV, 31 . . . . . . . 188/6
34 . . . . . . . . 215/27
46 . . . . . . . . 479/31
47 . . . . . . . . 81/29
52 . . . . 186/16 234/24
54 . . . . . . . . 186/21
54 55 . . . . . . 489/37
55 . . . . . . . . 65/24

## Epistola S. Pauli ad Corinthios II.

I, 8 . . . . 102/20 119/15
8 9 . . . . . . . . 144/4
12 . . . . . . . . 337/30
18 19 . . . . . . 96/1
19 . . . . . . . . 29/30
II, 13 . . . . . . . . 136/30
III, 5 . . . . . . . . 439/15
18 . . . . . . . . 290/30
IV, 3 4 . . . . . . 139/31
6 . . . . . . . . 290/15
17 . . . . . 4/15 211/43
V, 10 . . . . 234/43 354/13
14 . . . . . . . . 376/45
21 . . . . . . . . 119/10
VI, 4 . . . . . . . . 2/16
5 . . . . . . . . 2/19
11 . . . . . . . . 54/44
VII, 9 . . . . . . . 276/21
VIII, 9 . . . . . . . 311/21
XI, 14 15 . . . . . 492/27
XIII, 8 . 173/23 203/27 215/24 370/32

## Epistola S. Pauli ad Galatas.

II, 18 . . . . . . . . 145/17
III, 1 . . . . . . . . 370/34
VI, 1 . . . . . . . . 107/14
VI, 2 . . . 334/32 410/30 511/18
9 . . . . . . . . . . 18/19

## Epistola S. Pauli ad Ephesios.

II, 3 . . . . . 138/40 484/11
III, 14 15 . . . . . . 452/2
17 . . . . . . . . 337/6
IV, 22 . . . . . . . . 49/1
24 . . . . . . . . 334/17
25 . . . . . . . . 415/39
29 . . . . . . . . 405/37
V, 11 12 . . . . . . 283/36
14 . . . . . . . . 122/19
16 . . . . . . . . 59/35
27 . . . . . . . . 159/40
VI, 9 . . . . . . . . 358/28
12 . . . . . . . . 111/1
14 . . . . . . . . 443/26
17 . . . . . . . . 499/14

## Epistola S. Pauli ad Philippenses.

I, 23 . . . . . . . . 117/8
III, 12 . . . . . . . 11/30
20 . . . . . 41/41 312/22
21 . . . . . . . . 186/7
IV, 7 . . . . . . . . 267/36

## Epistola S. Pauli ad Colossenses.

III, 2 . . . . . . . . 37/39
3 . . . . . . . . 336/28

## Epistola S. Pauli ad Thessalonicenses I.

II, 16 . . . . . . . 236/11
V, 3 . . . . . 244/3 400/34
5 . . . . . . . . 514/2
14 . . . . . . . . 204/38

## Epistola S. Pauli ad Timotheum I.

I, 17 . . . . . . . 474/19
II, 4 . . . . 269/43 392/26
14 . . . . . . . . 41/45
22 . . . . . . . . 332/1
III, 5 . . . . . . . . 331/4
V, 1 . . . . 107/37 190/45
3 . . . . . . . . 333/42
VI, 7 . . 38/26 305/23 359/36
9 . . . . . 222/41 244/7
10 . . . . . . . . 242/46
16 . . . . . 234/21 273/9

## Epistola S. Pauli ad Timotheum II.

I, 16 . . . . . . . . 106/19
II, 14 . . . . . . . 109/17
24 25 . . . . . . 259/36
III, 6 . . . . . . . . 283/14
8 . . . . . . . . 107/20
13 . . 222/30 266/5 283/35
IV, 2 . . . . . 47/22 350/11
6 . . . . . . . . 205/45
IV, 16 . . . . . . . . 213/37
18 . . . . . . . . 213/39

## Epistola S. Pauli ad Titum.

I, 9 . . . . . . . . 154/42
III, 5 . . . . . . . . 135/39

## Epistola S. Pauli ad Hebraeos.

I, 1 . . . . . . . . 156/13
3 . . . . . . . . 157/24
12 . . . . . . . . 188[f]
II, 2 . . . . 131/32 294/24
IV, 12 13 . . . . . 261/11
13 . . 147/1 173/29 277/9 294/31 314[d] 504/44
V, 7 . . . . . . . . 388/42
12 . . . . . . . . 169/18
VI, 15 . . . . . . . 2/6
18 . . . . . . . . 161/1
18 19 . . . . 175/2 235/3
X, 32 33 . . . . . . 3/7
34 . . . . . . . . 349/12
36 . . . . . 2/27 217/43
XI, 13 . . . 257/30 311/15
38 . . . . 280/17 342/45
XII, 3 . . . . . . . 235/19
6 . . . . . . 42[d] 390[a]
7 . . . . . 386/14 491/4
11 . . . . . . . . 267/42
12 13 . . . . . . 70/36
14 . . . . . . . . 93/37
21 . . . . . . . . 143/3
24 . . . . . . . . 210/43
XIII, 2 . . . . . . . 365/26
4 . . . . . 20/35 354[3]
22 . . . . . . . . 248/22

## Epistola Petri I.

I, 11 . . . . . . . . 4/12
II, 9 . . . . . . . . 428/23
15 . . . . . . . . 92/13
22 . . . 156[c] 210/6 300/27
23 . . . . . . . . 204/23
III, 8 . . . . . . . . 349/15
15 . . 130/4 177/13 219/25 377/26
IV, 15 16 . . . . . 47/40
V, 8 . . . . . . . . 487/23

## Epistola Petri II.

II, 4 . . . . . . . . 246/39
4—6 . . . . . . . 131/34
16 . . . . . . . . 164[c]

## Epistola Ioannis I.

I, 1—3 . . . . . . . 3/23
3 . . . . . . . . 376/28
8 . . . . . . 24/4 137/19
III, 17 . . . . . . . 263/13
21 22 . . . . . . 301/18

IV, 20 . . . . . . . 94/25
V, 16 . . . . . . . . . 83/27

**Epistola Iacobi.**

I, 4 . . . . . . . . 71/42
5 . . . . . 38/31 509/34
8 . . . . . . . 19/36
10 11 . . . . . . 180/29
11 . . . . . . . 127/35
14 . . . . . . . 353/3
17 . . . . . . . 401/16
19 . . 155/7 228/18 237/14
19 20 . . . . . . 421/45
20 . . . . . . . 220/43
21 . . . . . . . 75/21
II, 1 . . . . 173/43 377/34
5 6 . . . . . . . 360/15
6 . . . . 249/47 286/42
13 . . . . . . . 285/35
III, 2 . . 39/10 155/18 508/26
6 . . . . . . . 60/35
8 . . . . . . . 486/16
IV, 6 . . 269/36 422/17 474/47
15 . . 113/37 180/5 221/37
238/7 348/12

V, 1 3 . . . . . . . 304/42
2 . . . . . . . . 346/46
4 . . 358/8 368/2 402/43
9 . . . . . . . . 105/41
10 11 . . . . . . 1/7
11 . . . . . . . . 218/1
15 . . . . . . . . 87/16
16 . . . . . 87/14 508/5
17 . . . . . . . . 167/28

**Epistola Iudae.**

10 . . . . . . . . 164/19
12 . . . . . . . . 183/18
18 19 . . . . . . 476/18

**Apocalypsis.**

I, 4 . . . . . 40/32 93/34
7 . . . . . . . . 234/39
16 . . . . . . . . 235/28
II, 17 . . . . . . . 75/36
III, 7 . . . . . . . 167/15
14 . . . . . . . . 507/24
17 . . . . . . . . 180/11
18 . . . . . . . . 334/9

III, 19 . . . . . . . 91/2
IV, 7 . . . . . . . 468/37
VI, 8 . . . . . . . 224/19
9 10 . . . . . . . 281/38
IX, 2 . . . . . . . 486/24
6 . . . . . 66/9 242/37
XII, 7 9 . . . . . . 110/32
8 . . 105/2 226/34 239/6
12 . . . . . . . . 139/18
XIV, 13 . . 63/4 111/34 161/11
218/22
XVIII, 7 . . . . . . 242/41
23 . . . . . . . . 221/44
XXI, 4 . . . 161/16 186/18
XXII, 11 . . . . . . 236/8
18 . . . . . . . . 338/24

**III. Esdrae.**

III, 12 . . . . 114/35 370/22
IV, 15 . . . . . . 482/42
38 . . . . . . . 114/37

**IV. Esdrae.**

IV, 5 . . . . . . . 326³

# INDEX AUCTORUM.

* significat me hunc locum non invenisse.


Abraham 32/23* 60/26*; Buch Emunah Ramah 298/15 485/10.
Acta Bolland. Febr. I 312[7].
Albertus, De anima 316[6] 456[2] 472[2]; De animal. 148[1] 195[1] 312[9] 386[4] 428[2] 431[1] 458[1,2] 460[2] 462[3,4,5] 464[1,2] 478[4] 479[2]; Autograph. anim. 99[c]; De Causis 307/37; De Elench. 260[3] 369[1]; De intellectu et intellig. 316[6]; De min. 308[4,6]; De nat. et orig. animae 225[3]; De veget. 99[c] 124[2] 125[1] 133[2] 184[4] 284/36; Eth. 2[2] 43[1] 102[1] 149[1] 162[1] 316[4] 318[5] 322[3] 353[2] 392[1] 420/13 465[2] 479[1] 480[5]; In Am. 115[1] 133[1]; In Dan. 181[a]; In Dion. 324[7] 327[4] 400[1] 506[1]; In Io. 180[1]; In Ps. 353[1] 478[5]; Metaph. 265[1,3] 293[1] 307/38 425[1]; Meteor. 308/35 312/1 326[2] 452[1] 454[2]; opera 99[c]; Phys. 42/2 293[1]; Polit. 21[1] 411[1]; Post. 452[2]; Sent. 264[1]; S. theol. 32[5] 75[1] 86[2] 121[2] 291[1] 298[1] 336[1]; Super Ave Maria VII; Top. 138[1].
Alexander Aphrod., Comm. in Metaph. Arist. 265/30.
Alpharabius, De intellectu et intelligibili 316/39*.
Ambrosius 12/18* 19/43* 72/34* 109/15 438/45*; De fide 87/5.
Anal. Boll. VII X.
Anselmus, De concord. praesc. Dei cum lib. arb. 238[1]; Monolog. 238/13.
Antiqui 96/18*.
Apuleius, De politica Platonis 480/38.
Aristoteles, Anal. post. 44/2 322/9 323/31 369/45 416/1 452/31; Anal. priora 68/31 108[5] 442[2]; De anima 309[3] 444/33 447/24; De animal. 148/22; De anim. gener. 148[1] 478/13 479/33; De animal. hist. 458/15 465/2; De animal. part. 44[2] 486/11; De Caelo et Mundo 48/18 294/45 338/23 344/34; De gen. et corr. 221/34 512[5]; De mundo 184[5] 298[1] 452[1]; De Nat. Ausc. 86/38; De plantis 125[2] 182/40 183/34; De Sensu et Sensato 394/12; De somno et vigilia 77/27; De Soph. Elench. 68/31 247/24 260/28 369/31 504/2; Ethic. Nic. 19/29 22/10 37/30 39/22 43/11 48/7 65/6 69/21 32 102/8 121/5 149/23 162/23 165/35 188/41 197/3 208/10 259/18 299[1] 304/25 316/16 21 318/19 34 319/42 334/3 353/40 362/1 6 370/27 384/24 392/30 420/4 439/27 465/21 477/17 479/39 480/5 20 481/25 483/7; Liber de Causis 423/30; Metaph. 59[1] 108/32 131/71 166/15 298[1] 315/31 316/10 322[2] 327/15 408/25 425/8 15 428/38 460/3; Meteor. 104/20 127/43 128/3 452/23; Mor. Eud. 123/40 285/22 439[3]; Phys. 42/36 140/16; Polit. 200/9 281/22; Top. 44[2] 78/29 108/20 138/16 155/5 193/6 196/3 332/37 396/15.
Aspasius, In Eth. Nic. Comm. 317/2.
Augustinus 86[2] 177/28*; Contra Acad. 323/12; Contra Faust. 455/9; Contra Iul. 181/9; De civ. Dei 39[2] 116/41 278/39; De coniug. adult. 269/14; De Genesi 455/9; De patientia 413/14; De Trinit. 11/15 323/12; De videndo Deum 156/44; En. in Ps. 29/4 269/14 279/1 284/31 422/39; Epist. 87/12 269/14; Quaest. in Pentat. 455/9.
Averroes 265/30.
Avicenna 326/8* 476/3*; Alchim. 308/26; Canon. Fen. 477/42 478/6; De medic. 342/6; l. VI de natural. 291/8* 312/43 456/18*; Metaph. 472/18*.

Bardenhewer vide Liber.
Basilius 165/13*; De fide 27/30; De hom. struct. 209/40; Hexaem. 153/44; In Is. 325/18; Super principium Proverbiorum 76/22;
Beda 349/42*.
Bernardus, De consid. 242/32 285/46.
Boethius 411/15*; De cons. Phil. 196/44 207/47 317/12 370/8; De Trinitate 393/42.
Bonaventura 77[2].
Borgnet, Augustus VII.
Breviarium Rom. 148[2].

Cato, Disticha 141/4 220/37 411/37 478[6].
Causis, Lib. de, vide Liber.
Chrysostomus 12/18; In Io. 26/27; In Matth. 70/24 272/37 313/16; In Ps. 272/37; Op. imperf. in Matth. 313[1]
Cicero 2/24 372/29*; De divin. 385[1]; De nat. deor. 258[1]; I[a] Rhetoricae 316/18; Tusc. 258[1].

Damascenus, De fide orthod. 78/23 81/6 327/12 393/26; Ep. ad Cor. 393/26.
Denifle VII.
Dionysius, De angel. Hier. 23/12; De cael. Hier. 289/37 324/33 327/28 439/8; De Div. Nom. 19/29 181/21 436/26; Ep. ad Apollophanem 506/23; Ad Gaium 264/14 400/27 436/40.
Du Cange, Glossar. 278[2] 282[2] 364[2] 431[1].

Echardus VIII.
Euclidius, Elemente 449/16.
Eusebius Caesariensis, Chronicon 11/4; Praep. Evang. 11[4].
Eustratius 22/25*.

Festbericht über die Albertusfeier VII[1].
Freytag, Lexic. arab.-lat. 298[2].
Fulgentius, Ad Monim. 86/15.
Funk vide Hermes.

Galenus 486/31*; Comm. Hippocr. in de humoribus 45/8; Defin. med. 45/3 8.
Gesner, Thesaur. erud. schol. 299/37.
Gesta Romanorum 225/22.
Glossa 18[2] 47[1] 49[1] 55[1] 91[2] 99[e] 109/15 110/41 196/23* 219/8 251/46 254/5 268/21* 324/28 352/32 476/11 497/19* 511/37*; interlin. 22[3]; apud Lyranum 377/23 504/40.
Gregorius Magnus 25[2]* 82/14* 99[e]* 109/41* 318/12*; In Evang. 17[1] 24/12 91/42; Praef. in Mor. 18/32 96[1]; Mor. II 24/40 25/31 26/45 27/8 27/37[2,3,4] 30/2 31/11 34/27 35/14 41/1 47/6; III 49/25; IV 55/7 56/44 59/3; V 69/36 75/40 79/22 82/20; VI 92/38 94/23; VII 107/43 108/4; VIII 126/35

129/5 16; IX 138/36 151/22 153/41 154/2; X 157/14 22 29 36 160/25 162/32; XI 166/36 171/11 47 173/1 180/7; XII 186/26 187/8 188/34 191/25 192/17 193/31 41 197/24 198/29 34 39 199/11 20; XIII 203/41 218/4 18 32; XIV 210/33 223/12 227/22; XV 240/29 242[b] [1] 46 246/31 254/1 366/1 406/2; XVI 261/22 271/15 275/17 283/5 28; XVII 283/43 288/6; XVIII 309[2] 6 310/42 311/4 9 12 17 24 312/19 313/18 22 27 314/26 36 320/41 323/1 324/26; XX 338/13; XXI 352/32 354/25 359/24; XXII 362/42 363/14; XXIII 383/17; XXIV 390/5 13 394/15; XXV 401/10; XXVI 405/29; XXVII 424/46 425/28 426/19; XXXI 461/1 42 482/11; XXXII 23/44; XXXIII 492/14 18 493/38; XXXV 209/33 511/7 22 24.
Gregorius Naz. 12/17.

**H**ain, Rep. bibl. IX.
Hebraeus 365/38.
Hefele vide Hermes.
Hermes, De min. virt. 308[6]; Past. 308/31; Secret. secretiss. 308[6].
Hieronymus 5/1 10[g]; Ep. 96[c]; Ep. ad Furiam 482[5]; Ep. ad Marcellam 482/13; Ep. ad Oceanum 482[4]; Ep. ad Paul. 236/37 259[2]; In Os. 111/41 341/6; Prooem. galeat. 259/40 380/18 484/26; Prol. in Nahum 209[1]; Vita S. Hil. 354/31.
Hippocrates, Prognost. 349/29.
Historia de Alberto Magno VIII.
Homerus 392/30 465/22*; Il. 353/41.
Horatius, Carm. 295[1]; De arte poet. 195/40; Sat. 162[3].
Hugo de S. Victor., De sacram. 111/9.

**I**acob Alkindi 485/11.
Iosephus, Antiq. 11[2]; De bello iudaico 11/2.
Isaac 32/23* 298/15* 485/11*; De diff. 225/40.
Isidorus Hisp., Etymol. 464/31.
Iudaei 31/34* 484/29* 485/10*.
Iudaizantes 31/35*.
Iuvenal., Sat. 420[e].

**J**ammy, Petrus VII.

**L**iber de Causis 307/37 308/6.
Loë, P. Paulus de VII X.
Lucanus, Pharsalia 133/39*.
Lyranus vide Glossa interlin.

**M**acrobius 75/25; Comm. in Somn. Scip. 287/5 336/22; Saturn. 225[2] 263[c].
Marcianus vide Macrobius.
Martialis vide Macrobius.
Maximus, Loc. Comm. 336/16*.
Moyses, Aegyptius 32/23* 485/10*; Dux neutrorum 32/21 42/43 44/29 60/27 86/35 298/15.

**N**icolaus vide Glossa interlin.
Novimagio, Rudolphus de VIII.

**O**ehler vide Tertull.
Oratius vide Horatius.
Origenes 91[2] 111[1] 148[2] 386[2] 471[1]; En. in Iob 11[3]; Expositio translationis antiquae 11/2; Hexapl. 319[1]; Scholion ad Ps. 119 11[3].
Ovidius, Ars amat. 354/42; Ep. ex Ponto 187[2]; Fabula Phaet. Metam. 32/11 426/40; Fabula de Gorgone Metam. 481/31; Fabula Pyrrhae et Deucalionis 426/42; Fast. 295[1]; Metam. 412/9 478/39 482/8.

**P**alladii op. agr. 183/34.
Peripatetici 86/39* 265/31*.
Philo, De Essenis 11[1]; De gestis patriarcharum 10/46.
Philosophi 86/27* 184/24* 258/41* 265/23* 298/3*.
Philosophus 59/2 108/47 125/17 309/24 322/22 512/39; IX. Ethic. 299/10; Liber de causis 436/21 437/25; Liber de contemplatione 63/21*.
Pignon VII.
Plato 120[d] 121/40; Parmenides 20/9; Polit. 423/41; Tim. 86/6 120/31 184/29 426/39.
Poëta 66/3* 17* 295/3.
Polyglotta Regia 386[2].
Priscianus, Instit. gramm. 28/28 218/14.
Prussia, Petrus de VIII.
Ptolemaeus, Almagest. 293/44* 371/19* 402/14* 15*.

**Q**uétif VIII.
Quidam 96/19* 30*.

**S**alustius 475/1*.
Schmid, Dr Aloysius VII.
Septuaginta 99[c] 148/25 386/10* 471[1].
Stephanus, Thes. l. Gr. 42[c] 45[b].
Stoici 39/33* 225/41*.
Suetonius, De vita Caes. 225[2].
Surius, V. S. Agathae 312[7].

**T**ertullianus, Apol. 63[2].
Thomas, S., In Iob 99[e] 258[1].
Translatio, alia 91/46 111/8 319/5 471/35; graeca 313/15.
Tullius vide Cicero.

**V**alleoleto, Ludovicus de VIII.
Vergilii Aen. 1[1] 258[1] 289[1] 295[1]; 133[3].
Vetter, Die Metrik des Buches Job 11[3].
Vita B. Agathae 312/2.
Vulgata 162[2] 170[c] 300[a].

**W**altoni Polyglotta 386[2].
Weiss, Primordia VII.

# INDEX NOMINUM ET RERUM.


**A**aron 389/3.
Abel 73/6.
abortivum 64/7.
Abraham 106/35 256/21 365/29 366/37 371/30 437/21.
Abram 371/31.
absconditum 75/34.
abyssus 318/42 448/6 452/35.
accipiter 462/16.
acervus 95/18.
Achab 170/24 226/11 395/29.
Achitophel 66/13 89/7 105/22 197/42 232/1.
activus 458/10 29.
Adam 45/36 77/31 365/39.
additio 329/2.
adhuc 415/5.
adiunctus 439/44 442/37.
admiratio 78/23 327/14.
adolescentia 179/4 330/19.
adulter 20/34 283/5 11.
adulterium 286/18 356/10 39.
Aegyptius 56/14 401/45 447/7.
Aegyptus 63/24 93/4.
Aeneas 1/28.
aequalis 358/19 359/35.
aequinoctialis 320/12 430/12.
aequitas 272/37.
aer 443/45 445/45.
aes 245/1 308/41 309/22 436/7 478/33.
aestus 450/37.
aetas 373/28.
aeternitas 238/17.
aether 409/35.
Aethiopia 323/3.
Aetneus 482/13.
afflictus 227/33.
Agag 199/6.
ala 289/37 468/10.
alapa 206/45.
Alcaeus 10/36.
Amalecitae 106/39.
Aman 66/14 83/45 89/10 197/43 301/31 399/44.
amicitia 48/8.
amicus 103/7 108/18 233/1.
amor veritatis 69/27.
amphitrites 297/9 427/14.
anapestus 10/8.
ancilla 231/1 357/30 488/1.
ancus 284/36.
angelus 25/30 31/43 32/25 40/20 255/21 290/5 324/31 388/1 445/18.
anguilla 9/2.
angulus 450/41 455/19.
anhelitus 300/11.
anima 44/30 114/42 116/39 149/4 220/36 364/42 419/37 447/22 456/31.
animal 457/27 476/8 38.
Anna 18/6.
antarcticus 133/37 432/27.
anthropopathos 42/24 150/25.
Antiochus 238/31 254/6.
antiphrasis 285/40.
antipophora 364/11 404/9 419/14.
antiqui 120/28.
antonomasice 181/20.
antrum 432/13.
apocryphus 326/12.
Apollo 299/38.
apostolus 408/45 476/9.
apostrophare 288/17.
appropriare 323/7.
aqua 167/19 187/38 295/23 395/37 433/25 443/45 444/3 445/43 [452/31 38.
Aquila 6/8 12/5.
aquila 140/33 468/27.
aquilo 294/43.
Arabia 18/23.
Arabicus 8/24.
arbor 183/35.
Arcturus 133/17 432/42 453/7.
argentum 12/38 63/34 304/23 307/22 309/7 319/39.
argumentatio 309/18.
Argus 478/40.
arietes 507/32.
armatus 85/31.
armilla 486/35.
Arnon 336/4.
ars 2/13.
articulatus 379/18.
Asa 419/28 502/9.
asina 21/30 511/16.
aspis 241/33.
assistere 26/8.
Assyrius 418/20.
astericus 6/33 7/20 8/8.
Assuerus 399/45.
Athenienses 322/26.
Atlas 295/4.
auctor 3/16.
audacia 465/1.
auditus 195/40.
Augustinus 314/38.
aura 79/43.
auris 76/21 165/11 394/5.
aurora 61/14.
aurum 12/38 63/32 307/29 312/14 319/27 361/46 438/6.
auster 133/35 433/3 435/32.
avaritia 243/21 263/4.
avis 312/32.
**B**abylon 96/38 418/22.
Balaam 77/37 383/43.
Balach (Bela) 19/4 96/28.
Baldach (Baldad) 48/40 52/21 54/2 96/24 120/6 sqq 138/21 218 sqq 236/14 247/39 288 sqq 370/15 378/19 22 392/44 47 393/10 32 394/30 37 396/25 407/14 410/45 413/38 414/35 415/14 440/6 441/10 503/12 504/7 508/37.
Balteum 168/28.
Barachel 371/7 372/44.
basis 444/38 449/11.
Beelphegor 353/17 478/24 482/41.
Behemoth vide Vehemoth.
bellum 91/41.
benedicere 31/2.
Beor 96/28.
bestia 93/12 462/42.
Bethel 169/8.
blasphemia 406/33.
bonitas 413/11.
bonum 411/40 428/39; oeconomicum 17/22 20/29 22/7; monasticum 17/21; politicum 17/25.
Booz 76/18.
Borra (Bosra) 18/35.
bos 21/26 24/45 33/45 99/25 278/26 461/33 483/27 511/14.
bovinus 476/42 480/26.
brachium 223/38.
Brachmanae 63/23.
brutum 411/40 459/29.
buccella 359/12.
butyrum 242/14 331/10.
Buzites 371/15 372/45.
byssus 318/43.

**C**adumin 259/23.
caelum 133/11 134/1 184/40 211/2 295/10 296/2 430/2 435/12 452/21 455/34.
Cain 35/3 73/6 195/17 197/39.
calamitas 92/22 341/43.
calamus 481/4.
calathus 15/24 16/45.
calceamentum 309/3.
caligo 58/40 153/23.
callidus 419/18.
camelus 21/20 36/3 17.
canis 11/9 70/1.
canna 464/42.
capitium 347/2.
caput 330/1 412/3.
carectum 125/5 34.
caritas fraterna 405/3.
carminatus 431/10.

cartilago 479/4.
caro 148/34 497/4.
castitas 351 sq.
Castor 299/37.
castratus 466/9.
cataclysmus 287/24 403/45 447/6.
cathedra 331/35.
catholicus 32/32.
cauda 477/34.
cauma 350/37.
causa 136/23 307/41 428/40 430/32 435/42 437/26.
cedrus 478/1.
cedula 13/1.
celte 234/4.
cerva 458/28.
cervix 208/19.
Chaldaeus 35/47 92/42 230/22 371/34.
Chaldaica 8/28.
chirurgicus 91/10.
cholera 386/40 478/14.
choreus 251/3.
Christiani 12/7.
Christus 12/4 16/41 77/32 311/18 313/11 19 23 320/42 360/7 388/40 448/24 466/32 469/45 470/5.
Chromatius 15/5 12.
Chusan (Husam) 19/5.
cinis 347/13 398/11.
Cison 259/9.
cithara 251/7 350/40.
civilis 281/20 28.
civitas 281/28.
clamor 460/20.
clerici 34/41.
clima 430/11.
clypeus 466/32.
coagulare 148/16 469/43.
Cocytus 258/41.
cogitatio 88/31 352/16 31.
colores 320/8.
coluber 297/35.
columna 296/42.
communis 369/32 439/54 442/41.
commutatio 319/41.
complexio 456/15.
comprehendere 156/44.
compunctio 50/30.
conavitas 481/4.
conceptio 54/31 56/30.
conclusio 322/15 415/45.
concors 289/32.
concupiscentia 259/1 354/40 356/19 443/19 479/9 480/9 16 33 40.
confessio 233/31.
congregatio 388/25.
consequens 394/40.
considerare 28/45.
consilium 222/17 252/38 338/11.
consules 63/13.
contemplatio 352/45.
conus 448/43 449/12.
convalle 342/18.
convivium 23/1 24/11.
cor 162/45 355/28 428/44 429/5.
cornu 511/39.
corona 229/26.
corpus 444/32.
corrector 14/30.
corruptio 15/40 486/4.
cortex 342/12.
corvus 457/17.
costa 223/29.
creabilis 81/6.
creator 411/31.
creatura 425/26.
cristallus 452/32.
crux 12/21.
culpa 241/23 300/44 325/9 406/13.
cupiditas 242/45 285/5.
cursor 140/13.
Cyprus 353/19 42 477/19.

**d**actylus 10/2.
Damasci grabatum 116/27.
damnatio 413/32.
Daniel 384/33.
David 105/22 232/1 362/18 364/29 408/39 418/35 482/35.
Dei aeternitas 146/25 273/7 425/42; altitudo 423/5; clementia 135/44; consilium 166/37; excellentia 294/40; fortitudo 166/30 168/1; gubernatio 51/42 57/24; incomprehensibilitas 156/42; iudicium humano dissimile 145/1; iustitia 51/2 121/30 130/18 275/30 424/45; milites 290/3; misericordia 185/36; omnipotentia 504/28; potentia 164/40; potestas 423/33; providentia 50/42 171/39 265/24 325/42; regimen 171/16; sapientia 147/21 164/28 166/26 168/4 293/32 306 sqq 326/28 430/33 431/2 435/22 504/38; scientia 51/5 145/6 255/9; solium 296/2.
delectabilis 43/1.
delectatio 479/36 480/20 481/29 483/43.
delictum 177/31.
demonstratio 323/21.
dentes 493/36.
deprecatio 87/10 389/39 503/5.
desertum 432/34 451/28.
desiderans 49/31.
desperatio 174/44.
detractor 11/10.
Deus excellens 277/15 423/23; fortis 131/20 136/42 293/9; gubernator 139/36; immensus 273/32 277/15 438/43; innominabilis 436/19; incomprehensibilis 134/27 423/13; infinitus 157/8; inscrutabilis 134/18; iratus 403/37; iustus 404/1 473/31; investigabilis 192/29; loquitur 27/3 41/7 44/20; nulli aliquid debet 491/21; ordinat 429/44; punit 131/31; remunerat 186/43; solus 275/10; Satanae potestatem dat 229/29 233/9; prima causa 296/17; sapiens 131/15.
dexter 344/33 475/35.
diabolus 85/32.
diadema 334/21.
diameter 444/23 445/8 449/12.
dicere Dei 27/3.
dies 23/5 25/17 54/21 55/33 89/19 146/8 216/14 448/32; novissimus 234/22; pauci 152/40.
digestio 338/45.
digitum 332/19.
diluculus 118/13 495/25.
diluvium 184/28 295/34 426/38.
Dionysius 287/6.
diripere 278/5.
disciplina 267/41 480/8 491/6.
disputatio 53/31 155/15 27 288/23 370/7 380/9; rhetorica 203/6.
divitiae 361/40 362/24 363/27.
docere 107/5.
doctor 322/2 324/4.
dogma 170/45 172/8.
dolor 205/23 346/34.
dolus 173/6 354/39.
Dominus 440 sq.
Domitianus 225/23.
domus 37/21 200/4.
dona Sancti Spiritus 336/42.
dormire 112/13.
draco 350/14.
durus 233/46.
dux 332/34 399/39 428/41 429/40 430/22.

**e**brietas 497/15.
edacitas 24/9.
Edepol 299/37.
Edom 18/23.
effectus 437/39.
effeminatus 420/1.
egenus 90/1 282/28.
egestas 341/24.
Elias 101/4 167/27 454/12 473/12.
Eliphaz 48/35 52/7 54/2 68/35 sqq 96/23 97/7 138/20 189 sq 218/43 227/42 232/9 235/45 247/36 257/14 22 260 sq 284/4 322/37 370/15 378/17 22 381/16 382/10 383/21 385/37 386/18 387/14 25 31 390/27 393/31 398/15 407/13 408/19 410/38 413/38 414/35 415/14 440/5 441/10 456/41 503/11 504/8 508/35.
Elisaeus 89/27 333/39 340/29.
Eliu 52/48 292/13 369 sq 439/41 441/10 442/27 503/12 504/8.
eloquium 379/1.
emphasis 406/24.
emphatice 42/22.
Epicureus 318/33.
equus 464/30.
eruditio 384/39.
eruditus 393/43.
Esau 18/24 96/21.
esthiomenus 387/5.
ἐσχηματισμένος 8n.
Eva 472/26 484/8.
Evangelium 12/4..
excelsus 353/9 423/20.
exesus 223/31.
expavescere 428/44.
Ezechias 400/12.

**f**abricari 397/27.
fabula 425/15.
facies 30/46 32/44 44/15.
fallacia consequentis 247/22.
falsarius 14/31.
falsum 108/41.
fames 91/32 92/43 223/20 341/24 342/28.
familia 21/33.
fauces 165/21.
favilla 347/11.
febris 349/30.
fel 241/5.

femina 477/26.
ferrum 233/45 244/40 308/20 309/17 479/14.
figura 442/43.
filiae Iob 511/27.
filii Dei 25/29.
filius 84/44 214/26 231/29 303/41 340/35.
finis 4/5.
fiscella 13/19.
fistula 478/34.
flabellum 15/21 16/44.
Flaccus 10/32.
flagellum 92/5 144/44 150/40 151/40 187/12 228/31 471/23 472/9.
flamma 153/41 221/34.
flare 73/29.
fletus 209/35.
fleuma 431/46 432/8.
fluctus 446/16.
fornicatio 497/16.
fornicator 283/41 353/11 28.
fortitudo 464/34.
fortuna 287/39.
frater 15/11 230/28 350/16.
frenum 344/22.
frigus 438/16 453/14.
frumentum 433/11.
frustra 42/35 43/4 13.
fulgur 427/22 454/16.
funda 500/23.
fundamentum 421/5 443/41.
funis 168/36.
fur 282/34.
furor 220/36 474/35.
furtive 322/41.
furtum 76/3.
furvus 282/34 322/42.
futurum 385/1.

Galaad 170[c].
gallus 455/15.
gastrimargia 342/29.
gelu 452/23.
generatio 435/13 438/46 459/3 10.
geusaar 298/11.
gigas 209/20 494/20.
gladius 90/7 197/36 235/22 303/46 385/31 460/41 499/2.
glarea 258/44 342/41.
gleba 312/18 456/12.
glutitio 195/3.
Gorgo 481/31.
Graccus 10/34.
gradus 453/26.
Graece 342/28.
Graeci 6/6 8/3 40 11/40.
Graecias 120/29.
Graecum 6/18 7/20 133/28 298/24 460/47 461/10 495/34.
grammatica antiqua 239/10.
grammaticalia 188/15 289/21 298/24 299/33 313/18 323/9 372/34 375/9 397/27 402/20 39 435/44 443/41 461/10 467/25 472/44.
grammatici 11/34.
grando 450/11.
gratia 337/7 347/35 389/46 403/12 417/28.
gubernatio 86/27.
gula 497/15.
gurgustium 488/39.



gustus 394/10.
guttur 240/40 332/46 364/35 394/8.
gyrus 453/8.

haereses 309/19.
haereticus 44/33 215/21.
halitus 496/21.
ham 371/33.
hamus 485/38.
hasta 499/17 501/3.
Hebraeus 5/34 6/18 8/21 35 9/15 11/28 365/38 426/20 511/38.
Hebraicus 8/11 25 16/23.
Hecuba 66/3 14.
Helena 481/28 30.
hemisphaerium 448/7 449/6.
herba 94/42 125/16.
hereditas 353/6.
Herodes 400/15.
herodius 462/14.
herpes 45/7 387/5.
Hesiodistae 425/9.
Hevilath 438/21.
hexameter 9/46.
Hexapla 12/14.
hiems 431/19.
Hierarchia 324/36.
Hieronymus 9/22 13/13.
hinnitus 464/41.
Holofernes 132/3.
homo 80/22 86/16 117/42 162/23 291/33 410/20 447/12 459/30 479/28.
honestas 299/9 424/10.
honestum 43/1 47/27.
hordeus 368/37.
horripilatio 79/14.
horror 77/7.
hospitalitas 365/20.
humilis 474/46.
humilitas 371/17 20.
humus 86/11.
Hus 18/22 96/35.
Hyades 133/28 426/22.
hypocrisis 422/39.
hypocrita 126/25 202/12 215/18 302/4 350/22 366/8 404/10 461/43.
hysteron proteron 66/21.

Iacob 79/1 93/40 95/8 384/30 482/33 400/15.
iactator 220/4.
iambus 10/7.
Iason 197/5 411/20.
ibex 458/16.
idolatria 363/35.
idolum 341/9.
Idumaea 18/23 68/43.
Iehu 226/10 245/27.
Ieremias 10/39 281/32 321/5.
Ierosolyma 197/6.
Ierusalem 466/2.
Iezabel 101/4 279/44.
igitur 48/4 407/39.
igniculus 285/5.
ignis 35/17 153/45.
illativus 372/18 407/40.
imago 79/33 455/10.
imber 431/22.
immanis 427/44.
immaterialitas 327/25 37.
impedimentum 88/29.

imperfectum 18/15.
impietas 396/35.
impraegnatio 458/15.
impugnatio 69/19.
inchoare 405/31.
incoeptivus 372/18 407/39.
inconsolabilitas 216/10.
incontinens 259/18.
increpatio 108/2.
incurvatio 459/12.
incus 498/7.
indeclinabilis 234/4.
India 320/12.
induratio cordis 497/24.
inedia 343/6.
infans 250/47.
infantia 359/22.
infectio 485/21.
infelicitas 207/47.
infernus 217/5 285/15 305/34 448/23.
infirmitas 116/10 386/40.
infortunia 37/29.
ingeminare 232/44.
inhonestum 47/25.
iniquitas 177/21 262/14 396/41 410/23 422/38.
innocens 72/28 137/14 138/33 233/17 269/46 304/40.
inscrutabilis 431/1.
insitio 182/44 184/18.
inspiratio 323/41 374/8 384/44 386/8.
instantia 68/32 72/21 163/17.
institor 313/43.
insulsus 99/40.
intellectus 76/23 291/3 287/7 312/33 316/41 324/14 398/30 436/31 443/20 472/21 476/3.
intelligentia 166/40 316/29 455/16 463/41.
intelligibilis 316/44 317/23.
intercarpedo 488/42.
intercessor 387/29.
interpres 511/41.
interpretatio 7/19.
involutus 105/11.
involvere 442/36.
Iob 1/6 18/32 19/6 96 sqq 129 sqq 161 sqq 202 sq 226 sq 247 sq 270 sq 292 sq et ubique; amici 47/29; causa tentationis 17/6; descripsit librum 3/19; humilis 135/16; immundus 503/13; innocens 68/1 115/11; non desperavit 348/33; non peccavit 38/47; opiniones de eo 96/20; passiones eius 346/7; percussus 115/12 38 119/36; simplex et bonus 491/19; status ante tentationem 17/5; status post tentationem 17/9.
Iobab 18/33 96/21 29.
Iohannes 481/14.
Ionathas 364/30.
Ioram 245/25.
Iordanis 482/28.
Ioseph 36/38 88/39 93/1 161/21 281/5; nutritius 384/37.
ira 220/40 421/42 491/12 496/30.
irascens 73/44.
irruere 34/9.
Israel 401/47 452/39.
Israeliticus populus 482/40.

iubilus 390/5.
Iudaeus 12/6.
Iudaizantes 12/8.
Iudas 66/13 197/42 365/16.
iudex 73/23 139/24 175/16 194/36 339/29.
iudicium 234/46 471/15 489/33 490/10 498/23.
iumentum 164/16 220/19 411/42.
iuncus 15/28.
Iupiter 353/20.
iustificatio 141/37.
iustitia 228/20 334/1.
iustus 121/39.
iuvenis 123/38 331/45 372/46.

*Κριτίας* 120d.

**L**aban 93/40.
labia 191/38 300/19.
labor 2/12 86/17.
lac 148/11 342/8.
lacerta 462/24.
lampas 163/26 495/34.
Lamentationes 10/38.
lamiae 62/33.
lapis 93/27 187/37 308/31 444/45.
lascivia 354/37.
Latinus 5/35 7/20 8/5 21 11/32 15/38 16/28 495/35.
latro 230/13 341/31 342/43.
laus 439/26.
Lazarus 256/19 388/41.
leaena 151/21 314/9 456/26.
leo 74/3.
lepra 45/2.
Lesbia 149/24.
Leviathan 60/25 484/6 34 485/3 486/26 33 38 488/19 28 31 489/2 8 18 22 28 494/13 19 495/17 496/11 24 497/6 47 499/13 500/5 14 20 38 45 501/18 502/12 18 503/1.
leuca 313/2 468/32.
lex 154/20 156/20 274/38 334/3 423/41 424/7 457/27.
liber 65/17 146/36 233/44 460/3
liberi Iob 37/20.
libidinosus 482/21.
libido peccati 254/39 357/2 381/26 464/46 477/14 478/20 481/9.
limbus 217/4.
lingua 242/3 379/19; serpentis 486/10.
lippi 162/40.
littera alia 47/5; vera 313/31.
litus 427/14 445/30.
locus 324/14 336/8.
locusta 465/11.
locutio 26/46.
longanimitas 2/4.
loquacitas 24/10.
loqui multa 154/46.
Lot 89/24 106/37 365/30.
lucerna 253/1 329/41.
luctus 203/41.
ludus 43/2 251/6.
lumbus 208/46 443/16 473/8 477/10.
lumen 282/10 290/12.
luna 59/39 64/21 319/13 329/26 444/29.
lusivus 43/10.
lux 65/34 221/26 448/16 449/1 9 450/38.

Lybia 462/2.
Lyddaeus 9/13.

**M**agister 196/14.
magnus 22/22.
maius 133/31.
maledicere 55/7.
maledictio 368/30.
maledictus 284/8.
malitia 262/8 493/24.
malleus 497/45 500/40
malum 31/45 411/41.
Manasse 418/19 41.
mansuetus 279/1.
mare 319/12 446/6 447/39.
masculus 477/11.
mater 217/21.
Mathathias 45/28.
matrix 477/26.
maxilla 206/46 486/30.
meditatio 300/30.
mediterranea 297/10.
membranus 12/35.
mendacium 172/3 46 395/4 408/42.
mens 96/4 237/4.
mensis 59/39 329/35.
merces 30/14 211/39.
Mercurius 444/29 448/44 453/22 28.
mercennarius 111/14 182/16.
meridies 280/47.
Merob 55/26.
metaphora 190/36 241/39 274/21.
metaphorice 284/34 445/4 478/30.
metonymia 367/47.
metrum 10/18 30.
mille 21/18.
millenarius 511/9.
minera 310/25 312/8.
miser 358/34.
miserabilis 285/12.
miseria 207/45 341/44.
misericordia 149/7 232/18.
misericors 339/43.
Moab 336/2.
modus 42/42.
moestitia 350/2.
mollis 276/12 420/5.
monachus 13/20 15/23 29 63/24.
mori 336/11.
mors 223/39.
mortuus 188/43.
Moyses 96/32 101/18 290/28 314/34 380/43 381/6 388/38 436/35.
motus capitis 204/40; planes 298/3.
mulier 179/44 194/23 285/8 482/42.
munusculum 15/31.
murenula 9/2 379/10.

**N**aamathites 49/4 154/40 236/28.
Nabal 83/33.
Naboth 279/44.
Nabuchodonosor 132/2 169/27 384/32 404/18.
nacta 13/24.
naris 300/10 486/20.
Nathan 418/36.
nativitas 54/30 56/30 359/29.
natura corrupta 476/15.
navis 140/26.
nebula 296/21.

negatio 402/31.
nidus 335/33.
nimis 21/34.
Ninive 209/28.
nix 431/5 450/5.
nobilis 15/14.
nocturnus 383/32.
nodus 124/34.
nox 56/7 59/21 305/37 346/26 400/30 411/34 448/32.
nubes 432/28 433/11 451/13.
nudus 38/13.
numquid 28/43.
nunc 238/14 413/25.
nutrimentum 342/6.
nutus 297/1.

**O**belus 6/29 7/21 8/8.
oblivio 401/10.
obrizus 319/27 362/12.
obrude 319/28.
obstinatus 252/44.
obviative 249/33.
oleum 331/16.
olla 496/8 501/36.
onager 99/14 158/41 459/40.
oppositum 410/18.
optimus 392/31.
oraculum 384/41.
orare 412/32 492/17.
oratio 122/26 159/45 211/23 228/44.
organum 251/9 351/5.
originale 138/39.
Origines 6/28.
Orion 133/20.
ortus cosmicus 133/23.
os (oris) 248/47 332/23; (ossis) 78/28 240/6 256/1 386/25 478/30.
ovis 21/13 25/1 35/36.

**P**achmatius 15/6 12.
pactum 93/35.
palma 336/30.
palpebra 209/39.
panis 510/7.
pannosus 280/32.
parabola 299/25 329/7.
particularis 369/44 439/42.
parturitio 459/16.
passiones 317/1 34.
pastor 340/38.
pater 196/13 323/6 390/42 452/1.
patientia 2/23 71/35 217/38.
patriarchia 439/10.
paululum 414/41.
Paulus 152/4 322/26 376/46.
pauper 278/39 359/36 360/8 14 417/18.
pauperculus 280/43.
pavor 78/11.
peccator 270/1 365/37 385/5 410/5 412/12.
peccatum 97/44 118/39 119/20 150/31 177/24 178/46 193/16 223/40 254/24 285/19 301/16 327/7 381/26 385/27 390/15 391/39 395/17 397/15 408/42 450/25.
pedica 223/1.
pellis 148/27 232/29 488/27.
pentapolis 311/35 403/43.
perambulare 28/22.
peregrinans 310/24 311/12.

peregrinus 231/9.
perfectus 22/8.
perfectio 260/44.
pergamenum 12/35.
periodus 86/30.
permori 242/33.
persecutio 178/36.
Perseus 481/34.
persona 377/29.
perversitas 472/4 473/6 476/2 485/6.
pes 222/23 223/15.
petra 128/2.
Petrus 221/9 11 400/16.
Phaëton 32/11 184/28.
phantasia 77/26.
Pharao 110/41 252/11 384/31 450/27.
Philistiim 41/25 132/30.
philosophare 425/9.
philosophus 11/36 139/25 196/24 430/35.
Phison 438/19.
physici 497/4.
Pindarus 10/34.
planetae 297/42.
planta 182/33 222/34.
plasmare 147/17.
platea 225/18.
Plato 116/43 480/39.
plebani 34/41.
Pleiades 426/22 453/1.
plumbum 234/1.
pluvia 88/4 431/18.
poena 119/19 176/26 195/16 199/27 225/30 226/18 241/23 284/30 42 286/7 299/40 325/10 390/39 406/13 413/14.
poenitens 193/11 209/34 287/20 420/35.
poenitentia 121/46 123/1 159/18 240/32 244/46 268/16 390/17 413/27 417/45 506/29.
poëtae 69/22.
poëtice 484/25.
politia 281/28.
Porphyrius 116g.
porro 75/15.
porta 85/5 331/28 360/38.
possessio 21/9.
potestas 417/9.
praelati 34/35 35/38 36/19.
praevaricator 145/17.
prandere 280/47.
pretium 318/17.
Priamitus 208/10.
princeps 332/14 367/37.
principium 439/45.
probare 416/2.
profundum 315/5.
progenitor 225/2.
pronuntiatio 393/25.
propinatrix 194/24.
proportio 444/15 445/8.
prosaica oratio 9/38.
prosperitas 221/35 40 420/25.
protervus 204/10.
Prothimus 116/42.
proverbium 343/33.
provocatus 375/41.
prudentia 166/6.
pruina 104/16.
Psalterium 10/38.
puer 330/46.
pulvis 475/17.
punctum 238/11 251/27.
pupillus 108/9 263/41.
purpureus 12/36.
putredo 217/16.
pyramidaliter 449/10.
pyrrhichius 10/7.

quartana 58/17.
quasi 402/7 24 421/24.
quatuordecim 511/1.
quies 403/18.
quinta essentia 409/35.

radius 449/17 450/40; visualis 209/41.
Ram 371/29.
Ramoth 170/25.
ratio 316/22 480/4 32 483/4 500/26.
ratiocinatio 257/2.
ratus 16/38.
rebellis 282/6.
recordatio mali 57/43.
rectitudo humana 130/18.
rectus 19/42 72/34.
requies 161/6.
respondere 28/15 292/44.
responsio 68/30.
resurrectio 234/24.
revelatio 74/46 384/9.
rex 63/9 404/8 417/31 479/21.
rhetores 8/40 11/35.
rhetoricus 120/37 143/45.
rhinoceros 460/37.
rhythmus 10/14.
risus 339/10.
Roboam 193/4.
ros 337/9.
rota fortunae 34/33.
Ruben 283/45 482/33.
ruga 206/7.
rusticitas 259/41.
rusticus 281/22.

Saba 105/34.
Sabaei 34/8 92/42 230/23.
sabaoth 430/28.
saecularis 288/4.
sagenae 488/25.
sagitta 98/33 208/32 344/15.
salivale 118/29.
salix 481/44.
Salomon 256/25 466/1 469/28 482/35.
Salvator 12/10 13/42.
Samson 41/25 132/28 482/34.
sancti quare puniantur 210/28.
sanctus 175/16 387/28 388/4.
sanguis 469/42.
sanies 112/43.
sapiens 39/34 59/2 107/13 120/29 131/18 139/25 190/26 196/1 24 203/25 260/29 321/27 371/20 396/26 394/13 405/43.
sapientia 165/34 166/26 315 sq 323/13 413/11 455/1.
Sappho 10/36.
Sardanopolus 420/10 479/22.
sardonyx 320/34.
Satan 26/21 27/14 29/7 43/21 110/38 209/8 224/18 233/9 297/20 492/35 501/42.
Satanae terra tradita est 139/14; vexatio 185/14.
Saturnus 452/25.
Saul 364/29 417/40.
scabrositas 308/22.
scelus 177/28.
scematismenos 8/41.
scientia 166/12 435/19.
Scipio 287/5.
scirpus 124/30 125/25 127/29 128/10.
scriptura 76/12 247/2 309/8 25 316/34 500/11.
scutum 494/10.
secretus 330/27.
sedere 339/25.
semen 148/11 181/9 217/17 226/1 477/12 27 41 478/7 13.
semita 179/18 229/4.
senex 169/14.
Sennacherib 400/11 447/8.
sententia 338/4 442/32.
sentire 62/18.
septem 20/43 21/17 511/21.
Septuaginta 5/15 36 6/19 7/6 11/22 13/7 16/37.
Seraphim 430/25 439/34.
sermo 165/27 227/14 379/10 415/32.
servus 231/15.
serpens 462/24 494/21.
sex 511/11.
sexus 46/35.
sibilus 465/12.
Siceleg 106/40.
Sicula 287/6.
silex 268/30 469/13.
similitudo 455/11.
simplex 29/28.
simplicitas 19/28.
simulator 419/16.
sinister 273/19.
Sisara 132/3.
Sobna 168/42.
societas bonorum 3/6.
Socrates 372/29.
Sodomitae 89/23 167/6.
sol 59/43 64/20 127/33 132/32 362/46 363/36 448/39 449/14 453/25 455/18 462/28 468/29.
solitudo 63/18 341/28.
Solon 120/30.
solus 181/16.
solutio 68/33 504/2.
somniare 116/11.
somnium 383/24.
somnus 77/24 112/13 432/10.
Sophar 49/3 52/35 53/1 41 96/24 154 sqq 235 sqq 247/42 370/16 378/24 414/10 20 34 415/12 416/12 440/10 441/10 503/12 504/7 508/39.
sophista 107/34 215/20.
sopor 77/18 384/1,
spatula 13/22 15/27.
species 94/22.
spes 90/25 102/10 141/16 161/30 175/1 21 363/8.
sphaera 409/39 430/5.
sphaericus 449/21.
spiritus 78/39 98/39 136/31 397/44.
spondeus 10/3.
spongiositas 477/40 481/5.
sportula 15/26 16/45.

squalens 341/39.
statera 98/4.
status prosperitatis 17/12.
stella 26/3 60/46 132/37 296/9 297/27 298/12 426/19 433/27 453/8.
sternutatio 495/11.
sterquilinium 45/20.
stibium 511/43.
stilla 426/18.
Stoici 488/26.
stomachus 190/36.
stultus 83/30 305/12.
struthio 350/20 457/41 462/1.
Styx 133/41.
subditus 339/5.
subitus 264/12 400/26.
subradius 453/37.
substantivum 289/21.
substratoria 13/24.
sufferentia 1/6 3/20.
suffragia 285/32.
Suhites 48/41 219/18.
sulcus 368/5.
sulfur 224/36.
superbia 385/15 412/16 417/42.
superbire 196/39.
superbus 422/21 474/30 475/2.
superlativus 218/8.
susurrium 76/43.
Symmachus 6/8 12/6.
Syria 89/26.
Syrus 8/27 221/11.
systoles 428/45.

taedae 495/43.
talliae 278/28.
tauri 507/29.
tela 113/15.
tempestas 419/38.
temporaliter 210/14.
tempus 431/32 458/12.
tenebrae 58/10.
tentatio 17/14 24/25 111/8 490/25.
tentator 25/7.
tentorium 449/11.
terminus 430/10.
terra 38/16 164/26 444/28 448/28 456/3 463/6.
testamentum 6/25.
testiculus 478/12.
thearcitus 327/24.
Theman 48/36 68/42 105/33.
Themani 96/34.
Themanites 68/41 190/20.
Theodotio 6/9 7/4 12/7.
thermae 311/40.
thorax 499/24.
throni 327/23.
tigris 74/22.
timor 71/24 195/13 327/6 376/4.
tinea 81/32 179/36.
Tobias 46/6 388/27.
tonitruum 298/34 451/14.
tonsor 162/40.
topazius 322/46.
torrens 104/1 310/14 311/9 342/35.
tortuca 462/24.
tortuosus 28/31.
translatio 5/6 7/5 8/7 11/23 13/10 15/37.
tremor 78/13.
tres 21/3 48/6 511/24.
tribrachus 10/8.
tripudius 251/3.
triticum 95/19.
tuba 467/3.
tumor 193/41.
turbo 59/24 306/6 442/15.
tyrannus 93/14 196/44 262/36 281/10 400/7 411/15.

ulcus 44/44.
umbra 58/30 124/1 153/33 481/19.
Uriel 326/13.
ursa 453/11.
usurarius 73/17.
usurpare 277/39.
ut 402/39.
uterus 452/12.
utilis 43/2.
utilitas 1/10.
uxor 45/35 46/3 231/23.

vacuum 295/7.
vagina 245/10.
vanitas 354/25.
vanus 43/7 158/10.
vastitas 92/40.
vecors 126/33.
vectis 28/35.
Vehemoth 472/34 475/44 476/17 38 481/12 483/14 484/1 30 489/21.
vena 76/34.
ventus 37/20 305/43 326/8.
Venus (dea) 353/20 42 356/11 477/18 482/7; (stella) 453/22 28.
verborum multitudo 203/33.
veritas 32/32 172/1 173/2 21 175/6 176/37 210/41 214/7 301/34 370/23.
vermis 285/40.
versifice 484/25.
versus 274[b].
vespertilio 322/24.
vestigium 28/24 274/22.
vestimenta scindere 37/40 50/3.
vestitus 280/32.
vidua 263/40 286/27 359/3.
vigilare 258/32.
vigilia 185/3.
vimen 15/28.
vinea 284/34.
vinum 33/26.
violentia 263/18.
vipera 241/46.
vir 17/31 41/41 384/22 425/6 439/19 443/12.
virginitas 354/32.
virgo 352/8.
virgula 16/20.
virgulta 14/22.
virtus 2/13 19/29 258/23 316/19 439/26; caelestis 295/40; circumspectiva 34/39; coactiva 424/1; chrematistica 22/3 200/13; despotica 22/5 200/11; disponendi filios 200/18; fraterna 21/44; manuum 341/2; thesaurizativa 22/3; uxoria 21/41 200/15.
visio 77/10 383/32 384/41.
visitare 94/16.
vispilio 282[5].
vispoliator 282[2].
vispolio 282/34.
visus 195/39.
vita 43/36 140/4 149/4 187/41 512/37; brevis 152/45 181/33; hominis in caelo 110/31; immortalis 186/7; mortalis 324/24.
vitae miseria et vanitas 178/3 180/10.
vitium 19/30 285/23.
vitrum 321/9.
volucris 412/1.
voracitas 421/7.
vovere 269/15.
vox 236/38 429/35.
vulcanus 311/39.
vultuositas 491/11.
vultur 313/1.

ydua 263/41.

Zara 18/34.
zelus 349/42 370/39.
Zodiacus 298/1 8.

## Corrigenda.

13/23 *pro* subtratoria *lege* substratoria.
15/26 *pro* sportellisque *lege* sportulisque.
27/25 *pro* Demonstrationum *lege* Demonstrationem.
42/30 *pro* III, (1) *lege* III, (12).
64/17 *pro* XXXI, (27) *lege* XXXI, (26 27).
79/1 *pro* intinere *lege* itinere.
111/6 *pro* malitia *lege* militia.
121/42 *pro* 28 *lege* 25.
157/9 *pro* infinite potentiae et infinite *lege* infinitae potentiae et infinitae.
160/22 *pro* habebis *lege* habebit[a] *et adde notam:* [a] *correxi ex TEFM* habebis *B.*
160/47 *pro* libertatis *lege* liberalitatis.
163/4 *pro* Eccli *lege* Eccle.
166/35 *pro* rhinocerotis *lege* rhinocerontis.
168/36 *pro* Funes *lege* Fune[a] *et adde notam:* [a] Funes *E.*
179/28 *pro* Eccli *lege* Eccle.
192/38 *pro* mentes *lege* mentis.
208/43 *pro* T 31 *lege* T 31[a].
259/9 *pro* Cison[1] *lege* Cison.
269/7 *pro* tuam. In *lege* tuam, in.
378/26 *pro* (1) ibi *lege* ibi (XXXVI, 1).
388/37 *pro* CXXXIV *lege* LXXXIV.
392/17 *pro* XXIV, (1) *lege* XXVI, (1).
412/39 *pro* XI, (28) *lege* XI, (20).
440/1 *pro* Hoc *lege* Haec.
474/47 *pro* IV, (16) *lege* IV, (6).
477/40 *pro* spongositatem *lege* spongiositatem[a] *et adde notam:* [a] spongositatem *ET.*
478/14 *pro* colerae *lege* cholerae.
tab. IV et VI *pro* Florentinae *lege* Florentina.




Bibliotheca Universitatis *Erlangensis*, cod. membr. 192, f. 1.



Bibliotheca Universitatis *Basileensis*, cod. membr. B. IV. 14, f. 1.



Bibliotheca publica *Treverensis,* cod. membr. 70, f. 1.



Bibliotheca Laurentiana Medic. *Florentinae,* plut. 13. cod. membr. 10, f. 1.



Bibliotheca Universitatis *Monacensis,* cod. chart. 50, f. 1.



Bibliotheca Laurentiana Medic. *Florentinae,* plut. 13. cod. 10, f. 62.



Bibliotheca Universitatis *Monacensis,* cod. 50, f. 126.




Bibliotheca Universitatis *Erlangensis,* cod. membr. 192, f. 58v.